13
25 1
28

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13. a. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

DILVCIDATIONVM TOTIVS IVRIS CIVILIS LIBRI QVINQVE;

Quibus Titulorum omnium, tam Digeſtorum, quàm Codicis, Authenticorum, & Inſtitutionum termini iuxta materierum ordinem dilucidantur.

Ius ciuile profitentibus maximè vtiles, ac neceſſarij; & propter nouum ordinem mirum in modum oblectabiles.

Acceſſerunt tres Indices, alter titulorum, alter materierum, tertius rerum in vniuerſo opere notabilium, vt cuiq; quicquid libuerit facilè in promptu eſſe poſsit.

ISIDORO MOSCONIO IVR. CONS. TREBIATE CLARISSIMO,
Olim Bononiæ, nunc Peruſij Vicario Generali Auctore.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS.



BONONIÆ,
Apud Hæredes Ioannis Roſsij. M. DC. V.
Superiorum permiſſu.

V Idi, & legi ego Cæſar Bittus huiuſmodi librum, cuius Titulus eſt, Dilucidationum totius Iuris præludia, *nihilq; in eo reperi, quod ſit contra fidem, aut bonos mores; Imò videtur mihi maximè vtilis ad habendam cognitionẽ terminorum totius Iuris Ciuilis. In quorum, &c. Die 17. Nouembris 1604.*

Cæſar Bittus, qui ſup. manu propria.

Imprimatur, ſi placet R. P. Magiſtro Sacri Palatij.
B. Gypſius Vices ger.

Imprimatur, Fr. Paulus de Francis de Neap. Magiſter, & Socius Reuer. Patr. Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici.

✠ *F. Daniel Mallonius, pro Archiep. Cur. Bonon. Reuiſor.*

Conceſſum eſt, vt imprimatur Bononiæ.
Fr. Petrus Martyr Inquiſit. Bononien.

PAV-

PAVLO SFONDRATO
TIT. S. CAECILIAE
S. R. E. PRESB. CARD. AMPLISS.

ISIDORVS MOSCONIVS F. P.

TANDEM *aliquando,* ILLVSTRISSIME PRAESVL, *prodit in lucem, quod iam pridem fuerat mente conceptum, meum iuris ciuilis lucubrationum opus; illudq; tuo nomine inſignitum, quod tandem prodenda, & aliquo teſtificanda eſſet monumento tuorum erga me meritorum recordatio. Recordatio inquam; quis enim, licet caput in periculum adduceret, minimam eorum partem aſſequeretur? Tu enim abſolutiſſimum Cardinalitiæ Maieſtatis exemplar, cuius in ipſo nutu plurimum auctoritatis reſidet, cuius e vultu ipſo, atq; oculis elucet grauitas humanitate cõdita, vir plenus officij, de cælo delapſus ad omnium animos, ac voluntates deuinciẽdas, ornamentum noſtri ſeculi, firmamentum literarum ſic me obſcurum hominem tua benefica volũtate complexus es; vt pene cogar cum Venuſino Poeta exclamare;*

O & præſidium, & dulce decus meum.

His accedit, à te locũ relictum fuiſſe augendi in eo, quod iam ad ſummum peruenerat, cum in tui gratiam Reuerendiſſ. D. Napoleõ Comitulus Epiſcopus Peruſinus (qua te colit obſeruantia) me clientem, qua ſolet beneuolentia, gratia, & fide ſuſceperit, ſuſceptumq; tueatur. Accipias igitur quamquam non ſingulare, neq; ampliſſimæ dignitati tuæ ſatis honorificum munus, at Honorato Vicecomiti tuo ex ſorore nepoti egregiæ indolis adoleſcenti, Peruſiæ ſtudiorum gratia iuris præcipue cõmoranti, fortaſſe non inutile, accipias inquã & me ipſum in munere latitantem, quod ſi minus neglectum intellexero, cum meo vate;

Sublimi feriam ſydera vertice.

Tibi vero perpetuam fælicitatem à Deo precabor. Vale.

CLEMENS PP. VIII.

AD Futuram rei memoriã. Cum, ſicut accepimus, dilectus filius Perſeus Roſsius Impreſſor in Ciuitate Bononien. quoddam opus inſcriptum, *Dilucidatio totius Iuris Ciuilis*, Auctore Iſidoro Moſconio Iuris conſulto Trebiate in Epiſcopatu Peruſino Vicario generali, ingenti ſumptu typis cuderit, illudq; in lucem edere intendat, vereaturq; ne poſtquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærũt, hoc ipſum opus typis cudi facere curent in ipſius Perſei præiudicium. Nos dicti Perſei indenitari, ne ex impreſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiatur, prouidere, ipſumq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excõis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pñtium dũtaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis, ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; eidem Perſeo, vt Decennio proximo à primæua dicti operis (dummodò anteà à Magiſtro Sacri Palatij approbatũ ſit) impreſſione computando durante; nemo tàm in Vrbe, quàm in vniuerſo Statu noſtro Eccleſiaſtico, immediatè, vel mediatè nobis ſubiecto opus prædictum ſine ſpeciali dicti Perſei, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, aut ab eo, & eis cauſam habẽtium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs ſine huiuſmodi licentia impreſſum vendere, aut venale habere, ſeù proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibẽtes propterea vniuerſis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium, pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Perſeo, ſeù illius hæredibus, & ſucceſſoribus, aut ab eo, vel eis cauſam habentibus, ac pro reliqua tertijs partibus Accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicãdis, & eo ipſo abſq; vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto durante Decennio opus ſupradictũ, aut quãlibet illius partem tàm in magno, quàm in paruo folio, etiam prætextu declarationũ, ſiuè additionum, tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſum vẽdere, aut venale habere, ſeù proponere quoquo modo audeant, ſeù præſumant; Mandantes dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeù eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætorib. & alijs Iuſtitię Miniſtris, Prouinciarũ, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nři Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Perſeo, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeù ab eis cauſam habentibus; huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocunq; ab eodem Perſeo, ſeù alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunq; inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & cõſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam in ipſo opere impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die iij. Ianuarij. M. DC. V. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

M. Veſtrius Barbianus.

Præfa-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QVaſi prudentiæ titulos explicaturus ego (Studioſiſsime Lector) quo magis eius pateat amplitudo, atq; præſtantia, non aliũdè duxi quam ab ipſius legis effectrici cauſa exordiendũ, quippequ: nouerim à ſapientiſsimis quibuſq; fœlicitati fuiſſe tributum rerum cauſas inueſtigaſſe, inueſtigatas comprehendiſſe, comprehenſas alijs tradidiſſe, clamante Poeta; *Fœlix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* Eſt igitur lex non ab humano profecta conſilio, nec minus hominum libidine ſancita; verum ab illo huius vniuerſitatis parente, ac opifice Deo, tanquam à perenni quodam omniũ bonorum fonte duxit originem, ab eoq; tanquam diuinum quoddam lumen in hominum impreſſa, atq; inſignita animis, poſt etiam eiuſdem Dei digito in tabulis inſculpta lapideis, ne improbis vlla prætendendæ facinoribus ſuis ignorantiæ occaſio relinqueretur, vt hominum inter homines ſocietatem ſeruaret, errorum tenebras illuſtraret, dubia reſolueret, veritatem doceret neceſsitarib, occurreret, oppreſſos iuuaret, vnicuiq; ſuum deniq; tribueret, vt iuris peritus eſſet tanquam terreſtris quidã Deus, æquitatis adminiſtrator, diuinæ voluntatis interpres, publicæ, priuatæq; concordiæ conſeruator: vnde fit, vt ex Auguſtiſsima legũ peritia, non modo delectetur, verumetiam & vtilitas maxima, dignitate condita percipiatur. Quid enim per Deum immortalem poteſt homini dulcius, quid ſuauius, quid iucundius accidere, quam in ijs aſsiduè verſari, eaq; præmeditari, quibus innocentes tueantur, improbi puniantur, rebus publicis proſpiciatur, omnis deniq; ordo in officio contineatur? O hebetes, & ſtupidos, aut (vt verius dicam) miſeros, & perditos, qui legum ſuauitatem, fructumq; non ſentiunt. Cõtra verò, ò ter, quaterq; beatos illos, quorum ita eſt affectus animus, vt nuſquam ſuauius, quam in his ſtudijs conquieſcat, non illos voluptates blandiſsimæ dominæ ſuis emolliunt illecebris, non cupiditatis ſitis excruciat, non alijs imperãdi libido de recta mente deturbat, verum illos tanquam de cœlo delapſos, ad hominum voluntates deuinciendas, & Deo, quam ſimillimos omnes colunt, ſuſpiciunt, & admirantur. His accedit, quod omnibus erat præponendum legum tantam eſſe neceſsitatem, vt eas, qui tollat, Solem è mundo tollere videatur. Hic immenſam rerum vniuerſitatem, & globum totius cœli medium, quæ terra dicitur illuminat; Lex verò hunc microcoſmon mirabilium Dei epitomen exornat: ſine Sole non viuimus, ſine Lege perimus: ſine Sole tenebris vniuerſa queq; inuoluuntur: ſine Lege errorũ illecebris miſerè illaqueamur, vt meritò clamandum videatur, ſolam Legem tanquam reginam omnibus præeſſe, & quaſi auguſtiſsimam Imperatricem dominari; vnde tanquam à feraci planta iucundiſsimi ramuli pullularunt, Senatuſconſulta, iuriſperitorum auctoritas, Plebiſcita, Decreta, Edictaq; Magiſtratuum, quibus vniuerſas penè humani generis actiones regat, ac moderetur; verum hæc multitudine propemodũ infinita, nulloq; digeſta ordine ferè inculta iacebant, quare prudentiſsimus Imperator ad certos quoſdam titulos, redegit, & veluti cancellos diſtribuit, vt eo tãquam ad aſylum quoddam publicæ ſalutis confugientes, inde dextrè, exactè, fœliciterq; exortas reſtinguerent ciuium diſſenſiones, ſeditiones ſedarẽt, diſsidia, liteſq; componerent, atq; vt fælicius etiam id efficeretur, ita Iuriſconſultorum venerunt lucubrationes, interpretumq; numerus, vt neceſſario ad hanc ſcientiam percipiendam, veritatem illuſtrandam, titulorum, & terminorum dilucidatio quædam requireretur. Eorumq; in ordinem reductio. Hæc enim intellectum illuminat, animum incitat, & impellit, ne ſtudiorum labore defatigetur, à veriq; inueſtigatione reuocetur, memoria iuuetur, & quod caput eſt rectè ſcribendi, claræq;, ac facilè docendi viam demonſtrat. Propterea ordinem ſapientiſsime nonnulli dixere cuiuſq; rei ſubſtantiam, per quam res ſit id, quod re ipſa eſt. cum igitur ordo tanti ſit ponderis, tantiq; momenti, per communioraq; in iuris cognitionem adducamur, ab eo potiſsimum ordine meas haſce lucubrationes exordiendum duxi, qui eſt ab ijs, quæ magis vtilia ſunt ad ipſa ſingularia, à notioribus inquam naturæ ad ea, quæ ſunt notiora nobis; intellectus enim noſter magis communia facilius complectitur; hunc autem ordinem fortaſſe hucuſq; ſeruauit nemo, niſi fortaſſe à Iuſtiniano in ſuis Inſtitutionibus ſeruatum fuiſſe contendas. Omne igitur ius ciuile erit diuiſum in partes quinque; Prima, ius: altera, perſonas: tertia, res: quarta, actiones, quibus & interdicti, & iudicij cauſæ ſubijciuntur: quinta, poſtremò delicta cõplectitur, cuius partitionis ordo, cum à ſufficienti partiũ enumeratione, tum ab ipſius legis fine petitus eſt. Nam cum de legum diſpoſitione agendum eſſet, Priori loco quales eæ ſint, & qualia diſponant, dicendum videbatur, ne per incognita tranſeamus; propterea priore loco de iure diſſeruimus. At verò iura perſonis, rebuſq; cum ſcripta ſint. Ideò conſequuntur tituli de perſonis, ac rebus. Quoniam autem omnes hæc perceptio in actione conſiſtit, alioqui

ſpei 3 vniuer-

vniuerſa iuris, ac legum diſpoſitio inutilis videretur neceſſe eſt, cum actus humani, vt iam dictum eſt, legibus dirigantur. Ideò ipſi actus actionibus, ac iudicijs circumſcribuntur, de quibus quarto loco agendum fuit. Atq; hæc quidem ſunt, quæ leges pro nobis, ac bonorum noſtrorum conſeruatione præcipiunt. Præterea cum in legibus vitæ hominum, reiq; familiaris patrocinia cõſiſtant, itaut Sontes iuris ſocietatisq; humanæ violatores pœnis debitis afficiãtur; propterea quinto loco de delictis pertractatur. Quæ iuris partitio, mea quidem ſententia, cæteris cum melior, tum lucidior habenda eſt. Rurſus, vt ſæpius repertum eſt, omnium legum is finis eſſe debet, vt actus noſtros dirigãt. Vnde non imprudenter dixit, qui legum conditores medicis comparauit. Quicquid enim ad valetudinem conducit, magno ſtudio medici apparant; ita legum conditores communi vtilitati, ac ſaluti omni diligentia conſulunt. Quæ diuiſio ita demum actionum noſtrarum finem commodè complectitur, ſi vel in perſonis tuendis, vel in bonis conſeruandis verſetur. Atq; hæc de prima huiuſce ordinis parte. Altera verò, quæ de modo diſcendi erit diſpoſitiua, alia ratione diuidi debet, vt ſicut legum Codices tria potiſsimum continent, ideſt rubricas, leges, & materias, ita triplex diſcendi modi conſtituatur partitio. Primum de terminis, qui ſub titulis continentur, tum de legum diſpoſitione, deniq; de materiarum ſedibus erit dicẽdum. Atq; hoc pacto cumulatè iuris profitentes ſcientiæ adeo neceſſariæ perfectam adipiſci poſſent cognitionem; qui alterum dimittit imperfectã, diminutam, & quodammodo dimidiatam habebit ſciaentiam: quoniam vnum, cum altero ita coniunctum eſt, vt veritatis cognoſcendæ alia via non relinquatur; cum ex ipſis legibus, ac terminis dubitationes, & quæſtiones ſoluantur. Attamen ſicut illa ſeiuncta ſunt, & ſeparata, ita in vnaquaq; parte tempus erit ſpectandũ. Primum termini, qui res conſequentes illuſtrant, dilucidandi erunt; deinde leges, tum materiæ ipſæ, quæ cum pluribus comprehendantur voluminibus, nec poſsint vnico copulari Codice; propterea cuilibet parti fuit Codex tribuendus. Hæc de iuris ciuilis partitionibus dicta voluimus, quo facilius vniuerſa, quæ in hoc dilucidationum noſtrarum libello, Lectores amantiſsimi, tradidimus, percipere valeatis; qui enim via ignota ſine duce graditur, facilè eſt, vt erret. Habetis hic eandem iuris partitionem iuxta ordinem præmiſſum, quo cauſarũ capita diſtinguntur, ac ſingulorum titulorum termini ex ſubiecta materia dilucidantur: diffinitiuè, diuiſiuè, atque exemplariter tantùm, vt ipſum thema poſtulabat, proceſsimus. Et cum ipſarum legum auctoritate veritas eluceſcat, eaq; ob multas interpretum varietates inobſcurari poſsit, placuit omnes interpretum opiniones, & hiſtorias, quæ ad ornatum potius pertinere videbantur miſſas facere, ne tyrones, quibus præſertim conſulere ſtudemus, multitudine, & crebritate auctoritatum grauarentur; ſed vna legum auctoritate, & grauitate contenti fuimus. Nam eorum præſertim cauſa adducti ſumus, vt haſce lucubrationes noſtras ederemus, quibus legum ſtudioſis adiumẽto ſimus, ſi quid tamen, vt ſperamus, prodeſſe poterimus. De reliquis verò partibus, ideſt de legum interpretatione, ac materijs; alibi diuino fauente numine, atq; auxilio, pertractabimus.

Quibus rebus adnotatis, vnum ſupereſt (licèt enim veritatis inueſtigandæ gratia de vna quaq; re pluribus loqui) vt an de facultate legali aliqua ſcientia eſſe queat. Id quod iuris prudentiã profitentibus magno vſui, atq; emolumento erit; nempe rectè docendi, atq; id, quod elaboratum eſt, cartis mandandi; Nam qui ſapienter ſcit inſtar Solis eius intellectus exoritur, vt ait Seneca, occidit, vadit, & redit, nunquam moritur, nec ſuis viribus occulatur; licèt id temporis apud noſtrates Iuris conſultos dubitari facilè poſsit; quæ iuris ſunt, eorum ſcientiam non eſſe; cum ſcientia ſit certiſsima veritatis notitia; & Iuris prudentiam profitentes aliorum opiniones libentius ſectentur, quam vt ſui, etiam veri auctores malint. eſſe. Iccirco quemadmodum verum ab opinione differt, ita ſcientia à lege videtur differre; quare veritatem quidem perfectam quærimus; aliorum verò opinionem pro veritate imbibimus. Attamen ſi huiuſce ſcientiæ ſpectetur veritas iuris prudentiæ inter ſcientias numerari poterit; propterea quod ſcire idem eſt, ac quod verum eſt, tenere; verum autem ex rationibus intelligimus. Hanc igitur ſcientiam duobus modis conſequi poſſumus, vel per rationes, cauſaſque demonſtratiuas (atque hoc ad Philoſophum, ac Mathematicum ſpectat) vel per ea, quæ ſunt facti, tunc verò ſcire dicimur, dum per ſenſum mouemur; id quod multis modis poteſt contingere, aut cum vehementer credimus, non tamen pro certo, & propriè, & ſunt præſumptiones violentæ iuris; vt repertus cum gladio cruento, propè eum qui occiſus eſt, fugiens, aut cum propriè ſenſibus veritatem percipimus, eamq; mente retinemus. Oritur autem iſta ex rationibus, vt vocantur directis, & obliquis; directam appellamus eam, qua poſita, neceſſario apparet veritas per id, quod ſubauditur. Dum enim legis rationem ponimus, deciſionis veritas eluceſcit; obliqua verò legum continet interpretationem; quæ à ſuis deducitur principijs, atq; id multis fieri poteſt modis, vt pluribus alibi explicabitur. Quare inter ius iu-

risq;

tiſq; ſcientiam plurimum intereſt; Ius enim eſt tota lex, quæ in ſeipſa conſiſtit; ſcientia habitum hominis ſignat; qui legum cognitione præditus ſit, & ad intellectum refertur. Quiſquis hanc ſcientiam profiteri cupit, ex eius principijs inueſtiget, ac diſquirat veritatem, quam ex cauſis nullo negocio noſſe poterimus. Quatuor autem eſſe cauſas inter omnes manifeſto conſtat, duæ ſunt definiendi, vt efficiens, & finalis; nam finis eſt omnium cauſarum prima, ac potiſsima in mente, & ſcientiæ ſpeculatiuæ, finis nil aliud eſt, quam veritatis cognitio; eius autem, quæ ad praxim redigitur, eſt ipſum opus: vnde conſtat finalem legis cauſam eſſe, vt mores reformentur, delicta puniantur, lites deniq;, & controuerſiæ omnes componantur. Efficiens eſt, quam primo loco exequimur; quæ duplex eſt, vniuerſalis immediata, vt Deus, ac mediata, vt à Deo, & præcipua eſt Summus Pontifex, & Imperator, Inſtrumentalis, Princeps inferior, atque Doctor. Aliæ duæ cōſtituunt rem ipſam, ideſt forma, & materia: forma eſt publicum bonum, pax, concordia, & ordo à principio ad finem ſeruandus: Nam ordo eſt forma, ex qua rei cōſeruatio pendet, quemadmodum ordinis inuerſio actibus vitium affert. Etenim ſpecierum cognitionem, generis cognitio antecedere debet; nemoq; rerum cognitionē adipiſci poteſt, niſi ordinem adhibeat, qui rebus ipſis lumen afferat. Forma autem duplex eſt tractandi, ac tractatus. Forma tractādi eſt agendi methodus, qua narramus, exempla ponimus, decidimus, ac declaramus; & iſte eſt modus in ſcientia legali præcipuus, probatiuus, diſſolutiuus, ac limitatiuus. Forma tractatus eſt idem, ac librorum in ſuas partes diuiſio, quemadmodum demoſtrabimus.

De materia in varias admodum ſententias eunt Interpretes; ſed dubium non eſt, quin morali ſubalternetur philoſophiæ; atq; vbi Ethica deſinit, inde ſcientia legalis oriatur. In Ethica ſubiectum eſt bonum humanum, ita in iure erit bonum modificatum, ideſt à lege ordinatum. Itaq; triplici materia ius videtur conſtare, vniuerſali, communi, & propria. Vniuerſalis materia triplex eſt, intrinſeca rationalis, extrinſeca rationalis, & indifferens; intrinſeca irrationalis eſt ius, & iuſtia, extrinſeca irrationalis, dolus, & culpa, indifferens hominum negocia. Non quod bona, vel mala, ſed quod ita diſpoſita, vt contractus, & teſtamentum. Sic materia generalis triplex, approbata, vt bonum, reprobata, vt malum; neutra, vt voluntas; Ideò requiruntur ius, & iuſtitia, vt materia diſponens, ex quibus iuris præcepta oriuntur, vt eſt imperare, & bonum dicitur ius, quia omnibus honeſtum propter cauſarum deciſiones vtile, propter lumen, quod intellectui affert, delectabile. Hinc fit, vt vitia materiæ ſint contraria; quia ius mores componit, & delicta caſtigat, negocia ſunt materia, quia ad virtutem legis permiſsiuè, ſeu, vt vocant, poteſtatiuè, illa pertinet componere, ac tollere.

Communis materia non verſatur in factis naturæ, ſed in factis hominum in bono, & æquo, & quicquid de materia communi dicitur, etiam de generali affirmatur, ſed non è contrario. In omni arte duo præcipua ſunt, natura, & voluntas. Natura quidem regula, ac vi cœleſti regitur; voluntas libera eſt, eamq; temperat, ne ad malum deflectat; ſed bonum, & æquum ſequatur, & qui à vero fine recedit, punitur. Ius noſtrum innititur accidentibus, atque emergentibus; ex quibus inueſtigatur bonum ſequendū; atque ex eo ius ſcriptum eſt. Nam iura ex factis orta ſunt, ex quibus elicitur propria iuris materia, quæ eſt ius, enucleatum, vt materia digeſta. Nam cum ius approbatur, ars noſtra bona exiſtet, ac perfecta; & materia dicitur, licèt approbatio videatur forma. Itaq; diuerſis rationibus ius approbatum erit forma, & materia, quæ cum circa hominum facta verſetur; id propriè materia erit legum diſpoſitio, quæ circa noſtras actiones verſatur. Atq; hæc breuiter de cauſis, atq; Auctoris conſilio.

Digitized by Google

PRAELVCIDATIO AD VNIVERSVM OPVS.

SICVT ego firmiter credo; ac planè confiteor, vnũ eſſe ſolum verũ **Deum**,
æternũ, immenſum, incõmmutabilem, incomprehenſibilẽ, oĩpotentem,
ineffabilẽ, Patrem, & Filiũ, & Spiritũ ſanctũ; tres quidem hypoſtaſes, ſed
vnam ſubſtantiã, atq; eandẽ naturã omnino ſimplicẽ. pſonas verò conſub
ſtãtiales, coæquales, coõnipotentes, & coæternas; Ita ſi quis cuipiã ſciẽ-
tiæ nauare operã cupiat, ab eadem potiſsimum cauſa, ideſt à ſumma Tri
nitate, & fide Catholica exordiri oĩo debet. Cum religio Chriſtiana ſit cultus Deo debi-
tus, eiuſq; munus ſit hominem ad Dei amorẽ perducere. Ita iuſtitia eſt potior pars religio-
nis, cuius munus eſt, ius ſuũ vnicuiq; reddere, quæ quidẽ ſine fide habere nequimus; quã-
doquidẽ fides Catholica eſt diuini cultus fundamentũ; propterea Greg. X. Sum. Pont. in ge-
ner. Cõc. Lugdunen. primo poſuit confeſſionẽ ſuã de Sum. Trinit. & fid. Cathol. antequã hę-
reticorũ errores dãnaret. Hoc ipſum in ſacris Canonibus, vbiq; legitur à Sũmis Pontifici-
bus ante Canonum Cõſtitutiones, & Sãctiones fuiſſe obſeruatũ conſtat; Cuius rei Iuſtinia-
nus Catholicus Imper. haud immemor in ſuo legum Imperialiũ Codice, eandem fidẽ pro-
feſſus eſt, apertis verbis, dum cæteris propoſuit rubricam de Sum. Trinit. & fid. Cathol.
qm̃ ſicut fides Chriſtiana eſt fundamentũ Religionis veræ; quæ à Deo eſt; ita leges, quibus
mores cõponuntur, ac reformãtur; quæ à Sũmo Deo robur, & auctoritatẽ omni ex parte
habent, rationi conſentaneũ eſt, vt in eadem Sum. Trinit. & fide Cathol. fundamenta ia-
ciãtur; cum vt ſubſiſtant, tum vt profitentib. vtilitatẽ afferant. Quamobrẽ, vt quiſquis ali-
quod opus bono omine aggrediatur, & meliore cõcludat exitu ab eadẽ fide Catholica ini-
tium facere debet. Merito igitur cæteris Dilucidationibus noſtris hoc luculentiſſimum funda-
mentũ antepoſui; non vt imitator ſolũ, & obſeruator conſuetudinis eorum; qui ſcribunt,
qui ab eadem confeſſione ſunt exorditi; ſed quia fideliter mihi faciendum eſſe perſuadeo,
necnon, vt cætera, quæ ſequuntur lumen, & gratiam ab ipſo Sũmo Deo, cuius numine, atq;
auxilio potiſsimũ ſcripta ſunt, obtinere, & eandẽ illa profitentes conſequi valeant. Fuit
aũt iſta rubrica appoſita ab Innoc. III. in Conc. generali anno ſalutis 1215. ad confutan-
dũ cuiuſdã Abbatis errorẽ, q̃ Ioachim de Flore in Calabria vocabatur, qui ſcripſerat cõ-
tra Magiſt. Petrum Lombardũ, Magiſt. nuncupatum ſententiarũ, à quo lib. 1. ſentent. d. 4.
in §. iuxta Catholicã veritatem firmatur, in diuinis tres eſſe perſonas inuicẽ diſtinctas. Pa-
trẽ, Filium, & Spiritũ ſanctũ, & naturam diuinã eis cõem, & cætera, vt ibi. Hanc veritatem.
inſectatus eſt Ioachim, & edidit librum anno ſalutis 1195. vt legitur in c. dãnamus. eod. tit.
in Decretalib. vbi declarãdo Trinitatẽ, legitur his verbis; *In diuina eſſentia, quia quadam,
ſumma res eſt, incõprehenſibilis, & ineffabilis, quæ veraciter eſt Pater, & Filius, & S. S. tres ſi-
mul perſonæ, ac ſigillatim qualibet earundẽ, & in Deo ſolũmodo Trinitas eſt; quia qualibet trium
perſonarum eſt illa res, v. g. ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura diuina, & illa res non eſt, generãs,
neq; genita, neq; procedẽs; ſed eſt Pater, qui generat, Filius, qui gignitur, S. S. qui procedit, vt
diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura.* hæc ille, & cætera plura, vt ibi, cum p̃cipuè
de his tractandũ non ſit. Appellatur ſumma, vel quia ſũma res eſt, aut quia diuina Trinitas
arcẽ quandam inter plurimas Trinitates ab ea deriuatas, obtinet; propterea Abb. ibi di-
cit, appoſitũ eſt verbum, ſumma, quaſi plures eſſent Trinitates, quæ corporibus naturalib.
conſtent, vt in candela accenſa ineſt ſplẽdor, ignis, & calor. Ideò ne huiuſmodi Trinitates
intelligerentur, quæ conſiderandæ non ſunt; cum hæ proprietates naturaliter à Deo illis
inditæ ſint, additum eſt, de ſumma. i. de ſuprema, & Diuina, exiſtente in Deo, quã ex ſan-
ctæ Matris Eccleſ. præſcriptione fide credere, ac tueri debemus; cætera, quę ad Iuriſcon-
ſultos non pertinent Theologis relinquimus. Hoc enim nobis conuenit inter ea, quæ de
Deo fide profitemur, hoc eſt ſingulare fidei Chriſtianæ vt hypoſtaſum Trinitatem in di-
uinæ eſſentiæ vnitate fateamur. Additum fuit poſt hæc de fide Catholicà; quia fides Ca-
tholica hoc credendum ſtatuit. Fidei nomen pluribus modis ſumitur, vt ex gloſ. in d. tit.
vt aliquando pro Baptiſmi ſacramento. diſt. 47. de Iudeis. Interdum pro caſtitate con-
ſeruan-

Digitized by Google

ſeruanda, 27. q. 1. coniuges. 28. q. 1. caue. Aliquando pro ſecuritate, & pacto ſeruando, 23. q. 1. noli. Aliquando pro conſcientia, de reſtit. ſpoliat. c. literas. §. nos autē. in principio. Interdum pro credulitate, de pœnit. diſt. 4. c. in domo. Interdum pro promiſsone, Inſtit. de rerum diuiſ. §. venditæ. Item pro collectione articulorum, 24. q. 1. hæc eſt fides. Item pro æquitate ſeruanda in actionibus, Inſtit. de action. §. actionum. Tandem in hanc ſcientiam fides, ex verbis Apoſtoli, eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium; dicitur ſubſtantia, ideſt fundamentū, & firma ſubſiſtentia ſperandarum rerum, efficit enim, vt dum viuimus in nobis vigeat ſpes rerum, quas in futura vita expectamus; cum ſperare debeamus, quod fuit per ſanctos Prophetas, & ab ipſo Saluatore noſtro promiſſum. Et licet ea verba tantum ad res futuras videantur ſpectare, & pertinere; ita vt de præſentibus, ac præteritis fides habenda non ſit; tamen ad vtrunq; tempus referuntur, ad præteritum, quia credimus Chriſtum natum, ad præſens, vt in Euchariſtiæ Sacramento credimus Deum eſſe; ad futuram, quod ſit Saluator noſter venturus ad iudicandum viuos, & mortuos; propterea iſta ſperamus, quia ita credimus. Hæc ex ijs, qui in d. tit. ſcripſerunt; Ita credimus, vt argumentum non apparentium habeamus; nam cum volumus aliquid probare, ſacrarum paginarum teſtimonium, & Chriſti Saluatoris noſtri verba adducimus. Ex quibus ſumimus argumentum, ideſt probationem, non apparentium; ſic fides eſt de non viſis. At verò fidei ſpecies duæ ſunt formata, & informis. Illa habetur bona, quia viua, hæc mala, quia mortua; prima virtus eſt, à qua veniunt fideles, & eſt qualitas, qua quis credit, quod diligit, & caritas iſtam comitatur, 1. q. 1. cum Paulus de pœnit. diſt. 2. c. charitas. §. item Dominus. & talis duplex eſt actus corde credere, ore profiteri. Apoſtolicis ad Roma. 10. Interior actus fidei exigit firmitatem abſque dubitatione, quæ prouenit ex infallibilitate æternæ veritatis, cui fides innititur. Iacob. 1. Confeſsio debet eſſe ſimplex, abſque ſimulatione, 1. Thimot. 3. & abſque erroris permixtione, 1. ad Theſſal. 2. & abſque variatione, 2. Corinth. 1. Ideò plures inſtituti ſunt Articuli fidei, quos laici ſaltem implicitè Chriſtiani; explicitè Prælati animarum ſcire tenentur. Ideò Theologi fidem donum Dei inſtruentis, ac mouentis hominem ad ea, quæ non videmus credēda; quæ gignunt fidem appellant, quæ ſecundū D. Tho. vt ait in 22. q. 6. cauſatum à Deo interius mouente mētem per gratiam, quantum ad eſſentiam, qui eſt præcipuus fidei actus. Additur Catholica, hoc eſt vniuerſali, & quæ in omnia loca; & in omnes terrarum angulos penetrauit, vt confirmant etiam Guliel. de Cumano, & Azzo. in tit. ad Cod. vel vniuerſalis Eccleſia, & eius fides dicitur propter vniuerſalium præcepta regularum. De his plura alibi diximus. Quamobrem Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij edicto idem fuit ſancitum, & Populo Conſtantinopolitano mandatum anno 382. vt in C. ad Theodoſij lib. 6. tit. 1. c. 2. & refert etiam Cæſarien. lib. 9. c. 7. in ſua tripartita hiſtoria, ad refellendos nonnullos hæreticorum errores, vt in primo C. legitur; De Summa Trinitate, & fide Catholica. Hæc itaque corde credenda, ore profitenda, opere ſtatuenda, vt Deus, qui benignus, & miſericors eſt, ſenſum, atq; intellectum noſtrum illuminet, vt quæ à nobis poſtulat, atque exigit, dignè exequi poſsimus; cui laus, & gloria ſit in omnem æternitatem, atque illius numine, ac præſidio totum hoc noſtrum incipiat, & perficiatur opus.

 INDEX

ELENCHVS DILVCIDATIONVM IN QVINQVE LIBRIS.

IN PRAELVDIIS.

Dilucidatio prima, Qualiter procedatur in opere.
Dilucidatio ſecunda, De origine Iuris.

EX LIB. PRIMO. DE IVRE.

Dilucidatio prima. De Iuſtitia.
Dilucidatio ſecunda. De Iure
Dilucidatio tertia. De Iure naturali.
Dilucidatio quarta. De iure Gentium.
Dilucidatio quinta. De iure Ciuili.
Dilucidatio ſexta. De iure Ciuili ſcripto.

EX LIB. SECVNDO. DE PERSONIS.

Præludia de Perſonis in genere.
Dilucidatio prima. De Seruis.
Dilucidatio ſecunda. De Ingenuis.
Dilucidatio tertia. De Mulieribus.
Dilucidatio quarta. De Sponſalibus.
Dilucidatio quinta. De Nuptijs.
Dilucidatio ſexta. De Conſang. & Affinit.
Dilucidatio ſeptima. Soluto matrimonio.
Dilucidatio octaua. De Liberis.
Dilucidatio nona. De Patria poteſtate.
Dilucidatio decima. De Tutelis.
Dilucidatio vndecima. De Cura.
Dilucidatio 12. De Minor. artificijs, & miniſt.
Dilucidatio 13. De Militia.
Dilucidatio 14. De diuerſis officijs.
Dilucidatio 15. De Iuriſd. omn. iudic.
Dilucidatio 16. De Dignitatibus.
Dilucidatio 17. De Infami. Infid. & Iud.

EX LIB. TERTIO. DE REBVS.

Dilucidatio prima. De Rebus corporalibus.
Dilucidatio ſecunda. De Rebus incorporalibus.
Dilucidatio tertia. De diuerſ. rerum acquiſit.
Dilucidatio quarta. De Teſtamentis.
Dilucidatio quinta. De Hæredibus.
Dilucidatio ſexta. De Quartis.
Dilucidatio ſeptima. De Solemnitatibus.
Dilucid. octaua. De inoff. rupt. teſtam.
Dilucidatio nona. De Codicillis.
Dilucidatio decima. De Subſtitutionibus.
Dilucidatio vndecima. De fideicommiſſ. & legat.
Dilucidatio 12. De Donationibus.
Dilucidatio 13. De Succeſſ. ab inteſt.
Dilucidatio 14. De Bonorum poſſeſſ.
Dilucidatio 15. De Collationibus.
Dilucidatio 16. De Obligationibus.
Dilucidatio 17. De obligation. ex contract.

Dilu-

Digitized by Google

Dilucid. 18. De oblig. ex quaſi contract.
Dilucid. 19. Quibus mod. tollatur obligatio.
Dilucidatio 20. De verborum obligationibus.

EX LIB. QVARTO. DE ACTIONIBVS.

IN PRAELVDIIS.

De diuiſione actionum.
Dilucidatio prima. De Actione reali.
Dilucidatio ſecunda. De Actione perſonali.
Dilucidatio tertia. Rei perſecutoriæ.
Dilucidatio quarta. Actio ex ſtipulatu.
Dilucidatio quinta. Bonæ fidei.
Dilucidatio ſexta. Actio perpetua, & temporalis.

EX EOD. LIB. QVARTO. DE INTERDICTIS.

PRAELVDIA.

De quidditate, & diuiſion.
Dilucidatio prima. De interdicto prohibitorio.
Dilucidatio ſecunda. De interdicto reſtitutorio.
Dilucid. tertia. De interdicto exhibitorio.

EX EOD. LIB. QVARTO. DE IVDICII ORDINE.

Dilucidatio prima. De Iudicijs.
Dilucidatio ſecunda. De Perſonis conſtitu. iudic.
Dilucidatio tertia. De prima parte iudicij.
Dilucid. quarta. De ſecunda parte iudicij.
Dilucidatio quinta. De tertia parte iudicij.

EX LIB. QVINTO. DE DELICTIS.

PRAELVDIA.

De diuiſione criminum.
Dilucidatio prima. De quidditate, & nominibus delictorum.
Dilucidatio ſecunda. De ordine procedendi in cauſis criminalibus.

INDEX

Titulorum omnium ex corpore ff. C. Auth. Inſt. deſumptorum, quorum termini in Opere dilucidantur.

A Bigeis ff. fol. 307
Abolitionibus ff. 313
Accuſationibus C. 311
Actionibus Inſt. 229
Acti, & obl. ff. & C. 229
Act. hær. C. 250
Act. rer. amot. ff. 244
Act. empt. & vend. ff. 246
Acceptila. ff. 184
Act. & obl. C. 170
Acq. vel omit. hær. ff. 165
Acq. vel omit. poſſ. ff. & C. 111
Acq. vel ret. poſſ. C. eod.
Acq. rer. dom. ff. 118
Actores à tut. vel curat. dat. C. 98
Ad municip. de incol. ff. 36
Adopt. Inſt. ff. & C. 79
Adminiſt. & periculo tuto. ff. & C. 82
Aduocat. diuer. iud. C. 97
Aduocat. diuer. iudicum C. eod.
Aduocat. fiſci C. 98
Ad ſenatuſconſul. Claud. C. 135
Ad trebell. ff. 136
Ad orfic. Inſt. 164
Ad tertull. Inſt. & C. 165
Ad maced. ff. 203
Ad vell. ff. 204
Ad turpil. ff. & C. 306
Ad leg. falc. Inſt. ff. & C. 136
Ad l. aquil. Inſt. & ff. 172
Ad l. iul. de amb. ff. 303
Ad l. iul. maieſt. ff. eod.
Ad l. iul. de adult. ff. 310
Ad l. iul. repetun. ff. 308
Ad l. iul. de ann. ff. 307
Ad l. iul. pecul. ff. eod.
Ad l. Corneliam de ſicarijs ff. & C. 304
Ad l. Cor. de falſis ff. 309
Ad l. Pomp. de parric. ff. 304
Ad l. Fauiam de plag. ff. 307
Ad exhibendum ff. 244
Adim. leg. ff. 158
Adempt. leg. Inſt. eod.
Aedilit. edicto ff. 31
Aequalit. dot. Auth. 197
Aeſtimat. act. ff. 246
Aedilit. act. C. 250
Agnoſc. & alend. lib. ff. 61
Agricol. & cenſit. C. 87
Albo ſcrib. ff. 31
Alend. lib. C. 61
Alim. & lib. leg. ff. 156
Annonis, & trib. C. f. 93. & 307
Annuis leg. ff. 154
Annal. except. C. 281
An per alium ea appell. ff. 94
Apparit. mag. milit. C. eod.
Apparit. Præf. Prat. C. f. 94. & 96
Apparit. Præf. vrbis C. eod.
Apparit. Proconſ. leg. C. eod.
Apparit. Comit. Orient. C. eod.
Apparit. Præf. annonæ C. 97
Apoſtatis C. 106
Appell. & prouocat. ff. C. & Auth. 293
Appell. recipien. ff. 294
Apud eum, a quo appell. ff. 295
Aquæductum C. 114
Aqua quotid. æſtiua ff. 115
Armis, & vſu armorum C. 93
Arboribus cædend. ff. 262
Aſſertione toll. ff. 45
Attiliano tut. Inſt. 78
Athletis C. 94
Auct. tut. ff. 83
Auro, & arg. leg. ff. 166
B Oniſq; liberis C. 109
Bonis maternis C. eod.
Bonor. poſſ. ff. ſecund. tab. ff. C. 16
Bonorum poſſeſſ. ex teſtam. milit. ff. 167
Bonorum poſſeſſ. contra tab. ff. eod.
Bonorum poſſeſſ. ff. 168
Bonis damnator. C. 314
Bonis eorum, qui ante ſentent. ff. eod.
C Apitis diminutione Inſt. & ff. 42
Captiuis, & poſtlimin. reuerſ. ff. 46
Caſtrenſi pecul. ff. & C. 109
Caſtrenſianis C. 97
Caducis toll. C. 157
Carboniano edicto C. 168
Cadaueribus punitorum ff. 313
Ceſſione bonorum ff. & C. 207
Cloacis ff. 296
Collegijs illicitis ff. 304
Colonis illiricis C. 87
Colonis Paleſtinæ C. 88
Colonis trbacenſibus C. eod.
Colonis Palatinis C. eod.
Collegijs, & corporibus ff. 35
Collegiatis C. 90
Codicillis Inſt. 142
Collationibus ff. & C. 169
Communia prædiorum tam vrb. quam ruſt. ff. 115
Communia de vſucap. ff. 121
Communia de legat. C. 153

Com-

Commun. de ſucceſſ. C.	163
Commun. rerum alienand. C.	191
Commun. de iudicijs C.	265
Compenſationibus ff. & C.	202
Commodato ff.	176
Communia de manumiſsion. C.	142
Conſtitutionibus Principum ff.	25
Concubinis ff & C.	61
Condition. & demonſtration. ff. & C.	127
Condition. inſert. C.	153
Condition. indebitè ff.	177
Condition. ob turpem cauſ. ff.	eod.
Condition. ſine cauſ. ff.	eod.
Condition. ex l. ff.	eod.
Conditione Triticar. ff.	eod.
Conditione cauſa dat. non ſecut. ff.	240
Condition. furtiua ff.	241
Condition. diuidundi ff. & C.	242
Condition. vel vtili action. ff.	248
Cohortalibus C.	94
Confeſsis ff.	279
Conſortibus C.	271
Concuſſionibus ff.	306
Conſtituta pecunia ff. & C.	198
Contrahen. empt. ff. & C.	190
Contrahen. ſtipul. C.	181
Crimine ſtellionat ff. & C.	303
Crimine expilat. hæred. ff. & C.	308
Cuſtodia reorum ff.	312
Curatoribus bonor. datis ff. & C.	85
Curatoribus furioſorum ff. & C.	84
Decurionibus, & immunitate ff.	29
Decanis C.	97
Decurionibus C.	107
Debitor. vendit. pignor. C.	180
Dedititia libertate C.	41
Defenſoribus ciuitatum Auth.	103
Deſertoribus militiæ C.	92
Deſertoribus, & occultatoribus C.	93
Delictorum, & itinerum C.	eod.
Diuerſis reſcriptis C.	27
Diuiden. tutel C.	82
Diuerſis apparit. C.	94
Diſcuſſoribus C.	96
Diſcuſſoribus, & concuſſoribus C.	eod.
Diuerſis officijs C.	97
Diuerſis temporibus præſcript. ff.	121
Diuiſion. ſtipulat. Inſt.	181
Dilationibus ff. & C.	283
Depoſiti ff.	178
Dignitatibus C.	104
Dote prælegat. ff.	155
Dotis promiſſ. C.	196
Dote caut. non numerat. C.	197
Donation. Inſt. & C.	159
Donation. inter virum, & vxor. ff. & C.	eod.
Donation. quæ ſub modo C.	eod.
Donation. cauſ. mort. ff. & C.	160
Donation. ante nuptias C.	161
Dolo malo ff. & C.	234
Duobus reis ſtipul. Inſt.	183
Duobus reis ſtipulan. Inſt.	271
Eccleſiarum rerum immobil. alienan. Auth.	191
Edicto D. Adr. toll. C.	138
Edendo ff. & C.	278
Effractores carcerum ff.	303
Emendando Codice C.	3
Empt. & vendit. Inſt.	190
Erogatione milit. annon. C.	93
Errore calculo C.	203
Epiſcopali audientia C.	101
Epiſcopis, & Clericis C.	eod.
Eo cui libertat. cauſ. bona addicun. Inſt.	168
Eo, quod metus cauſ. ff.	234
Eo, qui pro tutela ff.	248
Eo, quod certo loco ff.	eod.
Eo per quem factum erit ff.	276
Eum, qui appellat ff.	295
Eunuchis C.	62
Exenſatione tutorum Inſt. & ff.	79
Excuſat. tut. vel curat. & eorum temporum C.	81
Excuſat. veteranorum C.	80
Exceptionibus ff.	295
Executione milit. annon. C.	93
Exactoribus C.	96
Exequutoribus, & exactoribus C.	97
Exequutoribus Auth.	296
Exequutione rei iudicat. C.	eod.
Exhæredation. liberorum Inſt.	140
Exercitoria actione ff.	247
Extraordinarijs criminibus ff.	298
Ex quibus cauſis maior. ff. & C.	235
Etiam ob chirograph. pacti pigno. C.	180
Euictionibus ff. & C.	192
Falſa cauſ. adiecta legato C.	159
Famoſis libellis ff.	306
Fabricenſibus C.	90
Familiæ erciſcund. ff. & C.	242
Ferijs ff. & C.	273
Filij nati ante dotal. inſtrum. Auth.	71
Filij familias, & quemadmodum C.	73
Filio familias minor. C.	235
Fiduciaria tutela Inſt.	78
Fideicommiſſis C.	152
Fideicommiſſarijs hæreditatib. Inſt.	eod.
Fideicommiſſi hæreditat. petitione ff.	231
Fidei inſtrumentorum C.	188
Fideiuſſoribus Inſt. & ff.	198
Fideiuſſoribus, & mãdatoribus Auth. ſ. eod. & C.	235

Finium regundorum ff. & C. 242
Fluminibus ff. f. 119. & 254
Fonte ff. f. 119. & 256
Formulis, & Imper. ſubla. C. 277
Fructibus, & expenſis litis C. 291
Furtis Inſt. ff. & C. 306
Furti aduerſus nautas, caup. & ſtabul. ff. eod.
Furibus balneariis ff. 307

G Lande legenda ff. 265
Gradibus cognation. Inſt. f. 55. & 57
Gradibus affinitat. ff. eod.

H Aeredibus inſtituen. Inſt. ff. & C. 126
Hæredum qualitate different. Inſt. 131
Hæredit. quæ ab inteſtat. defertur Inſt. Auth. fol. 163
Hæredit. vel actio vend. ff. 246
Hæreticis, & Manichæis C. 106
Hirnachijs C. 96
His, qui ad ſtatuas confugiunt ff. 30
Hit, qui à nou domin. C. 43
His, qui ſatiſdat. non dederint C. 82
His, qui veniam ætat. impetran. C. 80
His, qui ante apertas tabulas C. 132
His, qui vt indigni ff. & C. 133
His, qui pro reſcript. ff. eod.
His, qui teſtamen. delen. ff. f. 135. & 137
His, quæ ſub modo leguntur C. 153
His, qui à prioribus credit. C. 180
His, qui in fraudem creditorum C. 238
His, qui metu iudicis non appell. C. 291
His, qui ſibi adſcribi teſtam. C. 309

I Mpuber, & aliis ſubſtitut. C. 143
Immenſis donaut. Auth. 162
Impenſ. in rebus dotal. fact. ff. f. 198. & 248
Incolæ, & vbi quis domicil. C. 37
Incendiariis ff. 309
Incendio ruinæ, naufrag. ff. 308
Inceſtuoſis nuptiis C. Auth. 51
Indict. vid. tollen. C. 60
Infantibus expoſitis C. 66
Infirmando celibatu C. 161
Ingenuis manumiſſ. C. 46
Ingratis liberis C. 73
In litem dand. tutorem C. f. 79. & 85
In litem iuran. ff. 272
In quibus caſibus tutor, vel curat. haben. C. 85
In quibus caſibus col. cap. cenſ. C. 87
In quibus caſibus pignor. tacit. contra. ff. & C. 179
In quibus caſibus pignor. alleg. dent. ff. eod.
In quibus caſibus in integra reſtitutio non detur Cod. fol. 235
In quibus caſibus milit. C. 268
Iniuriis Inſt. 305

Inſtitution. & ſubſtitution. C. 118
Inſtrument. caut. Auth. 188
Inoffic. teſtament. Inſt. ff. & C. 139
Inoffic. donat. C. 162
Inoffic. dotibus C. 197
Interdicto matrimon. C. 52
Interdictis Inſt. ff. 252
Interdictis relegat. ff. 314
In integr. reſtitut. ff. & C. 233
In integr. reſtitut. præſtan. C. 237
Inſtitutoria actione ff. 247
In rem verſo ff. 248
Itinere actuq; priuato ff. 255
Iudiciis ff. 265
In ius vocan. ff. 275
In ius vocan. vt eant. ff. 276
Iureiuran. ff. & C. 287
Iurament. calumniæ C. 272
Iuriſdictione omn. iudic. ff. & C. 270
Inter alios acta C. 286
Iure dotium ff. & C. 196
Iure fiſci C. 165
Iure dominii impetran. C. 180
Inutilibus ſtipulat. Inſt. 183
Iure codicillorum ff. 142
Iure deliberan. ff. 138
Iure aureorum annulorum ff. & C. 30
Iure reip. C. 15
Iniuſto, irrit. teſtam. ff. 141
Iudæis, & Cælicolis C. 106
Iuris, & facti ignorant. ff. & C. 22
Iuſtitia, & iure ff. Inſt. 10
Iuſtinian. Cod. confirm. C. 3

L Atina libertat. tollen. C. 41
Legibus ff. & C. 21
Legibus, & ſenatuſconſul. C. 24
Lege fuſia caniu. tollen. Inſt. 44
Legitima tutela ff. 77
Legitima agnator. tutel. Inſt. eod.
Legitima parent. tutel. Inſt. eod.
Legitima patronor. tutel. Inſt. eod.
Legitima agnat. ſucceſſ. Inſt. 163
Legitimis hæredibus C. eod.
Legatis Inſt. ff. 153
Legatis præſtan. ff. 157
Libertate municip. ff. 41
Libertinis Inſt. 42
Libertis, & eorum libertinis C. 45
Liberali cauſa C. eod.
Liberis, & poſthumis ff. f. 68. & 132
Liberis præteritis ff. & C. 139
Liberatione legat. ff. 155
Libero exhiben. C. 139
Liberis exhiben. ff. 264
Libero homin. exhiben. ff. eod.

Libel-

Digitized by Google

Libellis dimiſſorijs ff. 294
Libellis ff. 277
Litigioſis C. 279
Litis conteſtat. C. 280
Litterarum obligat. Inſt. 188
Locato, & conduct. Inſt. ff. & C. 193
Locatio prædior. ciuit. C. eod.
Loco publ. fruendo ff. 255
Locis, & itineribus publ. ff. eod.
Luitione pignor. C. 180

Mandati principum C. 25
Manumiſſione ff. 42
Manumiſſa vindicta ff. eod.
Manumiſſo teſtamento ff. 43
Mancipia liberorum C. 75
Mandati Inſt. ff. & C. f. 195. & 243
Maledicis, & Mathematicis C. 301
Magiſtratibus, & municip. C. 103
Maiuma C. 95
Metropolis, & Beryt. C. 36
Mendicantibus validis C. 88
Menſoribus C. 90
Meatis epidim. C. 92
Meatibus C. 314
Metallarijs C. 89
Minoribus 25. annis ff. & C. f. 85. & 235
Militari veſte C. 92
Militari teſtamento Inſt. ff. & C. 124
Migrando ff. 263
Modo multarum C. 291
Monopolijs C. 304
Mortuo inferendo ff. 253
Municip. & origin. C. 37
Mulier, & in quo loco C. 47
Murilegulis C. 90
Mutatione nominis C. 309

Natalibus reſtituendis ff. 46
Naturalibus liberis C. 69
Nauicularijs C. 89
Nautis tiberinis C. eod.
Neceſſarijs hæredibus inſtituen. C. 131
Negocijs geſtis ff. f. 99. & 247
Negociatores ne militent C. 92
Neq; virum, quod ex dot. Auth. 197
Ne quid in flumine pub. ff. 254
Ne quid in loco pub. ff. 255
Ne quid in via pub. ff. eod.
Ne quis in ſua cauſa iudicet C. 267
Ne quis eum, qui in ius vocab. ff. 276
Ne liceat vna cauſa C. 295
Ne vis fiat ei ff. 253
Nemini licere ſigna Saluatoris C. 301
Ne ſtatu defunctorum C. 313
Nil innouan. appellationem pendent. ff. 295

Non alienan. vel permutan. Auth. 191
Non numerata pecunia ff. & C. 175
Nouationibus ff. & C. 202
Noui operis nunciat. ff. 256
Nuptijs Inſt. C. Auth. 51
Nudo iure quiritum tollen. C. 16

Obligationibus Inſt. 170
Obligationibus ex contractu Inſt. 189
Obligationibus ex quaſi contractu Inſtit. fol. 199
Obligationibus ex delicto Inſt. 298
Officio mag. militum C. 97
Off. Præſidis ff. 101
Off. Prætoris ff. & C. 102
Off. Præfecti Vrbis ff. & C. eod.
Off. Præfecti Prætorio ff. & C. eod.
Off. Præfecti Prætorio Africæ ff. eod.
Off. Præfecti Prætorio Auguſt. ff. & C. eod.
Off. Præfecti Vigilum ff. & C. eod.
Off. Præfecti Annonæ C. eod.
Off. Proconſ. legat. ff. eod.
Off. Comitis Palatini C. 103
Off. Comitis ſacr. Palat. C. eod.
Off. Comitis ſacr. largit. C. eod.
Off. Comitis rerum priuatarum C. eod.
Off. Comitis Orientis C. eod.
Off. Quæſtoris ff. & C. eod.
Off. Mag. officiorum C. eod.
Off. Aſſeſſorum C. eod.
Off. eius, qui vicem alterius C. eod.
Off. eius, cui mandata eſt iuriſd. ff. eod.
Off. ciuilium iudicum C. 104
Off. diuerſorum iudicum C. eod.
Off. milit. iud. C. eod.
Off. Vic. C. 103
Off. iud. Inſt. 296
Ordo iudiciorum C. 275
Origine iuris ff. 3

Pactis ff. & C. 187
Pactis inter empt. & vendit. C. fol. 187. & 192
Pactis conuentis ſuper dot. C. eod.
Pactis pignor. reſcinden. C. 180
Palat. ſacrarum largit. C. 97
Paganis, & Saracenis C. 106
Patria poteſtate Inſt. C. 73
Patribus, qui filios diſtrax. C. eod.
Pedaneis iudicibus C. 103
Peculio ff. 108
Peculio legato ff. 156
Penu legato ff. eod.
Pœnis ff. & C. 313
Pœna iud. qui malè iudicat. C. 270
Pœna temere litiganti Inſt. 271

Perſecutoribus auri C. 89
Per quas perſonas nobis acquiratur Inſt. 122
Periculo, & commodo rei vend. ff. & C. 192
Petitione hæreditatis ff. 230
Petentibus plus debito C. 272
Pignoribus ff. 179
Pignoratitia actione ff. 247
Piſtoribus C. 88
Poſthumis hæred. inſtituendis C. 132
Pollicitationibus ff. 185
Poſſeſſio pet. hæred. ff. 167
Poſtulando ff. 278
Precibus Imperat. offeren. C. 27
Præſcriptionibus ff. & C. 121
Præſcript. 30. vel 40. ann. C. 122
Perpetu. & tempora. act. Inſt. 249
Prætorijs ſtipulationibus ff. 182
Prætorijs pignoribus C. 179
Præſcriptis verbis in factum ff. 247
Precario ff. 262
Præuaricatoribus ff. 306
Priuilegijs veteranorum militum ff. 30
Priuilegijs creditorum ff. eod.
Priuilegijs Vrbis Conſtantinopol. C. eod.
Priuilegijs dotium Auth. 197
Priuatis delictis ff. 298
Priuatis carceribus C. 303
Primipilarij C. 99. Procurat. ff. 94
Procurat. Cæſaris C. eod.
Pro ſocio ff. f. 195. & 243
Probationibus ff. 283
Plus valere, quod agitur C. 286
Ponderatoribus auri C. 89
Pupillari ſubſtitutione Inſt. 146
Publiciana ff. 230
Publicis iudicijs Inſt. 298

Quemadmodum ſeruitus ammittatur ff. 115
Quadriennali præſcriptione C. 121
Quemadmodum teſtam. aperian. ff. & C. 138
Quæ res pign. vel hyppot. oblig. ff. & C. 179
Quæ res aſportari non debent C. 191
Quæ res vendi non poſſint C. eod.
Quando cum eo Inſt. 204
Quarum rerum non detur actio ff. 229
Quando ex facto tutoris ff. 250
Quando actio de peculio ſit annalis ff. 249
Quando liceat vnicuiq; ſine iud. 267
Quando Imperat. inter pupill. & viduas cogn. C. eod.
Quando libell. principi det. C. 282
Quando decreto opus eſt ff. 289
Quando appellare ſit ff. 294
Quando prouocare non eſt neceſſe ff. eod.
Quando ſine appellat. cognoſca. ff. eod.
Quando dies legati cedat C. 157
Quæſtionibus ff. 312
Qui ad ſtatuas conſugiunt C. 41
Qui ad Eccleſias manumitt. C. 43
Qui admitti C. 167
Qui accuſare non poſſint C. 311
Qui ad libertatem proclamare non eſt neceſſe C. 43
Qui manumitti non poſſint in fraudem credit. C. 44
Qui, & à quibus manumitti ff. eod.
Qui non poſſint ad libertatem peruenire C. 45
Qui tutores teſtamento dari poſſint Inſt. 77
Qui dare tutores, vel curat. poſſ. C. 78
Qui petant tutores ff. & C. 79
Qui nu. liberorum ſe excuſant C. eod.
Qui nu. tutelarum ſe excuſant C. 80
Qui morbo ſe excuſant C. eod.
Qui ætate ſe excuſant C. eod.
Qui teſtamentū facere poſſint C. 115
Quis ordo in bonorum poſſ. ſeruan. ff. 167
Qui potiores in pignore ff. & C. 180
Qui & aduerſ. quos in integr. reſtit. C. 236
Qui legitimam poſſeſſio C. 271
Qui militare poſſint C. 92
Quis & à quo appell. ff. 295
Qui ſine manumiſſa libert. C. 43
Quibus ex cauſis ſeru. C. eod.
Quibus ex cauſis manumitti liceat Inſt. eod.
Quibus modis naturales efficiantur leg. Auth. 71
Quibus modis ius pat. pot. ſoluatur Inſt. 74
Quibus modis tutela finiatur Inſt. 83
Quibus modis vſufruct. ammittatur ff. 116
Quibus non officiat long. temp. præſcript. C. 122
Quibus caſibus tenet long. temp. præſcript. C. eod.
Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtamentū Inſt. 125
Quibus modis teſtamenta infirmentur Inſt. 141
Quibus non competit bonorum poſſeſſio ff. 167
Quibus modis re contrahatur oblig. Inſt. 175
Quibus modis pignora ſoluantur ff. 180
Quibus modis tollatur oblig. Inſt. 200
Quibus alienare non licet Inſt. 191
Quibus rebus ad eundem iudicem ff. 268
Quibus res iudicata non nouat C. 286
Quibus appellare non licet ff. 294
Quod falſo tutore geſtum eſt ff. 83
Quibus ex cauſis ſeru. pro præmio C. 44
Quod in fraude patroni ff. 238
Quod iuſſu ff. 247
Quod falſo tutore ff. 248
Quod vi, aut clam ff. 262
Quomodo, & qui iudex C. 290
Qui pro ſua iuriſd. C. 267
Quando non peten. part. accreſc. C. 165
Quorum bonorum ff. & C. 258
Quorum legatorum ff. 259
Quorum appellatio non recipiatur C. 294
Quando liceat ab emptione recedere ff. 192
Quod cuiuſq; vniuerſit. ff. 99
Quando mulier tutelæ off. fungi poſſ. C. 77

Rapto-

RAptoribus virginum ff. 310
Rebus eorum, quæ ſub tutela ff. fol. 191. & fol. 83
Rebus alienari, vel non C. 191
Rebus dubijs ff. 110
Rebus corporalibus ff. 119
Rerum diuiſione Inſt. 118
Rerum permutatione ff. & C. 190
Rebus creditis ff. 176
Rectores prouinciarum C. 101
Receptis arbitris ff. & C. f. 104. & 269
Rei vxoriæ actione ff. 248
Relationibus C. 293
Re militari ff. & C. 91
Remiſſione pignorum C. 180
Reiudicata ff. & C. 296
Rem pupilli ſaluam fore ff. 82
Regula Cathonianæ ff. 158
Replicationibus Inſt. 282
Repudianda, & abſtinen. hæredit. C. 165
Repudianda bonorum poſſ. C. 168
Requirendis reis ff. 312
Rei vendicatione ff. & C. 230
Reſtit. militum C. 236
Reſcinden. vendit. ff. & C. 192
Reuocan. donat. C. 162
Ripa munienda ff. 254
Ritu nuptiarum ff. 51
Riuis ff. f. 256. & 119

SAluiano interdicto ff. & C. 259
Sacroſanctis Epiſc. Auth. 105
Sacroſanctis Eccleſ. C. 118
Salgama hoſpitibus præſtan. C. 93
Secundis nuptijs ff. & C. 53
Sententijs C. 291
Sentent. quæ ſine cert. quantit. C. eod.
Sentent. quæ pro eo, quod intereſt C. eod.
Sentent. reſcinden. petit. C. 292
Sentent. præfect. prætor. C. 293
Sentent. reſtituen. ff. 313
Seditioſis C. 304
Senatoribus ff. 105
Seruis aſportan. ff. 40
Seruo fugitiuo ff. & C. 41
Seruo corrupto ff. eod.
Seruo pignor. dat. C. 44
Seruitutibus Inſt. ff. 113
Seruitute vrban. prædior. ff. eod.
Seruitute, & aqua C. 115
Seruitute legat. ff. eod.
Si à non competen. iudic. C. 294
Sepulcro violat. C. 310
Si contra ius C. 27
Si matris volunt. tutor dat. ſit C. 79
Si cui plus, quam per l. Falcid. ff. 136
Si certum petatur ff. 176
Si communis res pignor. detur C. 179
Si antiquior credit. pignor. vend. C. 180
Si ager vectig. vel emphit. petat. ff. 231
Seruus reip. manumiſſ. C. 43
Si quis ad Eccleſ. confug. ff. 30
Si quis aliq. teſta. prohibuer. C. 126
Singul. rebus per fideicommiſſ. relict. Inſt. 152
Si quis à parent. manumiſſ. C. 238
Si quis ius dicen. non obtemp. ff. 276
Si quis in ius vocat. non ierit ff. eod.
Si quis caut. in iudic. ſiſten. ff. eod.
Si quis Imperat. maledixerit C. 303
Si quis teſtam. libertat. ff. 309
Si ſeruus aſportan. C. 40
Si liber. ingen. eſſe dicatur ff. 45
Si ſeruit. vendicet. ff. 105
Si minor ſe maior dixerit C. 236
Si famil. fur. fecis. dicatur ff. 306
Si de moment. poſſeſſ. C. 294
Si mancip. ita venerint C. 40
Si mancip. ita fuer. alienat. C. 43
Si quacunq. prædit. poteſt. C. 52
Si nupt. ex reſcript. princip. C. 53
Si tutor reip. cauſ. C. 80
Si tut. vel curat. falſis allegat. C. 81
Si ex plur. tutor. C. 82
Si aduerſ. credit. C. 122
Si aduerſ. rem iudicat. C. 236
Si aduerſ. vendit. reſtit. poſtul. C. 136
Si aduerſ. vendit. pignor. C. 236
Si aduerſ. donat. C. eod.
Si aduerſ. libert. C. eod.
Si aduerſ. ſolutionem C. 237
Si aduerſ. dotem C. eod.
Si aduerſ. delictum reſtit. poſtul. C. eod.
Si aduerſ. vſucap. reſtit. poſtul. C. eod.
Si aduerſ. fiſcum reſtit. C. eod.
Si aduerſ. credit. C. eod.
Si tabul. teſtam. nullæ ff. 138
Si tabul. teſtam. ex tab. ff. 166
Si quadrupes pauper. feciſſe dicat. ff. 172
Si in cauſa iudic. pignor. C. 179
Si pignus pignor. dent. C. 180
Si min. fact. alienat. rat. habuer. C. 191
Si res alien. pignor. det. C. 179
Si vnus ex plur. hæred. C. 180
Si vend. pignor. agat. C. 181
Si propt. publ. penſitat. ff. 192
Si pars hæredit. petat. ff. 231
Si ventr. nomine ff. 168
Si ſæpius in integr. reſtit. poſtul. C. 236
Si vſufr. petat ff. 232
Si plures vna ſenten. C. 292
Si tutor, vel curat. ff. 294
Si penden. appellat. mors interuen. ff. 295

Si reus,

Si reus, vel accuſat. C. 313
Si vt ab hæredit. C. 237
Si vt amiſſ. hæredit. C. eod.
Statu homin. ff. 37
Statu libertinorum ff. 45
Sponſalibus C. 48
Spectaculis C. 95
Soluto matrim. ff. C. 60
Stratoribus C. 89
Solut. liberation. ff. 201
Superficiebus ff. 110
Suarijs C. 90
Suſpect. tutoribus ff. C. 83
Subſtitutionibus Inſt. ff. C. f. 126. & 143
Suppellet. legat. ff. 156
Succeſſ. edicto ff. C. 164
Succeſſ. cognat. Inſt. 164
Succeſſ. libertat. Inſt. eod.
Succeſſ. ſublat. Inſt. 165
Societate Inſt. 195
Stipulat. ſeruor. Inſt. 183

TAbularijs C. 96
Tabellionibus C. 96
Temp. non ſolut. pecun. ſuper dot. Auth. 197
Temp. in integ. reſtit. C. 237
Temporibus ad appellandum C. 294
Teſtamenti manumiſſione C. 43
Teſtamentis Inſt. ff. C. 125
Teſtamentis ordinandis Inſt. 125
Teſtibus ff. C. 285
Theſauris C. 119
Teſtamentaria tutela ff. C. 77
Tigno iniuncto ff. f. 113. & 308
Termino amoto ff. 309
Tironibus C. 92
Tractatoribus C. 90
Triente, & ſemiſſe Auth. 135
Tranſactionibus ff. C. 188
Tributa actio ff. 248
Tutelis Inſt. ff. 76
Tutelis, & rationibus diſtrahere ff. 83
Tut. & curat. dat. ab his ff. 78
Tut. & curat. Illuſtrium C. 78

VAcatione munerum ff. 29
Veteri iure enucleando C. 3
Ventre inſpiciendo ff. 64
Venatu ferarum C. f. 95. & 119
Veteranis C. 92
Verborum obligat. ff. 181
Verborum ſignificatione ff. 207
Vbi pupilli educentur ff. 66
Vbi petantur tutores C. 79
Vbi de poſſeſſ. agi oporteat C. 267
Vbi fideicom. petit. C. 267
Vbi conueniantur qui certo loco promiſer. C. eod.
Vbi in rem actio exercer. deb. C. eod.
Vbi de hæredit. agat. C. eod.
Vbi de ratiocinio agi oport. C. eod.
Vbi de cauſa agi oport. C. eod.
Vbi quis à curial. C. eod.
Vbi Senatus, vel clariſſ. C. eod.
Vbi & apud quem reſtit. in integr. C. 268
Vbi cauſæ fiſcales C. 268
Vbi de crimin. agi oport. C. 311
Vino tritico legat. ff. 156
Via publ. reficien. ff. 255
Vi, & vi armata ff. C. 262
Vi bonorum raptorum Inſt. ff. C. 308
Vindicta libertat. C. 42
Vnde liberi, & legit. ff. C. 167
Vnde cognati ff. eod.
Vnde vir, & vxor ff. C. f. 165. & 167
Vnde vi ff. C. 262
Vſufructu Inſt. & ff. 116
Vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſum. ff. 116
Vſufr. quemadmodum caue. ff. eod.
Vſu, & habitatione Inſt. & ff. eod.
Vſucapionibus Inſt. ff. 121
Vſucapio { pro emptore / pro donato / pro dote / pro hærede / pro legato } ff. 121
Vſucapion. transforman. ff. eod.
Vſufr. legato ff. 157
Vſufr. accreſcen. ff. eod.
Vſuris ff. 309
Vſuris, & re iudicata C. 292
Vtrobi ff. 261
Vt quæ deſunt aduocatis C. 98
Vt omn. iudic. tam ciuil. quam milit. C. 104
Vt intra certum tempus C. 121
Vt licet matri, & auiæ Auth. 125
Vt legata, ſeu fideicom. ff. 158
Vt in poſſeſſ. legat. ff. 159
Vt ſponſalitia largitas Auth. 161
Vt fratres filij Auth. 164
Vt militar. ſucceſſ. ff. eod.
Vt ex leg. ſenatuſconſul. bonorum poſſeſſ. detur ff. 168
Vt actio ab hæred. C. 230
Vt in flumine publ. ff. 254
Vti poſſidetis ff. C. 261
Vt iudices ſine ſuffragio Auth. 270
Vt litigantes iurent Auth. 272
Vt cum de appellat. cognoſc. Auth. 295
Vt nemin. lice. ſine iudic. auct. C. eod.
Vt non luxurietur contra natur. Auth. 310
Vulgari, & pupillari ff. 45
Vulgari ſubſtitut. Inſt. eod.
Vxoribus militum C. 53

FINIS.

AD PERILLVSTREM, AC REVERENDISSIMVM D. NAPOLEONEM COMITVLVM

Epiſcopum Peruſinum.

DECVS *egregium, iuris lux fulgida recti*
COMITVLE, *ut faueas pagina docta rogat*
MOSCONII *labor eſt; propria quem protegis aula;*
Poſcit vt illuſtres: nobile funde iubar.
Promittunt facturum oculi, vox addita firmat;
Candor at iſte animi fecerat ante fidem.
Iamq; ades, ac ſpargis præclaro lumina vultu:
Pagina læta capit Sole micante viam.

IOAN. BAPTISTÆ LAVRI IN OPVS D. ISIDORI MOSCONII,

Viri doctiſsimi, ac religioſiſsimi; De Maieſtate militantis Eccleſiæ, & in Dilucidationes Iuris.

ORDINE *Maieſtas, quo ſe Romana coronet,*
Multiplices fidei dum canit excubias;
Vmbrorum populis legum penetralia pandit,
Et largo ingenij nos rigat imbre ſui;
Mirum: cum duplici fœcundet pignore mundum,
Illi quot titulos Axis vterq; parat.

OCI2I

Metelli

Metelli Chini Trebiatis ad Lectorem.

COLLEGIT *Cæſar diſperſa volumina legum,*
Iuraq; Tyronibus commodiora dedit.
Hic nouus vt Cæſar, MOSCONIVS *omnia paruo*
Dogmate reſtringit, lucida cuncta facit.

Eiuſdem.

MANTVA *Virgilio clara eſt, vt Roma Tibullo.*
Clara viro, ſic Patria eſt TREBIAE.

Ad Libri Lectorem Octoſticon.

SACRARVM *cupiens myſteria noſcere legum*
Sedulus hunc relegas nocte, dieq; librum.
Paruulus eſt (dices) nec deſunt commoda paruo,
Si tamen eſt, tantas qui tibi ſpondet opes.
Hic voces, titulosq; tibi complectitur omnes.
Iuris; ſi volues non odioſus erit.
Sedulitatis eget, ſolers ſi cura recedet,
Vel breuis & multis ſic quoq; longus erit.

Ad Lectororem Tetraſticon.

SI *labyrintheas legum ſuperare latebras*
Optas: præſtabit dædala fila liber.
At cupit in manibus gratus tibi ſemper adeſſe,
Et rogat, vt ſtudij tædia vincat amor.

Ad Librum Exaſticon.

I *Pede præcipiti, totas percurre per vrbes,*
Et dic te iuris pandere ſenſa liber.
Cauſam ſi quærent, breuiter tu multa fatere
Cæcas ambages diſplicuiſſe tibi;
Si, quis vocarit: tua ſit reſponſio: peccat,
Qui facit, vt poſcant, quod iuuat, & propera.

ISIDORI MOSCONII DILVCIDATIONVM TOTIVS IVRIS CIVILIS PRÆLVDIA.

SVMMARIVM.

1 *Principia ſine ordine tradi non poſſunt.*
2 *Ordinis effectus qualis.*
3 *Conſequens per ſubſequens cognoſcitur.*
4 *Poſteriora ex prioribus cognoſcuntur.*
5 *Verum ſcire eſt noſcere principia rei.*
6 *Theorogicus modus procedendi qualis.*

DILVCIDATIO PRIMA PRAELVDIORVM.

SVMMOPERE his temporibus elaborandum eſt inter tot, tantaq; legum
volumina, quid verum, quidue certum ſit reperiri, cum ſcribentium co-
pia confuſionem potius (ſi dicere fas eſt) quam dilucidationẽ pariat, hoc
profitentibus Iura optandum eſt, vt tali ordine cuncta diſponantur, quo
& ipſis profitentibus, ac legentibus (faciliora cum apparuerint) legum
1 lectio proſit, & delectet. Nam quæ bono ſunt inchoata principio melio-
2 ri perficientur exitu. Idcirco volentibus Iuri operam dare circa Iuris principia potiſsime,
ac ipſarum rerum ordinem verſari conuenit. Quoniã principia ſine ordine tradi non poſ-
ſunt, & ordo eſt principia medijs, & media ſuis finibus iungens, quo ſcimus, quid facimus,
ſi debito ordine facimus, Bal. in Proœ. ff. num. 1. & 2. Ordo legum ambages tollit, facit vt
res magis delectet animos, mentes nutriat, ſenſus illuminet & memoriam reddat clario-
3 rem. Qua de re, cum de Iuris dilucidatione dicturi ſimus, prius eius originem noſce oppor
tet, nam qui vult ſcire conſequens, debet prænoſcere antecedens, & qui vult ſcire, quid rei,
4 debet ſcire principia rei, Bald. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. quia poſteriora ex prioribus cogno-
5 ſcuntur, ſecundum Philoſophum in lib. Poſter. & l. ſi ſcimus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. nec
perfectè nouit artẽ, qui non nouit principia artis, & talis modus procedendi dicitur Theo-
6 rogice, eo quod proceditur diffinitiuè, diuiſiuè, & exemplariter. Propterea ſicut origo
præcedit ſequentibus ab ea, ideo prius de origine, deinde de cæteris dicendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Ab origine Iuris incipiendum.*
2 *Principium eſt potiſsima pars.*
3 *Origo altius repetenda.*
4 *Tempora quibus leges ſunt condita.*
5 *Primum tempus ab Vrbe condita.*
6 *Curiata lex, quæ.*
7 *Ius Ciuile Papirianum.*
8 *Secundum tempus expulſis Regibus.*
9 *Legum duodecim tab. inſtitutio.*
10 *Nomina recipientium leges duodecim tab.*
11 *Iuris Ciuilis, & actionum initium.*
12 *Prima legum volumina.*
13 *Ius Flauianum quale.*
14 *Aelianum Ius quale.*
15 *Tertium tempus ab Imperatoribus.*
16 *Pandecta quæ.*
17 *Legum ſcriptura quando.*
18 *Noua leges à Conſtantino.*
19 *Codex quotuplex.*
20 *Theodoſianus Codex qualis.*
21 *Reductio Pandectarum ad ff.*
22 *Enucleare quid ſit.*
23 *Digeſtum quare ſic vocetur.*
24 *Vetus, nouum, & Infortiatum quare.*

 25 *Qui-*

25 *Quibus ſignis, & quare notificentur; & Infortiatum quare dicatur.*
26 *Digeſtorum diuiſio.*
27 *Codicis compilatio.*
28 *Diuiſio Codicis.*
29 *Authenticorum diuiſio, & compilatio.*
30 *Nouellæ quæ.*
31 *Authenticum quid ſit.*
32 *Nouellarum diuiſio.*
33 *Inſtitutionum compilatio.*
34 *Volumina legum quæ.*
35 *Doctorum nomina componentia ff.*
36 *Imperatorum nomina componentia C.*
37 *Breuiatorum nominū declaratio.*
38 *Gloſſarum Autores.*
39 *Hyrnerius primus Gloſſator.*

DILVCIDATIO SECVNDA PRAELVDIORVM.

1 VT præmiſſus ordo ſeruetur ab ipſius Iuris origine exordiẽdū erit glo. 1. in l.
2 nec quidquam §. obſeruare ff. de off. proconſ. nam ſecundum Caium in
l. 2. ff. de orig. Iuris neceſſarium itaq; nobis videtur his Iuris originem ad
ipſius proceſſionis demonſtrare, ſic origo cuiuſcunq; rei altius repetenda
eſt l. 1. ff. de orig. Iuris, & glo. 1. §. non ſolum l. ita Iulianus ff. ad Maced.
3 Quapropter omiſſis exordijs cæterorum, nunc Iuris tantum poſitiones
iuxta legum, & gloſſarum tramites declarabimus ne materiarum, & verborum prolixitas
4 Iuuenum, & veteranorum animos ab vtili legum ſtudio ad curioſa inducat, ſequemur tandem
expoſita in l. 2. ff. de orig. Iuris, qua tria tempora cõſiderabimus, eo quod ſuis quodlibet
vixit legibus.
Primum erit ab Vrbe condita vſq; ad Regum expulſionem 2. exactis Regibus vſq; ad
Imperatores 3. ab iſtis vſq; ad noſtra tempora.
5 Principio Vrbis Romæ Paſtores Incolæ regia lege viuebãt, quia voluntas Regis pro le-
6 ge ſeruabatur. creſcente deinde Populo, Romulus Vrbem in triginta diuiſit partes curias
7 appellatas quibus conuocatis Rex ſuam edebat voluntatem, & illa lex curiata appellaba-
tur, at cum harū legū numerus excreuiſſet. Sex. Papirius in vnū illas diſperſas collegit vo-
lumen Papirianum appellatum. Expulſis deinde Regibus alius fuit ſeruatus modus, nam
8 cum ad Conſules, & Magiſtratum totius populi regimen fuiſſet tranſlatum ſic ferè annis vi-
ginti arbitrio Magiſtratus, & noua cõſuetudine Romani vixerunt. Placuit tandẽ Romano-
9 rum Senatui ab Athenienſibus leges petere, inde decem deſtinati viri leges in decem tabu-
lis eburneis ſcriptas Romam detulere, & eas pro Roſtris (vt vnicuiq; paterent) collocarunt
inſuper facultas corrigendi, aut interpretandi (ſi ijs opus fuiſſet) illis decem viris annua tã-
tum fuit conceſſa: qui duas tabulas addiderunt, & leges duodecim tabularum venerunt in
10 lucem. Quorum virorum nomina talia recenſentur in cap. fuerunt autem diſt. 7. Appius
Claudius T. Genuccius P. Sextius Sp. Veturius C. Iulius A. Manlius. Ser. Sulpitius P. Cu-
ratius T. Romilius, Sp. Poſtemius. At cum ſæpe dubitari contigiſſet, quæ fuerit legis de-
11 ciſoria, ratio Prudentes viri auctoritate Populi Romani de ſimilibus reſpondebant, & ta-
le reſponſum cũ legis vigorem obtineret Ius ciuile fuit nuncupatū eodem. tempore Actio-
nes venerunt quibus litigantes ad inuicem diſceptarẽt, ne Populus ſuo arbitrio in Iudiciū
12 contenderet, Adeo quod tria Iurium volumina tunc in Vrbe viguerunt duodecim tabula-
rum, Ciuilium, & actionum quibus ferè centum annis Populus ſuum gubernauit Imperium,
inde Pontificum Collegio poteſtas interpretandi, ac alia iura (iuxta temporum opportu-
nitates) edendi tributa legitur, quæ quidem diuerſa ſortita ſunt nomina, nam actionum vo-
13 lumen Flauianum Ius dicebatur, eo quod Flauius Appij, Claudij Scriba in vnum illas col-
legerit Populi, & Magiſtratus auctoritate ob cuius meritum, dignitatem ſenatoriã, & Cu-
14 rulem, Aedilitiam adeptus fuit. Alia Iuris agendi genera Sex. Aelius compoſuit, inde
Aelianū Ius, at cū populorū numerus indies augeretur non ſemper eodẽ, ſed diuerſo modo
condebantur leges: præterea quædam lex, alia Senatus conſultum Plebiſcitū Edicta Præ-
torum reſponſa prudentum appellabatur, & ſicuti diuerſitas fuit in nomine, ita & in origi-
ne, & Maximus tandem fuit auctus legum nu. vſq; ad Imperatorum tempora.

15 Dela-

15 Delato Imperio ad Cæſares Imperiales conſtitutiones cœperunt ab eo tempore; vſq;
ad Iuſtiniani Cæſaris ſecula, tanta Imperialium legum ſeries excreuit, vt codicis volumen
impleuerit. His omnibus Pandectæ impletę ſunt, tam aliorum antiquorum Iuribus, quam
16 Cæſareis, inde eo nomine Pandectę nuncupatę quaſi totum Ius continẽtes ex gloſ. in proœ.
Inſt. §. igitur. Hæc de origine (hoc eſt) principio l. 2. ff. de orig. Iur. Iuris iuxta contenta in ff. De orig. iur.
d. l. 2. dicta ſufficiant, ita declaratur tit. de origine Iuris.
17 Principio leges non redigebantur in ſcriptis, ſed Conſul Pompeius primus hoc inſtituit,
vt legitur his verbis in cap. fuerunt hi diſt. 7. leges autem redigere in libris primus Con-
ſul Pompeius inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit obtrectatorum metu, deinde Cæſar cę-
pit id facere, ſed ante interfectus eſt, paulatim autem antiquæ leges vetuſtate, atq; incuria
18 obſoluerunt, quarum & ſi nullus iam vſus eſt, notitia tamen neceſſaria videtur, nouæ leges
19 à Conſtantino Cæſare cœperunt, & reliquis ſuccedentibus erantq; permiſtę, & inordina-
tę, poſtea Theodoſius Minor Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermoginiani co-
dicem factum conſtitutionum à Conſtantini temporibus ſub proprio cuiuſq; Imperatoris
titulo diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianũ vocauit, hæc ibi Iuſtinianus tandem con-
20 ſulens iuuentuti, ac etiam cœteris profitentibus leges, cum multitudine legum ad eo cun-
cti grauarentur, quod tamquam deſperatum opus dimitterent, ordine quodam in certa, &
21 pauca volumina totum Pandectarum Ius reducere curauit, dum ſexdecim Viris Illuſtribus
curam totius negocij codicis demãdauerit, Ioãni, ſcilicet Leontio, Phocæ, Baſilidi, Tho-
mæ, Treboniano, Conſtantino Theofilo, Dioſcori, & Præſentio aliarum vero legum Tre-
boniano, Conſtantino, Theofilo, Dorotheo, Anatholio, & Creantio commiſit, vnà cum
ſupradictis integrũ negocium, qui Pãdectas in volumen vnum in quinquaginta libros diui-
ſum compilarunt, & a Iuſtiniano anno ſalutis 654. confirmatum præfecto operis Trebo-
niano legimus ex l. 2. §. leges C. de veteri Iure enucl. erat etenim numer⁹ antiquarũ legũ in-
ter annos 1400. editarum penes duo millia librorum, & plures trecies centena millia ver-
ſuum reſponſorum ex d. l. 2. §. ſed cum omnia C. cod. & l. 1. §. 1. & §. cum hæc C. eod. &
ita fuit vetus Ius enucleatum, & in veram formam reductũ, vt in tit. C. de veteri Iure enu-
cl. legitur l. 1. & 2. C. cod. & in 1. epiſtola digeſtorum enucleare idem eſt, quod ob-
ſcura, & perplexa in lucem, & veram conſonantiam ponere, exemplum à Nuce ſumptum C.
22 continente amarum, & duritiem, amaritudine grauabantur, qui Iuris cunabula longiſſimo Veteri iur. enucleã-
tempore vix percipere poterant, duritie, quia difficilior reddebatur veritas, & exitus pro- do.
fitentium l. 1. §. reperimus C. cod. Azzo. in ſum. cod. tit. Bart. in Rub. ff. de Iuſt. & Iur. C.
23 fuit digeſtum volumen primum antiquorum nuncupatum, eo quod materiæ Iurium ibi di- Emendan-do C.
24 geſtę, & ordinatę feruntur, hoc tribus voluminibus partitum fuit in vetus, nouum, & infor-
tiatum, vetus quia ab antiquioribus Iuris cunabulis exorditur; nouum ad differentiam ve-
teris vbi Iura gentium, & Prætorum ædicta continentur tertium Infortiatum cuius nomi-
25 nis ſignificatum pene inane fuiſſe teſtatur. Alciatus, vt in princ. Infort. ſed rationabili-
ter à fortioribus diſpoſitionibus fuiſſe opinatur glo. in princ. Infort. notabantur prædicta
volumina olim litera D. poſtea duplici ff. vel vt notentur Duo Federici Imperatores, vel
Federici Filius, at cum vna tantum Federici conſtitutio habeatur, ideo melior videtur ſen-
26 tentia id factum fuiſſe corruptis duabus literis quibus notabantur dd. mutatis in ff. vide in
princ. ff. veteris; diuiditur digeſtum vetus in lib. 24. Rubricas 152. leges 2928. nouũ ha-
27 bet libros duodecim Rubricas 172. leges 2489. Infortiatũ lib. 24. Rub. 103. leges 2284.
Codex aliud legum Imperialium volumen ab eod. Iuſtiniano pluribus vicibus fuit compi-
latum, nam illius tempore tres erant codices, Gregoriani, Hermoginiani, & Theodoſiani.
Prima editio ab illis Illuſtribus decem viris venit in 2. Conſtitutione C. legitur. Secunda
à Iuſtiniano, qui & non nullas alias conſtitutiones edidit ſuper quinquaginta capitibus ab
eis decidendis ſtudio, & labore prædictorum Treboniani, Dorothei, Memnonis, Conſtan- C.
tini, & Ioannis, qui illas in d. codice inſeruerunt, qui poſt modum codex emendatus, vt in Iuſtiniano C. confir-
tit. C. de Iuſtiniano codice fuit nuncupatus, & alibi de emendando codice, & confirmatus mando.
28 anno ſalutis 616. & Iuſtiniani codex dicebatur ad differentiam antiqui, quod modo præ-

manibus habemus inſt. in proœ. §. quas & ibi glo. diuiditur codex in duas partes, in 1. ſunt
libri nouem, in 2. libri tres, in 1. parte numerantur libri 331. & leges 3608. in 2. lib. 10.
vſq; ad 12. inſunt tituli 224. leges 954. codex, quodlibet volumen diuerſos libros partia-
les continens, nuncupatur proprie vere ſolummodo diuerſorum Imperatorum præcepta.

29 Aliud Iuris ciuilis volumen authenticum appellatur, & duplex eſt, vnum inter leges
codicis inſertum, aliud Federici maioris Iuſtinianis ſucceſſoris, qui Collegio Bono-
nienſi quaſdam Iuſtiniani conſtitutiones extra codicem poſitas mandauit, ſuis locis intra
codicem inſeri debere, Doctores prædicti in Eccleſia S. Petri Bononiæ, quæ hodie Metro
politana Sedes exiſtit, iuxta eorum peritiam (quæ maxima. & celebris ſemper fuit) ſub
congruis titulis, & locis inſeruerunt, vt modo videri licet anno ſalutis 1215.

30 Separatum verò authenticorum volumen, erat nouellarum editum poſt codicis com-
pilationem, ea ratione, vt ſi nouus caſus, qui noua indigeret lege emergeret, nouellarum
nomine ſignificaretur, ſic nouellæ Imperiales conſtitutiones exiſtunt, l. 1. C. de emend. C.
Primæ Græco fuerunt editæ Idiomate, quia tunc in Græcia vigebat Imperium, & latina
lingua barbarorum vſu plures patiebatur defectus, at nouiſſime latino leguntur ſermone,
licet in elegente ob imperitiam Idiomatis, & ne ſenſus tàm verborum, quàm legis muta-
retur de verbo ad verbum fuit facta trāſlatio cum aliter verba ſenſui adequare perdifficile
31 poſſet, fuit authenticum appellatum, eo quod pro re certa fidei ſumitur ſic firmum, & cer-
tum latine dicimus, ideò authenticum, quia fides tali tranſlationi adhibenda eſt ex literis
Ant. Cont. & Alciat. in princ. trium lib. Cod. diuiditur in collationes, quia in vnum
32 videntur collecta num. 9. & tit. 97. Inſuper in eodem volumine feudorum conſtitutio Fe-
derici continetur ſub vnica collatione inter nouellas, poſt eam, Henrici extrauagantes, ſub
altera collatione collocantur, adeo quod collationes ſunt omnes nu. 11. quas Bart. inter-
pretatus eſt ſequitur; & conſtitutio conſtantiæ de pace inter Imperatorem Federicum, &
Filium eius Henricum, & nobiles Alemaniæ ex vna parte, Ciuitates Lombardiæ, Marchiæ,
& Romandiolæ, ex altera Inita, quam Bal. de Vbaldis Peruſinus interpretatus eſt.

33 Poſt digeſtorum compilationem ante vltimam codicis emendationem, & illius editio-
nem Iuſtinianus Imperator ex inſtitutionibus veterum inſtitutiones Treboniani, Theofili,
& Dorothei ſtudio compoſuit, & quæ vſq; ad illud tempus fuerunt emendatæ appoſuit, vt
Tirones prima Iuris elementa docerentur glo. in proœ. Inſt. in princ. & tribus annis ex-
pletis inſtitutionum liber fuit compilatus l. 2. §. omnia ff. de orig. Iuris, qui in quatuor li-
bros diuiditur, & quilibet ſuos habet titulos.

34 Collige ergo legum volumina. ſex digeſtorum volumina; tria codicis, vnum authentico-
rum, & inſtitutionum duo, quæ his ſignis notantur.

35 ff. digeſtum C. Codex auth. authenticum Inſti. Inſtitutiones. Modo ſupereſt, vt de vi-
ris, qui laudem Iuris ciuilis ſunt adepti aliquid tractetur pro eorum notitia, quæ in facie
legis ſunt deſcripta.

Titus Corūcanus primus Iuris ciuilis partē profeſſus eſt, cuius reſponſis oēs quieſcebāt.

Sex. Papirius Romuli, & aliorum Regum volumina in vnum redegit.

Appius Claudius nouus Centimanus doctrina fuit dictus vnus ex decem viris ad viam
appiam conſtruēdam, & aquam Claudianam ducendam, ſcripſit librum de vſurpationibus,
qui modo deſideratur, dixit ſententiam contra Pirrum ne reciperetur in Vrbem, inuenit
literam R, nam antea antiqui vtebantur duplici SS. vt pro Valerijs Valeſsi ex d. l. 2. ff. de
orig. Iur. Sempronius à populo dicebatur σοφὸς, tamquam vnus de Sapientibus græcorū.
Caius Scipio Naſica optimus à Senatu dictus, cui domus in ſacra via à Senatu conceſſa, vt
commodius accedentibus ſatisfaceret.

Quintus Fabius Legatus ad Carthaginenſes deſtinatus Sex. Aelius, & frater eius Pub.
Aelius, & Pub. Aetilius, qui primus ſapiens à Populo Rom. fuit habitus, & duo Aelij Con-
ſules, de quo extat liber tripartitus, quo & prima Iuris cunabula duodecim tabularum in-
terpretationes, & legum actiones declarantur Pub. Mutius Brutus, & Manilius, qui funda-
menta Iuris ciuilis poſuerunt. Mutius reliquit libros decem, Brutus ſeptem, Manilius tres,

quorum

quorum diſcipuli fuerunt Pub. Rutilius Ruffus, Paulus Virginius. Quintus Tubero Stoicus Auditor Panetij, Cælius Antipater Hiſtoricus, & potius eloquētiæ, quā ſapiētiæ magiſter.

Lucius Craſſus frater Pub. Mutij, qui à Cicerone Mutius appellabatur. Quintus Mutius Pub. filius Pontifex Max. ius Ciuile primus ordinauit, reducendo illud in decem libros: eius condiſcipuli fuerunt Gallus Aquilius, Balbus Lucilius, Sex. Papirius, Caius Iuuentius, Seruius Sulpitius nuncupatus, Sex. Sulpitius. ſ. poſt Ciceronem Orator max. & Iuriſconſultus, qui cum à Quinto Mutio obiurgaretur, eo quod non benè ſui amici cauſæ orando conſuluiſſet, Iuri Ciuili, tunc ſub Balbo Lucilio, & Gallo Aquilio præceptoribus operā dedit; nam Gallus reliquit ferè centum, & triginta libros, à quo venerunt iſti Iuriſconſulti, Alphenus Varus, Caius, Aulus Ofilius, Titius Cæſius, Aufidius Tuca, Aufidius Namuſa, Flauius Priſcus, Caius Ateius Pacuuius, Labeo Antiſtius, Labeonis Antiſtij pater, Cinna, Pub. Gellius, ex quibus extant libri decē, & octo; eodē tempore fuit Trebatius Auditor Cornelij, & Aulus Caſcellius. Quintus Mutius Voluſij Auditor, Tubero, qui Offilio operā dedit, plures libros affectati ſermonis edidit, & Ofiliū ſecutus eſt Ateius Capito Antiſtius Labeo, vt legibus operā daret Cōſulatū recuſauit, ſex menſib. Romæ morabatur, vt peritos iuris audiret, alijs ſex, extra Vrbem ſe recipiebat ad conſcribendos libros, inde quadraginta volumina reliquit.

Maſurius Sabinus ſucceſſit Ateio, & Labeoni Nerua; Maſurio fuit conceſſum à Tyberio, vt poſſet dare reſponſa in iure, cui ſucceſſit C. Caſſius Longinus; Neruæ ſucceſsit Proculus ſic Proculiani, & Caſsiani, cui ſucceſſit Pegaſus; Cęlius Sabinus ſucceſſit Caſſio tēpore Veſpaſiani, & ei ſucceſſit Priſcus Iabolenus, Celſus pater ſucceſſit Pegaſo, Celſus filius patri, & Priſcus Neratius; Valens, & Tuſcianus, Saluius Iulianus, Celſo, & Iaboleno ſucceſſit.

Saluius Iulianus compoſuit libros Digeſtorum 190. ad Minutim Natalem libros ſex, ad Vrſeium Ferocem lib. 4. de ambiguitatibus librum vnum.

Aemilius Papinianus ſcripſit lib. 36. quæſtionū, reſponſorū 19. diffinitionū lib. 2. & de adulterijs; Aediliū quoq; Curuliū ſing. lib. & 20. ffff. Sabinus ſcripſit lib. 3. Proclus lib. 8.

Quintus Mutius Scęuola librum vnum in iure Ciuili.

Alphenus Varus ſcripſit lib. 34 digeſtorū, & collectaneorū; 400. volumina cōſcripſit, interq. Cōmētaria à 12. tab. & 40. Poſteriorū, lib. 30. ad Prætoris Peregrini edictū reliquit, & Vrbani complures, & octo Veriſimilium; Antiſtius Labeo lib. 10.

Neratius Priſcus ſcripſit regularū lib. 15. Mēbranarū lib. 7. Reſpōſorū lib. 5 qq. 3 è Plautio 10. 4. Epiſt. Reg. 15. vnum de Nuptijs; Pub. Iubentius Celſus ſcripſit lib. digeſtorū 39. Iabolenus ex Caſſio lib. 15. ad Plautium lib. quinque, ad alios, poſteriorum lib. 14.

Sex. Pomponius ad Q. Mutium lectionū lib. 41. Ad Sabinum lib. 35. Variarum lect. 40. Ad Plautiū lib. 7. fideicommiſſorū lib. 5. Senatuſconſultorū lib 5. regularum librū vnum, & diuerſos alios variar. qq. Voluſius Metianus ſcripſit lib. qq. fideicōmiſſorū lib. 16. & publicorū 14. Terentius Clemēs ad leges lib. 20. Vlpius Marcellus digeſtorū lib. 38. ad leges lib. 6. reſponſorū lib. vnū qq. 29. de iure militari 2. de off. Conſ. 5. Serbidius Sceuola digeſtorū, lib. 40. qq. lib. 20. reſponſorū lib. 6. regularū lib. 4. de quæſtione familiæ vnū, & quæſtionum publicè tractatarum vnum.

Florentinus inſtitutionum lib. duodecim ſcripſit.

Titus Caius ad ædictū prouinciale lib. 32. ad leges lib. 15. ad ædictū públicū lib. 15. aureorū lib. 7. inſtitutionū lib. 3. ad leges lib. 12. tab. 6. de manumiſsionibus lib. 3. fideicōmiſſorū lib. 2. de orig. vocabulorū lib. 7. & lib. qui ſingulares dicuntur, de caſibus, regularū dotalitiorum, & hypothecariæ.

Venuleius Saturninus ſtipulationum lib. 19. actionū lib. 10. de offic. proconſulis lib. 4. publicorum lib. 3. de interdictis lib. 6. Paganorum lib. vnum. Tertullianū quæſtionū lib. 3. de Caſtrenſi peculio lib. vnum.

Papirius Iuſtus conſtit. lib. 20. Domitius Vlpianus ſcripſit nōnullos lib. ad ædictū lib. 83. ad Sabinū lib. 51. ad leges lib. 20. diſputationū lib. 10. pro tribunali lib. 10. de offi. Procōſ. lib. 10. regularū 7. fideicōmiſſorū lib. 6. opinionū lib. 6. de adulterijs lib. 5. appellationibus

lib.4. de offi. Cõſulis lib. 3. inſtitutionum lib. 2. de cenſib.lib.6. reſpõſorum.lib.2. ſingulares, de ſponſalibus, de off. Præfecti Vrbis, de off. Præfecti Vigilum, de off. Curatoris Reipub. de off. Prætoris tutelaris, de off. Quæſtoris, de off.conſularium, de excuſationibus tutelarum. Regularum rurſus. Iulius Paulus multa alia conſcripſit volumina, veluti ad edictum lib.83. quæſtionũ lib. 26. reſponſorum lib. 23. Breuium lib. 20. ad Plautium lib. 18. ad Sabinum lib. 16. ad leges lib. 10. Regularum lib. 7. ſententiarum, vel factorum lib. 6. ſententiarum rurſus lib. 5. ad Vitellium Sabinum lib. 4. ad Neratium lib. 4. fideicommiſſorum lib. 3. decretorum lib. 3. & de multis alijs, vt in d. l. 2. ff. de orig. Iuris.

Claudius Trifonius ſcripſit diſputationum lib. 25.

Caliſtratus de cognitionibus lib.6. Aedicti monitorij lib.6. de Iure fiſci lib.4. inſtitutorum lib.3. quæſtionum lib.3. Arrius Menander de re militari lib. 4. Iulius Aquila reſponſorum lib. vnum. Aelius Martianus inſtitutionum lib 6. regularum lib. 5. de appellationibus lib. 2. de publicis Iudicijs lib. 2. libri ſingulares de delatoribus, ad Turpilianum, ad Hyppotecariam formam. Sicinius Ruffinus regularum lib. 12.

Herennius Modeſtinus reſponſorum lib. 19. regularum lib. 10. differentiarũ lib. 9. excuſationum lib. 6. de pœnis lib. 4. ſingulares 15.

Tarentinus Paternus de re militari lib. 4. de publicis Iudicijs lib. 2. de off. Præſidis lib. 2. de appellationibus lib. 2. ad l. vigeſimam hæreditatum lib. 2. Aur. Archadius Chariſius ſcripſit lib. ſingulares de teſtibus, de off. præfecti Prætorio, de muneribus ciuilibus Maximo ad l. falcidiã lib. vnum. Pub. Ruffinus Antimus ſcripſit partes ædicti lib. 4. Hermogianus lib. 6. Aelius Gallus lib. vnum de verb. ſignif. Hæc de Iuris peritis antiquis ex quorũ ſententijs, & libris extractę ſunt leges, ideo in eorum capite nomina illorũ notata leguntur.

De Codicibus verò aliter dicendum erit, nam cum ſint Imperatorum conſtitutiones, vt dictum eſt, ſic eorum nomina in legum capite leguntur, quæ in prima codicis pagina deſcribuntur, & ſunt iſta.

36 *Adrianus.*
Antonius Pius.
Diui fratres, ſiue M. Ant. & Verus.
M. Aelius Ant. ſolus.
Aelius Pertinax.
Seuerus, & Ant. Caracalla.
Ant. Caracalla ſolus.
Ant. Heliogabalus.
Alexander Maximus.
Gordianus Philippus Decius.
Gallus, & Voluſianus.
Valerianus, & Galienus.
Galianus, & Valerianus Iunior.
Galienus ſolus.
Claudius Aurelianus ſolus.
Caius Carinus, & Numerianus.
Carinus, & Numerianus.
Diocltianus.
Dioclit. & Maximianus Aurelius.
Conſtantius, & Maximianus Garelius.
Conſtantinus Magnus.
Conſtantinus Iunior Conſt. & Conſtans.
Conſtantinus, & Conſtans.
Conſtantinus ſolus Iulianus Ignitianus.
Valentinianus, & Valens.
Idem Gratianus.

Valens Gratianus, & Valentinianus 2.
Gratianus, & Valentinianus 2.
Idem, & Theodoſius.
Valent. 2. Theodoſius, & Archadius.
Theodoſius, & Archadius.
Idem, & Honorius.
Archadius, & Honorius.
Idem, & Theodoſius Iunior.
Theodoſius Iunior ſolus.
Idem, & Valentinianus 3.
Valentinianus 3. ſolus.
Idem, & Martianus.
Martianus ſolus leo.
Idem, & Anthemius.
Leo Iunior, & Zeno.
Zeno Anaſtaſius Iuſtinus.
Iuſtinus, & Iuſtinianus.
Iuſtinianus ſolus.

Horum nomina apud ipſas leges Codicis annotata leguntur, quibus legis conditor, & qua conſtitutione ſint leges illæ extractæ demonſtratur.

37 Supereſt, vt breuiata quædam nomina in d. codice deſignata declarentur.

A. Augu-

A. Auguſtus.
AA. Auguſti.
A & C. Auguſtus, & Cæſar.
AA. & CC. Auguſti, & Cæſares.
C. Cæſar, vel Clariſſimus.
CC. Cæſares, vel Clariſſimi.
Cæſ. Cæſar.
CC. Coſſ. Clariſſimi Conſules.
Com. Comes.
Com. R.P. Comes rerum priuatarum.
Com. SS. Comes ſacrarum legum.
Id. Idus.
Imp. Imperator.
In for. in foro Traiano.
L. Iul. lege Iulia.
Lect. lecta.
Mag. Magiſtra.
N. Nobilis.
N. C. Nobilis Cæſar.
N. P. Nobilis Prætor.
Off. Officium.
Quæſt. Quæſtor.
R. P. rerum priuatarum.
R. P. O. rerum priuatarum Orientis.
Conſt. C. P. Conſtantinopoli.
Conett. Concetta.
D. Dat. Data.
D. S. Data ſubſcripta.
D. PP. Data præpoſita.
D. N. Domino noſtro.
D. X. Dixerunt.
Emiſ. Emiſſa.
FF. Flanius.
S. Seſta.
G. N. PP. Genandia Præfectꝰ Pretorio.
S. P. Suppoſita.
S. P. P. Subſcripta præpoſita.
Su. P. P. Suppoſita.
Tit. Titulo.
Trib. Pleb. Tribunus Plebis.
V. Viro.
V. C. Viro clariſſimo.
Vic. Vicario.
P. vel Præ. Præſide.
P. P. Præpoſitꝰ, vel perpetua, vel Præfecti Pretorio.
P. V. Præfecti Vigilum.
P. P. Emiſ. Præpoſitꝰ emiſſio.
P. P. Gal. Præfecti Prætorio Gallorum.
Præf. Ann. Præfecti Annonæ.
Pr. vel Prid. Pridie.
S. D. Salutem dicit.
Sac. lect. Sacrarum litterarum.
Præ. vel Pro. Præſide Prouincia.
P. F. Præfecto.
P. vel P. F. Aug. Præfecto Vrbis Aug.
Pet. Petita.
Pleb. Plebs.
Prot. Protectoribus.
S. Salutem, vel ſubſcriptam.
SS. Sacrarum largitionum.
S. P. Subſcripta petita.

Hæc de origine Iuris, ac antiquorum Virorum Iuris conſultorum, & Imperialium legi-
38 bus, & cõſtitutionibus breui ſermone dicta ſufficiant. At vt plenior legum notitia habeatur, ſuperuenerunt Gloſſatores, qui leges digeſtorum, & codicis, & aliorum ſupradictorum voluminum interpetrati ſunt. Primus fuit Guarnerius, ſeu Hyrnerius, qui à ſe ipſo
39 didicit leges, & lucerna Iuris nuncupatus: Poſtmodum ſucceſſerunt Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioannes, Azo, & nouiſſimus fuit Accurſius, cuius gloſſis modo vtimur. vide de his glo. in l. 2. §. hoc autem, C. de vet. Iure enuclean.

DILVCIDATIONVM TOTIVS IVRIS CIVILIS DE IVRE LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia originali, quæ.*
2 *Iuſtitia legalis, quæ.*
3 *Iuſtitia, vt virtus Cardinalis, quæ.*
4 *Generaliter ſumpta qualis.*
5 *Specialiter ſumpta, quæ.*
6 *Principia originalis Iuſtitiæ, quæ.*
7 *P. emanatiuum Iuſtitiæ, quod.*
8 *Iuſtitia in abſtracto, quæ.*
9 *Iuſtitia, vt executiuum virtutis.*
10 *Commutatiua Iuſtitia, quæ.*
11 *Diſtributiua Iuſtitia, quæ.*
12 *Iuſtitia eſt præclariſſima virtutum.*
13 *Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis.*
14 *Eſt conuentio tacita naturæ.*
15 *Iuſtitia eſt ſumma virtus.*
16 *Iuſtitia eſt ratio naturalis.*
17 *Iuſtitia eſt vindicta publica.*
18 *Eſt conſtans, & perpetua voluntas.*
19 *Iuſtitia effectus qualis.*
20 *Vt virtus quando ſumatur.*
21 *Quando, vt actus virtutis.*
22 *Iuſta, quæ dicantur.*

DILVCIDATIO PRIMA DE IVSTITIA.

PRIMO loco in his noſtris dilucidationibus, poſt Iuris originem, de Iuſtitia, & Iure dicendum erit. Tum quia primo ita Rubricatur, eum etiam, quia Mater Iuris eſt, ex Rub. Inſt. de Iuſt. & Iure, hoc verum, dum Iuſtitia eſt in actu, ex. Iaſ. ibi in addit. & ſic totam legum ſeriem ordinat, & dilucidat; Nam ab ijs exordiendum erit, à quibus, quæ ſequuntur dilucidationem accipiant, cum præpoſterus ordo non moleſtas tantum repetitiones, ſed & negocij perplexitates, ac verborum, & ſenſuum obſcuritates inducat, at illa dilucida noſtro intellectui ſunt repreſentanda, quæ debita ſerie ſunt ædenda. Quocirca à Iuſtitia exordiemur, quæ cum non ab omnibus in eodem ſenſu legatur. Ideò varias eius ſignificationes ante omnia dicemus.

1 Theologi eo in ſenſu Iuſtitiam ſumunt, à qua iuſtificatio nominatur, & importat rectitudinem quandam ordinis, in ipſa interiori diſpoſitione hominis, prout ſupremum hominis ſubditur Deo, & inferiores vires animæ ſubduntur ſupernæ rationi. D. Tho. in p. 2. q. 113. à princ. in corpore à q. 100. à a. ad p. & in 3. ſententiarum d. 33. q. 1. à 1. q. 3. ad 3. & ea tollitur macula cuiuslibet peccati, & virtus gratiæ diuinæ reparatur, & tunc impius per gratiã fit iuſtus, & ex Inimico amicus, vt ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. & 7. de hac alibi.

2 Aliquando, vt generale nomen ad omnes virtutes ſumitur, ſecundum quod actus earum ordinantur ad bonum commune, & Iuſtitia iubet, ſic eſt cauſa legis, & imperat omnibus alijs virtutibus, veluti dum lex mandat non adulterari, tunc videtur Iuſtitiã imperare temperantiæ, & illam ad legem dirigere, & ex conſequenti ad commune bonum: Idcircò omnium virtutum actus ad Iuſtitiam poſſunt pertinere, ſecundum quod homo ordinatur ad commune bonum, & talis appellatur Iuſtitia legalis, quia homo per eam cõcordat legi, ordinatq; actus omnium virtutum ad commune bonum.

3 Tertiò ſumitur, prout eſt virtus ſpecialis æqualitatem conſtituens in commutationibus, & diſtributionibus communicabilium bonorum, quæ ſint neceſſaria in vita, & iſta dicitur vna de virtutibus Cardinalibus, & præcellit omnes alias virtutes, tum quia eſt in nobilio-

 ri parte

ri parte animæ, hoc eſt in rationali appetitu, aliæ verò in appetitu ſenſitiuo, tum quia Iuſti-
tia laudatur inquantum quis bene ſe habet ad aliud, non in quantum laudabilis ſit tantum
in ſemetipſa, vt aliæ virtutes.

4 Præterea dicimus ad generalem Iuſtitiã pertinere facere bonum debitum in ordine ad
5 communitatem, vel ad Deum, & vitare malum oppoſitum communitati, & Deo, prout eſt
virtus ſpecialis, & reſpicit bonum ſub ratione debiti, in comparatione ad proximum, &
ſecundum hanc Iuſtitiam declinamus, à malo, & facimus bonum, & ſic Iuſtitiæ eſt ponere
æqualitatem in his, quæ ſunt ad alium, quia nihil ſibimet eſt æquale, & hoc venit ex ſigni-
ficatione ipſius nominis Iuſtitiæ, cum iuſtificari ſit adęquari.

6 Iuſtitia habet duplex principium, originale, & emanatiuum; originale eſt Deus, à quo
initium ſumpſit omnis lex contentiua Iuſtitiæ, & iſta lex habet Iuſtitiam diſtributiuã, quia
Deus vnamquamq; rem in digniori gradu conſtituit, & iſta lex in homine exiſtens à Deo
data, propriè dicitur lex naturalis.

7 Emanatiua, ſeu deriuatiua venit à principio Imperatiuo, vt ab Imperatore emanatiua
à Princ. ſuſceptiuo, quod tales, qui leges Iuſtitiæ ſuſcipiunt ſint ad illam ſuſcipiendam
apt. ex eod. D. Tho.

8 Secundum verò legum ſententias duplici conſideratur, vel prout eſt virtus ſeparata, vt
9 in abſtracto, vel prout eſt executiuum virtutis, quatenus actus virtutis exercet. At in pro-
poſita Rubrica de ea, tamq; de executiuo virtutis, tractatur, circa particularia, & priuatas
perſonas, quæ comparantur ad communitatem, tamquam pars ad totum, & talis ordo du-
10 pliciter ſeruatur, vel vnius partis ad aliam, & hunc ordinem dirigit Iuſtitia commutatiua,
11 in qua conſiderantur commutationes faciendæ inter ſingulares perſonas, ſicuti in contra-
ctibus, & titulis onerosis. Alter ordo dirigitur ſicut eſt totius ad partes, veluti Princeps,
qui vicem gerẽs vniuerſitatis ad ſingulares perſonas reſpicit, quæ diſtributiua Iuſtitia nun-
12 cupatur, qua honores, & præmia iuxta cuiuſcunq; meritum diſtribuuntur. Propterea ſicu-
ti variè ſumitur, ita diuerſimodè deſcribitur. Philoſophus in 2. Ethi. Præclariſſima, inquit
eſt virtutum, & actus laudabilis, Archidiaconus in cap. decet, de ſum. Trinit. lib. 6. ait; eſt
13 rectitudo voluntatis; ex Seneca. de copia verborum, & in lib. de quatuor virtutibus, Iuſti-
14 tia eſt tacitæ naturæ conuentio in adiutorium multorum inuenta, ideo non eſt conſtitutio
15 noſtra, ſed diuina lex. Dicimus etiam Iuſtitiam ſummam virtutem eſſe, quæ Iura deſtri-
buit Auth. vt omnes obed. Iud. in princ. & in §. 1. & Azo in ſum. eod. tit. Inſuper & quædã
16 ratio vt in l. ſcire opportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tut. naturalis oppellatur, atq; vindicta
17 publica, vel animaduerſionis l. fin. ff. de fugitiuis, necnon anima dicitur ciuitatis. Archid.
18 in cap. ad primum 33. q. 4. Deſcribitur etiam in l. Iuſtitia. ff. de iuſt. & iur. & in §. Iuſtitia.
Iuſt. eod. eſt conſtans, & perpetua voluntas Ius ſuum vnicuiq; tribuens, quæ potius videtur
conuenite Iuſtitiæ, prout eſt virtus in abſtracto ſumpta, quàm in concreto, vt eſt executi-
uum ipſius Iuſtitiæ, eo quod voluntas quatenus habet reſpectum ad actus noſtros, prout eſt
executiuum virtutis, eſt ambulatoria vſq; ad mortem: & ſic non eſt conſtans, & perpetua.
glo. in d. §. Iuſtitia, & Bart. Bald. Paul. de Caſtr. in d. l. Iuſtitia, Alciat. in lib. 5. parerg. cap.
19 39. Propterea proprium Iuſtitiæ (vt eſt virtus) perpetuò hoc retinet, Ius ſuum vnicuique
reddere, quod in cognitione Iuris tantum non in adminiſtratione verſatur, ita etiam à Ci-
20 cerone deſcribitur, vt habitus animi, communi vtilitate ſeruata, ſuam cuilibet tribuens di-
gnitatem, glo. in d. l. & §. Iuſtitia, ibi Bald. & in add. ad d. glo. & Bald. deſcriptionem illã
politicæ virtuti conuenire aſſerit, vt ſit quaſi ſcientia regiminis ciuitatis, cum impoſſibile
ſit (vt ipſe loquitur) ciuitates ſine iuſtitia regi, & propterea conſtans, & perpetua nuncu-
21 patur, & conſtantia intelligitur, ſecundum ſubiectam materiam. At dum in actu eſt, tunc
dicitur congrua animi diſpoſitio in ſingulis rebus rectè dijudicans, ſecundum Chriſtopho-
rum in d. §. Iuſtitia, à qua venit forma iuſtitiæ, & illius executionis effectus, nam omnis iu-
ſta ordinatio dicitur congrua diſpoſitio non excedens in plus, vel minus: idcirco habet no-
titiam boni, & æqui, ſeparat licitum ab illicito, inducit bonos ad præmium, malos verò ad
pœnam, l. 1. §. eod. & ab iſta iuſtitia venit ius, quod eſt ars (vt in l. iuri operam. ff. eod.) æqui

ſcilicet,

ſcilicet & boni, & hoc in ſenſu Legiſtæ iuſtitiam ſumunt, Caſtr. l. 1. ff. eod. nu. 1. & 2. & ſe-
22 cundū hanc rectitudinē ordinata, iuſta dicuntur. Credimus aūt deſcriptionē hāc executiuæ iuſtitiæ conuenire, quia non de iuſtitia ſolum rubricatur, ſed de ea, à qua venit ius, quod eſt illius executiuum, ideo de iuſtitia hic, vt eſt mater iuris, ſed conſtantia habet reſpectū ad finem iuſtitię, dum proprium eius eſt reddere vnicuiq; ius ſuum, quod ſemper vnitum dicimus exequenti actus iuſtitiæ. à iuſtitia venit iuſtum, & hoc multiplicitér ſumitur, inde iuſtam ſententiam noſtræ voluntatis dicimus teſtamentum, hoc eſt ſolemne, l. 1. ff. de teſtam. iuſtam hæreditatem, l. 3. §. 1. ff. pro ſocio, iuſtam æſtimationem pro precio verò, l. ſi res æſtimata. §. ſi mulier ff. de iure dot. ita & vxorem iuſtam, hoc eſt bonam appellamus, l. ſi vxor, in princ. ff de adulter. Tandem illud iuſtum eſſe affirmamus, quod bonum, verū, æqum, & ipſi iuſtitiæ conuenit, ideo rubricatur in ff. & Inſt. de iuſtitia, & iure.

ff. Inſtit. de iuſtitia & iure.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis ſumatur ius.*
2 *Quomodo ius ſit ars.*
3 *Quando ſit bonum, & æqum.*
4 *Subiectum iuris quale.*
5 *Bonum, & æqum quomodo ſumatur.*
6 *Aequm quot modis ſumatur.*
7 *Circa quæ verſetur ius.*
8 *Præcepta iuris quæ.*
9 *Differentia inter iuſtitiam, & ius.*

DILVCIDATIO SECVNDA DE IVRE.

1 SEQVITVR in Rubrica de iure, meritò intelligi poteſt de ea iuſtitia, ſecundum glo. & Bart. in d. l. 1. ff. de iuſt. & iur. à qua ius venit. Hoc nomē ius diuerſimodè apud Legiſtas ſumitur, l. penul. l. fin. ff. eodem. aliquando pro bono, & æquo, ſic dicitur ius eſt ars æqui, & boni, l. 1. & 2. ff. eod. in-
2 terdum pro eo, quod vtile eſt omnibus, aut pluribus, ſicuti eſt ius naturale, vel ciuile, l. ius ciuile, §. 1. ff. eod. & §. 1. Inſt. eod. vel pro iure prætorio, de quo intra l. pen. ff. eod. aliquando pro neceſſitudine, & cognatione ſanguinis, vt ius conſanguinitatis, vel affinitatis, l. fin. ff. eod. Item & pro rigore, vel æquitate, l. 1. vbi glo. C. de leg. interdum pro ſtipulatione, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis. At in præſenti, vti generale nomē ad oēs alias ſignificationes ſe extendit, inde pro eo, quod eſt ars boni, & æqui: Nam ars, ſecundum Ariſt. lib. 5. Ethic. eſt habitus faciendi aliquid vera ratione, cuius finis eſt reperire medium inter duo extrema, propterea ius nuncupatur ars, quia habet veram rationem, & finem reperiendi medium, vt his cognitis, de facili, homo fugiat malum, & adhæreat bono cognito; propterea ius agit, vt euadat quis bonus, & ęqus, Ariſt. in
3 lib 6. Ethic. Bald. in d. l. 1. ff. eod. ſecundum Porfirium ars eſt de infinitis finita doctrina, & notatur, quod partes iuris non ſunt artes, ſed artis partes, cuius cauſa ius dicitur ars, quaſi de infinitis caſibus dat finitam doctrinam, vel dicitur ars, quaſi artificium, quod verſatur circa bonum, & æqum, Bald. in l. iuri, ff eod. in nu. 5. dum dicit, ius eſt ars boni, & æqui, hoc eſt vim, & poteſtatem habet ad bonum, & equm; & licet ius contineat rigoroſa, hoc tamen ſub ſpecie boni, & publicę vtilitatis cauſa; nam bonum hic ſumitur pro vtile, glo. in d. l. iuri, Bald. in repet. d. l. iuri, pluribus modis conſiderat, quod ius ſit ars boni, & æqui, vel quia ius deſcēdit à iuſtitia, quæ eſt præclariſsima virtus æqua, & bona, vt Philoſophus ait in 5. Ethic. vel quia nos, illam ſectantes, facit bonos, & æquos, ideo à iuſtitia venit iuſtus, & à iure bonum, & æqum. Quia Artiſtæ bonitatis iuris, illius nomen, & operam exercent, & ex iſtis colligit Bal. quanta ſit iſtius ſcientiæ legalis dignitas, & eius finis, dum cō-
4 muni vtilitati conſulitur, bonum, & æqum conſeruando. Meritò ars iuris dicitur, quod in iure ſcriptum eſt, & appellatur ſcientia veri, & falſi, cap. quo iure, d. 8. vnde obiectum iuris eſt ipſum ſcibile, ſicut obiectum viſus eſt viſibile, vel ſic ſubiectum iuris eſt homo, quia
5 per ſcientiam acquirit politicam, & moralem qualitatem, per quam perfectè iudicat iuſtū, & eius contrarium, Bal. in repet. in d. l. iuri operam. ff. eod. Bonum, & æqum multiplicitet

ſit ve-

ſumitur, bonum ſecundum Philoſophum in 6. Ethicor. pro honeſto, vtili, & iocundo licet ſit verum, vel apparens, & iſtud bonum, vel deſiderabile per ſe eſt, vti bonum, & Deus eſt, vel bonū eſt aliquid propter aliud, ita homo appetit temporalia, vt diuitias, propter gloriam, quia diuites videntur magis honeſti, quam pauperes, ita & mulieres eſſe dotatas ob publicam vtilitatem; idcircò bonum dicimus, vt inter homines honeſtas (vt ex glo. in d.l. 1. ff.cod.) & rerum commoditas conſetuetur.

6 Aequm tripliciter ſumi poteſt, legale, naturale, & reale, ſecundum d. glo. Legale eſt, quod legibus adæquatur, ita vt, ſecundum leges, cuncta diſpenſetur, ſic omnis legalis determinatio dicitur æqum legale, ſecundum Philoſophum in 5. Ethic. Naturale, quia naturæ adæquatur, ſicuti ſeruare voluntatem alicuius diſponentis de re ſua, §. per traditionē, Inſt. de rerum diuiſione. Reale æqum verſatur circa cōmercium rerum in plus, aut minus, vt in lucro, aut damno, ſecundum Philoſophum lib. 5 Ethicor. & l. Iure ſuccurſum, ff. de iur. dot. Concludit Budeus, bonum, & æqum denotare maximam, & abſolutam æquitatem, in qua tota vis iuris, & eius finis continetur; ideò Miniſtri iuris, viri prudentes, & Sacerdotes à ſanctis legibus appellantur, quia circa huiuſmodi æquitatem verſantur, Inſt. in princ. procem. & glo. in d. l. 1. ff. eod. & Author iuris nuncupatur Deus, homo, & Iuſtitia.

In iure quædam ordinantur, vt bona, hoc eſt vtilia, ſed non æqua, ſicuti Vſucapio, &

7 Præſcriptio. Quædam æqua, ſed non bona particularibus, ſed communi tantum vtilitati, veluti punire delinquentes. Quædam alia non ſunt nec bona, nec æqua, vt permittere criminoſos impunitos. Quædam ſunt bona, & æqua, vt verſari circa medium actionm noſtra-

8 rum, cuius præcepta ſunt honeſtè viuere, alterum non lædere ius ſuum vnicuiq; tribuere, in d. l. 1. & l. Iuſtitia, ff.eod. & § iuris præcepta, Inſt. eod. Qua de re, ſicut tria colliguntur præcepta Iuris, ita ad diuerſas virtutes ſe extendunt, nam honeſtè viuere, reſpicit temperantiam, dum circa ſenſum moderamen verſamur, coercendo voluptates; neminem lædere reſpicit fortitudinem, quæ non facit, ſed propulſat iniuriam; Ius ſuum vnicuiq; tribuere reſpicit iuſtitiam circa quæ (vt noſtrarum actionum regulas) iura verſantur, Doct. in d.l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur.

Vel dicas præcepta iuris appellari, quaſi præcipientia, & licet leges non præcipiant ſemper, ſed puniant, vetent, & permittant, tamen præcepta ſunt; ex quo tota vis, & ipſis iuris poteſtas, circa iſta tria neceſſariò ſe habet, Sylue. ad glo. Inſt. eod. §. iuris præcepta; Nam honeſtè viuere, reſpicit conditionem ſuam quo ad honores, & honeſtatem mulierum, inde Matrimonia, Ang. in d. §. iuris. alterum non lædere eſt præceptum naturæ, & quod tibi non vis, alteri ne feceris, l. 1. ff. eod. §. iuris, Inſt. eod. ibi glo. Ius ſuū vnicuiq; tribuere, auget vim ſecundi præcepti, dum iubet alteri prodeſſe, & ſucceſsiuè conſequatur iuxta laborem, præmium, glo. in d. §. iuris. Talia iuris præcepta videntur comprehenſa in diffinitione ipſius, & adæquantur bono, & æquo diffinitionis. Ius autem ſuum vnicuiq; tribuere, idem eſt, quod facere nos Sacerdotes, quia iura ſacra cuilibet adminiſtrant, glo. in d. §. iuris, in verbo ius ſuum, & ibi Io. Fab. licet ibi dicat, ius, per rationes ibi poſitas, non eſſe diffinitū,

9 vide, ibi glo. Bal. in §. iuſtitia, Inſt. eod. declarat differentiam inter iuſtitiam, & ius. ſumēdo ius, vel pront ſemper bonum, & æqum antequam ſit redactum ad præcepta Iuris Ciuilis, & tunc non eſt mater iuris iuſtitia, ſed potius dependens à iure, vel eſſe inſimul in inſtanti, vt calor, & ignis, & inter ipſa non datur prioritas temporis; vel ius ſumitur vti eſt redactum ad præcepta iuris ciuilis, gentium, vel naturalis, & tunc dicimus ius à iuſtitia deſcendere, vt filius à matre.

SVMMARIVM.

1 Diuiſio iuris in publicum, & priuatum.
2 Publicum ius quale.
3 Quot modis ſumatur.
4 Priuatum quod, & qualiter ſumatur.
5 Ex quibus conſtet ius priuatum.
6 Ius naturale in quid conueniat cum Diuino poſitiuo.

7 Ius naturale. quale ſit.
8 Ius naturales quot modis ſumatur.
9 Differentia inter Prima, & Secundarium.
10 Quando ſumatur pro iure pactorum.
11 Matrimonium quo iure inductum.

DILVCIDATIO TERTIA DE IVRE NATVRALI.

1 IVs autem, de quo ſupra diximus, diuiditur in duas partes, in publicum,
ſcilicet,& priuatum, l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt.& iur. Inſt. cod. de iur. nat.
2 gent. & ciuili, publicum eſt, quod in rebus ſacris,& Eccleſiaſticis, conſi-
ſtit, atq; Sacerdotibus, quoniam publice intereſt Sacerdotes,& Magiſtra
tus eſſe, vt iura,& ſacra reddantur, ex glo. in d. §. huius ſtudij. publica ap-
pellata, quia publicam vtilitatem reſpiciunt principaliter, ſecundario,&
ſingulorum; ex quibus quatuor modis ſumi poſſe colligimus, Syluest. ad glo. in d. §. huius
3 ſtudij, & Paul. de Caſt. in l. 1. §. ius naturale, ff. eod. Primò ab auctoritate condentis, ita ius
municipale poteſt dici publicum. Secundò, quod ad cuiuſcunq; perſonæ vtilitatem condi-
tum eſt, & ſic ad vniuerſalem ſtatum, licet in vno loco tantum pertineat. Tertiò, quia ad
publicum vſum inuentum ſit, ſicuti forum, via, Eccleſia, & ſimilia. Quartò, reſpectu eorũ,
quæ ſunt in dominio Reipub. ſeu Fiſci, ex Paul. de Caſtr. in d. §. huius ſtudij, l. pen. C. de
Princip. lib. 12. de quibus in tit. de iure fiſci, & in trib. lib. Codicis, vel quod actu ſingulis
vtile ſit, publicè vero non niſi collectiuæ, vnicuiq; autem, contemplatione vniuerſi, ſicuti
omnes eſſe locupletes, & neminem re ſua male vti. Alciat. verò lib. 2. parerg. cap. 35. tri-
partitum eſſe ius publicum aſſerit, vt nemo locupletetur cum iactura alterius, ſicuti ius na-
turale, quod à natura recepit communionem, l. nam, quod natura, ff. de de reg. iur. Secun
dò, vt liceat propulſare iniuriam cum moderamine, ſcilicet inculpatæ tutelæ, l. vt vim. ff.
de iuſt.& iure. Tertiò, ſi Reſpub. vſucapiat, ſicuti priuatus, glo. Inſt. §. huius ſtudij. Hęc ille
4 Priuatum ius ponitur ad differentiam publici, & eſt, quod ad ſingulorũ vtilitatem per-
tinet, l. 1. §. priuatum. ff. de iuſt.& iur.& in d. §. huius ſtudij, conſtat ex naturalibus præce-
5 ptis, gentium,& ciuilibus, ex d. l. 1. § huius ſtudij; A' naturali iure, priuatũ illud habet, ne-
minem locupletari debere cum iactura alterius, glo. in d. §. huius ſtudij, cohæret itaq; hoc
6 ius priuatum naturale, etiam Diuinis præceptis, eo quod homo, quadam practica ratione
in eo exiſtente, ad obſeruantiam eorum dirigitur, vnde idem ius Diuinum morale natura-
le nuncupatur, glo. in d. l. 1. §. huius ſtudij (in verbo quod natura) Inſt. eod. §. 1. & in diſt. 1.
§. 1. cum glo. in §. fin. cap. fin. diſt. 6. ſicuti ſunt contenta in lege data à Deo Moyſi in duabus
tabulis lapideis, & in his, quæ ſunt in lege Euangelica, circa Dei, & proximi dilectionem,
vnde Matth. 7. *Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines & vos eadem facite illis.* Hoc
7 etiam lex mandat, Deũ timere, & mandata eius obſeruare. Sumitur ius naturale pro in-
ſtinctu tantum naturæ; quapropter, quod natura omnia animalia docuit ius naturale ap-
pellamus, l. 1. §. ius naturale. ff. eod. §. 1. Inſt. eod. cap. ius naturale. diſt. 1. Natura hic multis
modis accipitur, glo. in d. cap. ius naturale. diſt. 1.
8 Aliquando pro eo, quod rebus inſitum eſt, veluti ſimilibus ſimilia procreare; Inter-
dum pro quodam naturæ ſtimulo, ſeu inſtinctu ex ſenſualitate prouenienre, vt ad pro-
creandum, vel educandum, vt in preſenti; aliquando pro eo, quod ex ratione prouenit,&
naturalis æquitas dictat, & ſecundum hoc iuris naturæ dicuntur omnia communia, hoc eſt
communicanda, tempore neceſſitatis, cap. ſicut. diſt. 47. Interdum pro præceptis natura-
libus, quod tibi non vis, alteri ne facias, ſic è contra, quod tibi vis, alteri facias, inde eo iu
re multa prohibentur, vt non furtum facies, non mœchaberis, Inſt. in princ. de obligat. quæ
ex delicto naſcuntur; & ſic de ſingulis; & ſupra hic diximus in propoſito pro inſtinctu ip-
ſius naturæ deſiderantis conſeruationem, ſeu indiuiduum, & hoc eſt commune omnibus a-
nimantibus, vt in §. ius naturale, Inſt. de iure nat. gent. & ciu. ideo legitur eſſe documentũ
à natura, hoc eſt Deo nobis inſitum, glo. in d. §. ius naturale, Inſt. eod. ex quibus plures col-
9 ligimus huius iuris naturalis ſpecies. Dicimus autem ius naturale primeuum, & ius natura-

le ſe

le ſecundarium, quod ius gentium primæuum appellamus; de primæuo iam diximus, quod commune eſt omnibus animantibus, & præcedit omnia alia iura, quia in hominis creatione ille appetitus generandi, & conſeruandi indiuiduum, inſeritur communiter naturę omnium animantium; poſt quod ſequitur ſecundarium, quod gẽtium dicitur primæuum, ſcilicet ipſi naturæ adhærens, ex quo venit Religio erga Deum, patriã, & parentes, & tutelam ſui corporis, l. veluti, ff. de iuſt. & iurę, quoniam natura ita conſtituit omnes homines, non ſolum eſſe ad inuicem quadam cognatione coniunctos, ſed Dei Religionem ſeruare, & qui illud vinculum violat, nefas committit, l. vt vim, ff. eod. illud naturale primęuum nũcupatur, quia reſpicit non ſolum hominum naturam, ſed etiam omnium animantium, ſic videtur præceſſiſſe illi, quod hominum naturæ tantum conuenit ſecundario, ſcilicet naturali, quod inter homines dicitur primæuum, quia ad homines tantum pertinet, & primæuũ ra-
10 tione prioritatis reſpectu aliorum iurium, gentium appellatur.

Interdum naturale pro iure pactorum ſumitur, hoc eſt prętorio, quia Prætor ait, pacta ſeruabo, l. 1. ff. de pactis; cuius edicti æquitas naturalis eſt, ideo dicitur in glo. in d. l. 1. in verbo huius, hoc eſt à naturali ingenio, vel induſtria hominum introducta: Contra tenuit Syluest. ad glo. in §. 1. Inſt. eod. ſed de iure ciuili, vt ex §. ſingulorum, Inſt. de rer. diuiſ. Licèt Prætores quadam naturali æquitate iura ediderint pactorum ſeruandorum, quod omnibus legibus cõmune eſſe deberet, tamen non ſequitur ius naturale hoc eſſe, quia pacta re-
11 ſcindi poſſunt, l. 1. ff. de minor. ſed naturalia immutabilia ſunt, cõuenit tamen in hoc, quia nil proprius eſt homini, quam fidem ſeruare, Bald. in l. 1. ff. de pact. Aliquando pro iure contrario accipitur, vt pro reſciſsione pactorum, quando pacta inhoneſta, vel illicita continerent, ex d. l. 1. ff. de minor. Sed in præſenti noſtra Rubrica pro eo, quod generationi, & educationi filiorum cõuenit, ex d. l. 1. §. ius naturale. ff. eod. & §. 1. Inſt. de iure naturali, cap. ius naturale, diſt. 1. vt dictum eſt; quocirca Matrimonia inſtituta fuerunt à Deo, primum in officium naturæ, poſtea in remedium peccati. ita ſacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. in princip. de doctr. Sacramen. Matrimon. Et vt rationales homines à brutis differrent, licet natura non cognouerit à principio, tamen non defuit quin poſtea, quod magis congruum eſſet non poneretur: nam Matrimonio coniunguntur homines, non ſolum corpore, ſed etiam animo, ex gloſſ. Inſtit. eodem. §. 1. Sic Matrimonium inſtitutum dicimus de iure naturæ, hoc eſt à Deo, qui eſt auctor naturæ; & de iure gentium receptum, & iure ciuili ſolemnizatum, ſic de his omnibus iuribus Matrimoniũ participat; ex hoc iure filij nati à parentibus educandi ſunt, vt in l. ſi quis, §. ſed, & ſi filius, ff. de lib. agnoſcen. l. libertas operum, ff. de operib. libert. Inſt. §. ius naturale, de iure naturali, de alijs ex hoc iure venientibus, ſuis locis dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Ius gentium qualis ſit.*
2 *Quare fuit inductum.*
3 *Quæ ſint de hoc iure.*
4 *An ſint contra naturalem æquitatem.*
5 *Differentia inter ius naturale, & gentium.*
6 *Ius naturale immutabile eſt.*
7 *Ius gentium ad quos pertineat.*
8 *Naturalis obligationis principium.*
9 *Quæ ſint de iure naturali.*
10 *Quibus iuribus vtebãtur primi homines.*
11 *Differentia inter numerũ ſingul. & plural. gentium.*
12 *Gens quando collectiuè ſumatur.*
13 *Quot modis ſumatur gens.*

DILVCIDATIO QVARTA DE IVRE GENTIVM.

1 SEQVITVR & altera iuris priuati diuiſio, quod ius gentium nuncupatur, & eſt, quo gentes vtuntur, vſu, & neceſsitate exigentibus, l. 1. §. fin. ff. de iuſt. & iure, Inſt. de iure nat. §. ius autẽ, cap. ius gentium, diſt. 5. nam cre-
2 ſcente populo, creuit & hominũ malitia, cuius cauſa plura ſunt edita iura, inde neceſsitate cogente, naturalis æquitas ita ſuaſit Cic. lib. 2. Rhet.
3 de inuent. & lib. 2. de legibus, vt iſtud ius eo modo, quo tutius fieri poſſet,

ad conſeruationem naturæ induceretur, ex d.§.ius autem, & l.1. §.fin. ff.eod. & ibi gloſ.& Bald. Venerunt deinde ex iure captiuitates, ſeruitutes, bella, cōtractus, obligationes,& ſimilia.ex d.§.ius autem, §.fin. l.ex hoc iure, ff.de iuſt. & iure, & cap. ius gentium, quæ licet dura videātur,quaſi ſocietatem humanam dirimentia,tamen finis, cuius cauſa præponitur,
5 naturalem fouet æquitatem,quaſi ad propulſandam iniuriam, & mutuam amicitiam conſeruandam pro publica,& ſingulorū vtilitatem, glo.in d.§.ius autem,& ibi Sylueſt.in addi.

6 Differunt ad inuicem in multis, glo.in d.§.ius autem, ius naturale,& gentium ; naturale immutabile eſt,quia non venit vſu,& commoditate, vt gentium ius,quod viciſsitudine tēporis mutatur , ſed natura ipſa dictante, eadem ſemper perpetua exiſtit , necnon naturale commune eſt omnibus animantibus, gentium verò hominibus tantum, l.1. §.fin. ff.de iuſt. & iure, & in d. §. ius autem, & cap. ius gentium, Thomas Ferrarien. in Repet. in Proœm. Decret. dum de his iurib. differit, iure naturali primæuo dixit homines moueri ſecundum
7 affectus proprios,& ſecundario regi ratione,inde cum è Paradiſo fuerint eiecti, obligatio naturalis inſtituta fuit, de qua ſupra, dum de iure naturali primæuo diximus, ſed gentium
8 fertur, quia ſolum homines eo iure vtuntur, l.1. ff.de iuſt.& iure. in fine, ſic concludit, qđ
9 à tēpore Adæ, vſq; ad tempora Moyſi homines iſtis tribus iuribus vixerunt, naturali pri-
10 mæuo,naturali ſecundario, & gentium ; poſtmodum tribus alijs, Moſayco, ſcilicet , Prophetico,& Ciuili. Poſt aduentum Saluatoris tria alia ſuperuenerunt, Euangelica, Apoſtolica,& Canonica ; quæ faciunt ius vel diuinum , vel poſitiuum , ſiue Canonicum .

11 Rubricatur de iure gentium. Gens quot modis ſumatur, notandum erit ; licet legatur in plurali numero gentium, tamen quia nomen collectiuum eſt, ſingularis num. vniuerſalem habet ſignificationem, l. in vſu, ff.de verb. ſignif. niſi poneretur in termino reſtrictiuo, vt
12 gens Italiæ,pluribus modis notat Bald. in l. iure operam, §.ius gentium, ff. de iuſt. & iure. Gens nomen ſumi poſſe, veluti aliquando pro omnibus hominibus totius mundi; aliquando pro Prouincia, vt Hiſpania, Gallia, & ſimilis,& in hoc differt à multitudine, nam gens
13 principio oritur , multitudo prouenit ex alia natione . Tertiò modo gens dicitur cognatio, l.prænunciatio, ff. de verb. ſignific. Quartò, pro hominū collectione, ita vt plurimum in ſtatutis accipitur,& ſic nomen gens, turbam,& multitudinem ſignificat,& de decem hominibus verificari poteſt,

SVMMARIVM.

1 Ius ciuile quot modis ſumatur.
2 Ius municipale quid.
3 Ius Reipublicæ quid.
4 Ius Quiritum.
5 Ius ciuile quid ſit.
6 Diuiſio iuris ciuilis.
7 Ius ciuile non ſcriptū quot modis ſumatur.
8 Mos quid ſit.
9 Differentia inter mores, & conſuetudinem.
10 Differentia inter mores , & vſum.
11 Stylus quid.
12 Differētia inter præſcriptionem, & conſuetudinem.
13 Conſuetudo quid.
14 Quid differat à lege.
15 Conſuetudini, quæ opponuntur.
16 Origo conſuetudinis.
17 Scriptura an requiratur.
18 Quale tempus requiratur.
19 Diuturna quæ.
20 Inueterata quæ.
21 Perpetua quæ.
22 Vetuſta quæ .
23 Antiqua quæ.
24 Vetuſtiſsima quæ.
25 Compulſiua quæ.
26 Repulſiua quæ.
27 Priuilegiatiua.
28 Permiſsiua.
29 Correctiua, interpretatiua.
30 Confirmatiua, prolatiua.
31 Longa quæ.

DILV-

DILVCIDATIO QVINTA DE IVRE CIVILI.

ALIVD ius priuatum, ciuile nuncupatur, quod & multipliciter ſumitur.
Primò, pro lege 12. tabularum l. ius ciuile §. hoc igitur, ff. de iuſt. &
iure. & ibi glo. in verbo, hoc igitur, eo quod ibi ius ſumatur in genere,
non autem in ſpecie, ac ſi dixiſſet ius ciuile lex 12. tabularum ſecun-
dum glo. ibi.
Secundò, pro diſputatione prudentum virorum facta ſuper dictis le-
gibus 12. tabularum l. neceſſarium §. hæc diſpoſitio ff. de orig. Iur.
Tertiò, pro eo iure, quod eſt præteritorum, l. ius autem ciuile, §. ius prætorium. ff. de
iuſtitia, & iure.
Quartò, pro omni eo, quod ſcriptum eſt in lege, nam lex nuncupatur ciuilis ſapientia,
l. 1. ff. vnde cognat.
Quintò, pro eo, quod iuri naturali detrahitur, vel additur, detrahitur in vſucapione,
quæ eſt de iure ciuili, Inſtit. de vſucap. in princ. & videtur contra ius naturale, ſecundum
glo. in l. ius ciuile, licet Doct. videantur tenere contrarium, quod vſucapio non ſit contra
ius naturale, ſicuti in matrimonio, cui ius ciuile addit formam ſeruandam, quæ eſt præſta-
re conſenſum mutuum, præcedentibus ſponſalibus, & cæteris requiſitis, l. 1. ff. de ſponſ. l.
nuptias, ff. de reg. iur. §. nuptias, Auth. de nupt. coll. 4. Idem de tutela, de qua cum nil fuerit
cogitatum in iure gentium, ius ciuile formam, & materiam inuenit, Inſt. de tutoribus, in
princ. notat ibi glo. quod non in totum ius ciuile detrahit, vel addit totius corporis vni-
uerſitati iuris communis, ſed in caſibus ſpecialibus, qua de re ferè totum corpus iuris eſt
ius ciuile, cum ibi vel in forma, vel in materia iuri communi ſit additum, vel detractum.
1 Sextò, pro eo, quod quiſq; populus ſibi conſtituit, & vocatur ius ciuile, quaſi proprium
alicuius ciuitatis, & alio nomine ius municipale dicitur, Inſt. eod. §. ius autem ciuile. l. om-
nes populi. ff. de iuſt. & iur. quod recipit nomen à loco, vbi conſtituitur, veluti ius Atheni-
enſium, Lacedæmoniorũ, & Romanorum, & licet tales leges particulares perſonæ promul
gauerint, vel propoſuerint, veluti Solon, Licurgus, vel alter, tamen à populo, illam ap-
probante, recepit nomen, §. ſed ius, Inſt. eod. & tunc particulare illius loci, & non gene-
rale ad alias ciuitates, & perſonas efficitur, at ſi nomen ciuitatis non adderetur, de Populi
Rom. lege intelligitur; & hæc eſt vna iſtius iuris ab alijs, differentia; altera verò eſt ratio
ipſa condendi tales leges, nam ius municipale, vſu tantum exigente illius loci; aliud verò
2 naturali ratione dictante ponitur apud omnes gentes cuſtodiendum ratio mandat, ſic om-
nis populus, partim ſuo proprio iure, partim commune omnium hominum vtuntur, vt in
d. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Inſt. eod. §. ius ciuile, & in diſt. 1, cap. ius ciuile.
Appellatur alio nomine ius Reipublicæ, & idem eſt, quod ius municipale, ſeu ciuile ali-
3 cuius ciuitatis, vel omnium ciuitatum, vt in lib. 11. C. rubricatur de iure Reip. licet ap-
pellatione Reipu. intelligatur de Vrbe Romæ regulariter, tamen generaliter ſumitur pro
omni Repub. vt in Rub. eiuſd. tit. vbi notatur, quod ciuitates pluribus iuribus reguntur,
aliquando iure priuatorum, quandoq; ſingulari, quandoq; ſpecialiſſimo. De primo legi-
tur in l. cum qui vectigal. ff. de verb. ſignif. quod publica appellatio in compluribus cauſis
ad Populum Rom. reſpicit; Ciuitates enim priuatorum loco habentur, vnde ſi aliæ ciui-
tates Reſpublicæ nominarentur, glo. in d. l. cum qui, in verb. in compluribus, hoc eſſet
impropriè, & ita notant etiam Doct. in d. l. cum qui, tamen non ſemper loco priuatorum
ſunt ciuitates, licet publica hæc ſoleant vocari, de quibus plura in glo. in verbo habentur,
in d. l. cum qui. ff. de verb. ſig. & l. fin. C. de ſacroſ. Eccl. in fine, ſic ſola Romana Eccleſia gau
det immunitate centum annorum contra præſcriptionem, in l. mancipia, C. de ſeru. fugit.
quod ſingulare ad fauorem Eccleſiæ Romanæ, ideo contra alias minori tempore præſcri- C. lib. 11, De iure Reip.
bitur. Specialiſſimo etiam aliquando vtuntur, ſicut dicitur de priuilegijs Populi Romani
Antiochenſium, Conſtantinopolitanorum, olim Alexandrinorum, & ſimilium, de quibus

plura exempla leguntur in corpore dicti tituli, C.lib.11.de iure Reip.verum tamẽ in d.tit. generaliter de omnibus Republicis tractatur, ne, ſcilicet indefenſæ remaneant, propterea creantur defenſores, vt ſtatuta eorum ſeruentur,& ſic de alijs, vt ibi per totum.

4 Poteſt etiam hoc Ius municipale, ius Quiritum appellari,& ſi de iure Romanorum tantum intelligi debeat, quia Quirites Romani dicebantur, vel ab haſta, quam gerebant, vel à cura, vel à Quirino, ſic vt Romani à Romulo, §. ſed ius, Inſt. de iure nat. gent. & ciu. & ibi glo.& Sylueſt.

5 Vnde olim omnes res, quæ erant in noſtro ciuili, vel legitimo dominio, ex iure Quiritum deſcendere videbãtur, & ex eo concipiebatur ordinariè in rem actionis formula,vel in naturale, quod in bonis, ſiue bonorum dicebatur, & cum multum intererat, quo dominij genere, quis eſſet dominus cuiuſq; rei, ſed eo nomine vtebantur, & legitur in addit. ad Rubr.C.de nudo iure Quiritum tollen. nam qui ſeruum tantum in bonis habebat,id eſt naturali dominio, non poterat eum facere ciuem Romanum, ſed qui in Quiritario iure habebat, poterat, ibiq; Imperator tollit has ſubtilitates, & nullam eſſe differentiam determinat apud quos, vel nudum ex iure Quiritum nomen, vel tantum in bonis reperiatur, ex l. vnica. C eod. alij tenent hoc ius inductum eſſe ad tollendum imaginariam venditionẽ ſeruorum, quæ mancipia dicuntur.

C. De nudo iure quiritiũ tollẽ.

6 Colligitur itaq; ius ciuile tribus modis ſumi poſſe, vt verbis, vulgaribus vtar, ſtrictè, largè, largiſsimè, ſtrictè pro eo, quod compoſitum eſt ex legibus Plebiſticis, Senatuſconſultis, decretis Principum, reſponſis Prudentum,& tunc non recedet per omnia à iure naturali, vel gentium, nec per omnia illi adhæret, vt in Inſt.eod. §.ſcriptum autem, largè ſumitur pro omni eo, quod dicitur Prætorium, vel à Principe conſtitutum eſt, l.nam, & ff. de iuſt.& iur. Largiſsimè pro omni eo, quod receptum eſt à naturali iure, vel gentium, vt ſi aliquid addatur, vel minuatur. Paul.de Caſtr. in l.ius ciuile, ff. de iuſt.& iur.

7 Quapropter ius ciuile eſt, quod neq; in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit, itaq; cum aliquid addimus, vel detrahimus iure communi, ius proprium ciuile efficitur in d l.ius ciuile, eſt ff.de iuſt.& jur. Licet iſta verba non inducant diffinitionem iuris ciuilis, ſecundum Paul. de Caſtr. in d.l.ius ciuile; ſed de eo potius tractatur in l. omnes populi, ff. de inſt. & iur. cum ius ciuile ſumatur pro iure proprio alicuius ciuitatis, vnde ſecundum diuerſitatem ſignificationis diuerſimodè deſcribi poteſt, vt ſupra dictum fuit; & ita etiam habetur in cap. ius ciuile, diſt. 1. Ius ciuile eſt, quod quiſq; populus, vel quæq; ciuitas ſibi proprium diuina, humanaq; cauſa conſtituit.

8 Diuiditur autem iſtud ius ciuile ſtrictè ſumptum in duas ſpecies, in ius non ſcriptum, & ſcriptum, §.conſtat, Inſt.de iure nat. gen. l.ius autem ciuile, ff.eod. Ius ciuile non ſcriptum idem eſt, quod conſuetudo.

Diuerſimodè conſuetudo recipitur, ſecundum glo.in cap.cæterorum, de teſtibus cognoſcen. Bart. in d.l.de quibus, ff.eod. nu.6.

Aliquando pro aſſuefactione, ſicuti dicit Philoſophus, quod conſuetudo ſit altera natura, & eſt, quid facti, & conuenit animalibus etiam irrationalibus, vt legitur de Apibus, §. apum, Inſt.de rer.diuiſ.l.naturalis. §.de his, ff.de acq.rer.domin.& de Columbis habentibus conſuetudinem redeundi ad domum, necnon pro facto, & vſu plurium perſonarũ, & talis conſuetudo nuncupatur vſus, ſeu mos, qui in facto tantum conſiſtit, ex quo ius non reſultat. Interdum pro iure, quod ex vſu, & moribus plurium perſonarum reſultat, l.de quibus, ff.eod. § ex non ſcrip. Inſtit. eod. notandum, quod differunt ad inuicem, conſuetudo, vſus, mores, ſtylus, & præſcriptio, ſecundum Bart. in d.l.de quibus, nu.10.

Mos longa eſt cõſuetudo, ſiue lex non ſcripta, vetuſtate probata, cap.mos, diſt.1.Mores frequentes hominum actiones deſignare dicimus, glo. in d.cap. mos, in verb de moribus; vide etiam l.pen. C.de ſenten. & interlocut. omn. iud. & tunc adæquatur conſuetudini, l. nemo Iudæorum, C.de Iudæis,& leges faciunt in d.l.de quibus,& in l.moribus, ff.de vulg. & pupil.diſt.1.cap.oẽs, & c.non eſt,de cõſuetud.in 6.& de his optimè Archid.in cap.mos, diſt.1. ſecundum alios, mos, quod in ciuitate fieri ſolet, vel lex quædã viuendi, nullo vin-

culo

culo adſtricta, ſed tantum vſu ciuitatis retenta, ſiue lex non ſcripta, & tales actus morum, vt conſuetudinem faciant, debent eſſe conſimiles primo actui, vt refert Azo à Remig. in cap.humanū genus,diſt.1.nu.22.per cap.ita nos, 25.q.2.& l.3.C.de Epiſcopal.aud. pluribus itaq; modis in iure deſcribitur mos, glo. in Clemen. paſtoralis,de ſent.& re iud.nu.60. ideo dicitur quędam conſuetudo de minoribus tracta tantummodo, vel eſt quædam lex viuendi, nullo vinculo adſtricta, ſicut lex non ſcripta, ſed tantum vſu æui retenta, aut eſt virtus hominis; at in numero plurali aliter ſignificat.

9 Differentias inter conſuetudinem, mores, vſum, ſtylum,& ſimilia,ponit Bart. in d.l. de quibus, ibi Doct. & Zaſ. ibi,& glo.in d.Clem. paſtoralis, inter morem,& conſuetudinem, has ponit differentias Azo à Remig.in d.cap.humanū genus,diſt.1. nu.21.generaliter autem p iure non ſcripto, conſuetudo pro vtroq; ſcripto,& non ſcripto, glo.2.in d.c.mos, diſt.1.& ſecundum hanc differentiam tanquam nomina iuris ſe habent, vt pars ad totum, nam omnis mos eſt conſuetudo, ſed non è contrà, ſed tanquam nomina qualitatis, videntur idem mos, & conſuetudo, vt in diſt.1.§.cum ita.

10 Secundò, vſus, & mores differunt à conſuetudine, ſicut ius à facto,vel ſicut cauſa,& efficiens, at ſi conſuetudo ſumatur, vt ſupra in 2.membo, pro facto tantum plurium perſonarum, tunc conuenit cum vſu, & moribus, ſed ſi vti ius, tunc, ſicut ius, & factum differunt,& vſus, & mores ſunt cauſæ remotæ conſuetudinis, quoniam ex illis colligitur tacitus conſenſus vtentium, qui, vel uti cauſa propinqua, faciunt conſuetudinem,& ius non ſcriptum,ex Bart.in d.l.de quibus, ff.de leg.

11 Stylus, ſecundum Bart. in citato loco, eſt conſuetudo circa ordinem loquendi, ſcribendi, & procedendi, ſed conſuetudo reſpicit deciſionem, ſecundum Cynum, & alios Doct. in l.2.C.quæ ſit long.conſuetud.nu.7.Ang.l.1.ff.de offic.aſſeſſ. Iaſ.l.1. C.de ſacroſanct.Eccleſ. ante nu.9.

Ang.Inſt.de iur.nat. gent.& ciu.§. ex non ſcripto, declarat ſtylum eſſe ius non ſcriptum ab vnius Iudicis voluntate ſæpius delatum, & differt à conſuetudine, quia illa tacita voluntate, & vſu plurium inducitur, ſic differunt vti genus, & ſpecies, nam conſuetudo inducitur, tam ex actis indiuiduarijs, quam mediante populi conſenſu, ſed ſtylus ex actis indiuiduarijs tantum, & ſic concludit, quod concernit ordinem, & ſeriem rei, non iudiciariæ tātum, ſed cuiuſcunq;, non ex tacito, ſed expreſſo conſenſu, & idem eſt, quod factum aliqđ ſemel actum, conſuetudo, quod pluribus actibus fit; Hæc ille.

12 Præſcriptiptio differt à conſuetudine, cū ſit ius quoddam ex tempore cauſæ trahens firmitatem, vel exceptio, ſeu ius quoddam ex tempore continuæ poſſeſsionis rerum immobiliū, aliquando dominij vtilis, aliquando legitimæ exceptionis cauſam tribuens, per Hoſtien.in ſumma de præſcript.nu.1.per §.poteſt 16.q.3.at de præſcriptione inferius dicem⁹, & earum differentias poſuērunt Doct.in d.l.de quibus; at Paul.de Caſtr.Bald.& Ang.in d. §.ex non ſcripto, ſex numerant differentias.Primò, quod pſcriptio habet eſſe in rebus mobilibus, & immobilibus, & contractibus, cap.auditis, de præſcriptio.& ſequen. Conſuetudo verò in corporalibus tantum, vt in ſeruitutibus, vel in electionibus. Secundò, præſcriptio acquiritur ſingulari, & priuata conſuetudine, omnibus æqualiter, non plus, ſcilicet vni, quam alteri. Tertiò, in præſcriptione exigitur titulus, & bona fides, vt in cap. ſi diligenti,de præſcrip. in conſuetudine verò ſolū tempus, vt in l.cū de in rem verſo ff.de furti. Quartò, præſcriptio, & priuilegium non conueniunt, cap. inter dilectos, §.cæterum, de fide inſtrum.& cap.vniens, de præſcrip. ſed conſuetudo, & priuilegium inſimul conueniūt, cap.cum dilectus, de verb. ſignif. & cap. Abb. Quintò, quia præſcriptio propriè eſt actionis excluſio; conſuetudo verò eſt actionis, ſiue iuris acquiſitio, cap. conſtitutus, de elect. cap. in Geneſi, in fine. Sextò, conſuetudo erronea nihil iuuat, ſecus in præſcriptione, quæ procedit ex titulo putatiuo, iuſto, & excuſabili, l.Celſus, ff.de vſucap.

13 Conſuetudo eſt vſus rationabilis cōpetenti tempore præſcriptus,vel firmatus nullo actu binario contrario, ſeu contradictorio iudicio, cuius non extet memoria, inductus communi vtentium comprobatione, ex Hoſtien. in ſumma eod.tit.de conſuet. Cyn.in l.2. C.quæ

 ſit lon-

ſit longa conſuetudo, & ex l. diuturna, ff. de leg. Bart. autem in l. de quibus, nu. 6. ita deſcribit, conſuetudo eſt ius non ſcriptum, motibus, & vſu populi, vel à maiori parte ipſius, rône initiatum, & continuatum, & introductum, habens vim legis.

14 Item dicimus conſuetudinem eſſe ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex, cap. conſuetudo, diſt. 1. hanc deſcriptionem declarat glo. in d. cap. conſuetudo, dum inquit, plures vices tantum conſuetudinem non inducere, niſi ea intentione actum ſit illud pro conſuetudine formari, quoniam poteſt eſſe, quod ex gratia, vel tolerantia hoc ſępius permiſſum ſit, etenim illud prius inſpiciendum erit, non aliquid factum eſſe, ſed quo animo factum videatur, vt poſteros obliget, ideò quaſi ſuo iure id facit, vſum non inducit, & alia ratione firmatur (glo. ibi) quia ſolæ vices conſuetudinem non fa-

15 ciunt, licet pluribus vicibus aliquid iudicatum ſit, quia non exemplis, ſed legibus iudicamus, & quomodo præiudicet iuri, conſuetudo, vel è contra, glo. in cap. fruſtra. diſt. 8. declarat plura requiri. Primo hoc eſt, vt ſit præſcripta; ſecundò, q obtinuerit in contradictorio iudicio populi; tertiò, vt eo animo fiat, vt credat ſibi ius competere imposterū; quartò, res illa ſit præſcriptibilis; quintò, quod poſsit dici antiqua, & approbata; ſextò, debet continere naturalem æquitatem; ſeptimò, ſit de ſcientia Principis inducta, non tamen de tollerantia; octauò, non tamen per errorem; nonò, maior pars populi conſueuerit ea vti; decimò, tēpore debito ſit præſcripta ex d. glo. in §. nō ſcripto, & ibi in additi Sylueſt. Appellatur Ius non ſcriptum, quia tacito conſenſu populi inducitur, nam diuturni mores conſenſu vtentiū comprobati, legem imitantur, vt in d. l. de quibus, & §. non ſcripto Inſt. eod.

Vnde ſicut Ius ſcriptū prouenit à conſenſu populi habentis facultatem condendi legem, ita, & ius non ſcriptum, tacito prouenit conſenſu, quæ ad inuicem non videntur differre, niſi quod lex tunc ſcriptura edicitur, conſuetudo verò non à principio, ſed poſtquam fuerit in vſum reducta, & tunc mutat nomen, & appellatur lex Paul. de Caſtr. in d. l. de quibus, & ex l. ſed ea ff. eod. inſt. eod. §. ex non ſcripto.

Inſuper conſenſus legis exprimitur verbis, vel ſuffragio tantum populi, conſuetudo aūt rebus ipſis ex factis venientibus Caſtr. in d. l. de quibus num. 7. Quartò cōſenſus legis exigitur momento, ſed conſuetudo per obſeruantiam longi temporis, ex eadem ſententia Paul. Caſtr. in d. l. de quibus quinta differunt in formali tantum conſenſu, non autem in effectu ſicuti dictum eſt exprimere animum, verbis, vel factis, vel differt in effectu; quia conſenſus tacitus, expreſſo æquiparatur in potentia, ſecundū Bart. in d. l. de quibus nu. 4.

16 Conſuetudini tria alia vocabula opponuntur, vt non vſus, & deſuetudo, non vſus eſt, quando non occurrit caſus, in quo opportuerit legem ſeruare, & ſi per mille annos ſteterit nunquam intelligitur lex abrogata, ex Paul. de Caſtr. in d. l. de quibus num. 9.

Deſuetudo eſt de caſu contingente, ſed non dum poſito, vt ſi quid à lege fuiſſet ordinatum, quod non fuerit à contrahentibus ſeruatum, ideò multæ leges dicuntur abrogatæ per deſuetudinem, quæ in vſum deductæ non ſunt.

Contraria conſuetudo eſt cum beneficium, ſeu diſpoſitio legis non fuerit taliter præſtita, vt introduceretur conſuetudo, ſecundum eundem Paul. de Caſtr. in d. l. de quibus.

Ortum à lacedemonijs, qui moribus tantum viuebant Bart. in l. moribus ff. de pupil. & vocatur conſuetudo, quia in communi vſu eſt.

17 Redigitur aliquando in ſcripturam poſt vſum, & obſeruantiam, non quod ſcriptura ſit de ſubſtantia, ſed vt perpetuò conſeruetur, ſecundum Bart. d. l. de quibus num. 8.

18 Tempus requiritur non ad inducendam legem, ſed ad ſolemnizandum conſenſum, ſicuti ad ſolemnizandam legem requiritur ſcriptura Bart. ibi in d. l. de quibus num. 8. Bal. ibi num. 5. Ergo omne ius, aut conſenſus facit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo l. ergo ff. de legibus.

19 Conſuetudo plures reſpicit diuiſiones, nam quædam dicitur diuturna, quædam alia inueterata, alia perpetua, alia vetuſta, quædam antiqua, quædam vero ſimpliciter conſuetudo appellatur Bal. in l. diuturna ff. de legibus.

Diuturna eſt, quę ſpatio decē, vel viginti annorū fuit inducta, ſecundū glo. in d. l. diuturna.

20 Inue-

20 Inueterata eſt, cuius memoria non extat in contrarium glo. in d. l. de quibus in verbo inueterata, licet alij teneant, quod inueterata ſit per vſum decem annorum.

21 Perpetua, quę ſẽper eſt duratura, vel ad minus decẽnio glo. in l. nã Imperator ff. de legib.

22 Vetuſta l. teſtamenta C. de teſt. quando Imperator mandat vetuſtum morem ſeruandum, & irritum fit, quod contra agitur, & ſic poteſt pro vetuſto hic ſumi, quod 40. annorum ſpatium egreditur l. fin. C. de fund. Reip. aliquando etiam decem annorum l. 1. § fin.
23 l. 1. in princ. ff. de aqua pluuia arcen. Antiqua l. penul. C. de iure fiſci lib. 10. vt electio officialium ſolita ſeruari, ideò antiquum tempus dicitur 10. vel 20. annorum, vt in cap. 2. de ſepult. lib. 6. & ibi Archid. & in cap. cum in tua de conſuetud. & ibi glo. in verb. quæro.
24 Vetuſtiſſima, vetus tempus excedit, ex quo ſuperlatiuum exceſſum ſignificat. Bal. in d. l. diuturna, ſimpliciter etiam ſumitur, vt per l. pen. C. de exactoribus tribut. lib. 10. vt ipſe Bal. teſtatur in d. l. diuturna, & intelligitur de præſcripta, tamen inſuper ibidemq; aliã
25 diuiſionem proponit ſicuti compulſiua, vt in l. 3. §. fin. ff. de teſtam. vbi teſtes compelluntur ratione conſuetudinis ad examen extra locum examinis.

26 Alia repulſiua, vt ſi filia conquereretur de in officioſo teſtamẽto patris, & vellet per querelam repellere hæredem à teſtamento, vt ibi Bal.

27 Alia priuilegiatiua per l. ſi quis de diuerſ. reſcript. quæ ſic induceret priuilegium.

28 Alia permiſſiua, vt ſi extaret conſuetudo, quod de fundo alieno, permiſſione, ſcilicet domini fundi, quis lapides fodeat, vt in l. venditor §. ſi conſtat ff. communia prædiorum, illa ſeruanda ſecundum Bal. in d. loco.

29 Alia correctiua, vt ſi deſſuetudine legibus abrogaretur ſecundum d. l. de quibus in fine.

Alia interpretatiua, vt ſi de interpretatione legis ageretur, tunc inſpiciendum, quo iure ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuerit, quia tunc conſuetudini ſtandum, quæ eſt optima legum interpres l. ſi de interpretatione ff. de legibus.

Alia collectiua, vt in l. 1. C. de emancipationibus liberorum, vbi conſuetudo dat iuriſdictionem voluntariam, quæ extenditur ad forenſes, ſeu non ſubditos, conſentientes.

30 Alia confirmatiua l. & quia ff. de iuriſdict. quod qui habet iuriſdictionem reſidentem in ſua perſona, delegare poteſt, quia confirmat mandatam iuriſdictionem, ſed delegatus cum non ſit ei mandata principaliter iuriſdictio, nec data ſit à lege, ideo non poteſt ſubdelegare, idem dicitur in l. more maiorum ff. eod.

Alia prælatiua, vt primogenitus præferatur in ſucceſſione in bonis patris per l. reſcripta C. de precibus Imperat. offeren. hæc ex Bal. in d. l. diuturna.

31 Additur vlterius, quod alia conſuetudo dicitur longa, vt in tit. C. quæ ſit long. conſuet. Notandum ſecundum Azonem in ſumma eod. tit. quod tempus aliquando dicitur longum, aliquando longiſſimum, & aliquando longeuum; tempus ſimpliciter prolatum intelligitur de decẽnio l. ſiue præſumptione ff. de pęnis tamen, & in præſcriptione inter præſentes dicitur longum tempus decennium, & inter abſentes vicennium, ideo rubricatur tit. C. de long. temp. præſcript. & l. fin. ibi inſt. de vſucap. §. 1. aliquando abſolute, ſine diſtinctione, abſentium, vel præſentium, longum tempus dicitur 20. annorum. long. temp. aliquando iudicis arb. ſumitur l. ſi finita §. nunc ff. de damno infec. In perſonalibus ſumitur pro 30. annis l. neq; C. de præſcrip. long. temp. interdum pro 40. annorum ſpatio Archid. in cap. 1. de præſcrip. lib. 6. dicitur etiam longum tempus, poſt annum, ſicut, & nuncupatur vetus 28. q. 8. cap. 1. Doct. in cap. quid de verb. ſignif. Io. Andr. in cap. 1. de vita, & honeſtate Clericorum lib. 6. Item pro quinquennio l. 1. §. quod dictum eſt ff. de ſepara: Quapropter diuerſificantur præmiſſa, ſecundum ſubiectam materiam, de qua agitur, & in propoſito noſtro, ſi in decennio tot actus interuenerint quot in conſuetudine firmanda requiruntur, eo modo, quo ſupra dictum eſt, illa intelligitur longa conſuetudo, vt in rubr. tit. C. quæ ſit long. conſuet. & Azo in eod. loco. at ſi plures requiruntur actus, vel ſi in decennio non terminaretur, tunc maiori tempore firmanda erit, ſed ſi in minori tempore, quam decennio induceretur, tunc non eſſet longa conſuetudo, diuturni autem mores ad decennium ſaltem conſuetudinẽ inducunt glo. in d. l. de quibus, & l. 1. C. eod. Syluest. ad glo. in d. §. ex non ſcripto inſt. eod.

DE IVRE CIVILI SCRIPTO DICENDVM ERIT.

1 Partes iuris ciuilis, quæ.
2 Lex quot modis ſumatur.
3 Quid ſit lex, & 7. 18. & 19.
4 Requiſita ad legem, & 6.
5 Modus, & forma condendi legem.
6 Quot modis fiat contra legem, & 8.
7 Lex eſt donum Dei.
9 Ignorantia quando excuſet.
10 Species ignorantiæ, quæ.
11 Ignorantia propriè, quid ſit.
12 Errare, quid ſit.
13 Titubatio, quid.
14 Ignorantia diuiſio.
15 Ignorantia facti quid, & diuiſio.
16 Ignorantia iuris, & diuiſio.
17 Ignorantia inuincibilis, & vincibilis, quæ.
20 Cauſa, quarè facta ſint leges.
21 Plebiſcitum quid.
22 Quare ſic nominetur, & à quibus fiant, & de forma ſeruanda.
23 Senatuſcon. quid.
24 Cauſa Senatuſcon. & de forma ſeruanda.
25 Plura Senatuſcon. in corpore.
26 Poteſtas condendi legem delatam ad vnum.
27 Principum placita quid.
28 Princeps pluribus modis condit legem.
29 Diuerſa nomina Principum placiti.
30 Conſtitutio quid ſit.
31 Quare ſic dicatur.
32 Quid veniat ſub iſto nomine.
33 Canon quid ſit.
34 Decretum quid ſit.
35 Decretalis epiſtola quid ſit.
36 Sanctio quid ſit.
37 Pragmatica quid ſit.
38 Annotatio quid ſit.
39 Interdictum quid ſit.
40 Mandatum quid.
41 Præceptum quid.
42 Differentia inter præceptum, & mandatum.
43 Conſtitutio generalis quid. nu. 50.
44 Plures diffinitiones conſtitutionum.
45 Differentia inter conſtitutionem Eccleſiaſticam, & laicalem, & nu. 51.
46 Vnde dicatur conſtitutio.
47 Quis faciat conſtitutionem, & nu. 26.
48 Requiſita ad conſtitutionem, & nu. 49.
52 Virtus conſtitutionis.
53 Reſcriptum quid ſit, & nu. 56.
54 Quot modis fiant reſcripta.
55 Declaratio diffinitionis.
57 Duplicia reſcripta quæ.
58 Differentia reſcripti à proceſſu.
59 Reſcriptorum conditiones.
60 Conſtitutionum ſpecies.
61 Priuilegium quid.
62 Quare dicatur priuilegium.
63 Requiſita ad eſſe priuilegij.
64 Species priuilegiorum, & nu. 65.
66 Quot modis ſumatur.
67 Quot modis nuncupatur.
68 Beneficium quid.
69 Diſpenſatio quid.
70 Differentia à priuilegio.
71 Immunitas quid, & nu. 73.
72 Plura exempla immunitatum, & 74.
75 Prætorum edicta quæ.
76 Forma edendi edicta.
77 Quot modis ſumatur edictum.
78 In quid differat à iure communi, & 79.
80 Quare ſit inducta.
81 Verba Prætoris in prolatione edictorum.
82 Edere quid ſignificet.
83 Edicere quid ſit.
84 Species edictorum.
85 Edicta habent ſpecialia nomina.
86 Aedilium edicta quæ.
87 Reſponſa prudentum quæ.
88 Quando habeant vim legis.
89 Prudentes viri qui dicantur.
90 Leges in corpore iuris vnde.
91 Satyra lex quæ.
92 Lex Rhodia quæ.
93 Conditiones bonæ legis.
94 Omnes debent legibus parere.

DILV-

DILVCIDATIO VI. DE IVRE CIVILI SCRIPTO.

IVs ciuile ſcriptum conſtat ex lege ,plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Magiſtratuum edictis ; reſponſis prudentum l. ius ciuile eſt ff. de iuſt. & iur. inſt. de iure nat. gen. & ciu. §. ſcriptum , & diſt. 2. in §. conſtat , & capit. omne , diſtin. tertia . Omnes hæ ſpecies ſecularium legum partes ſunt, nam omnis conſtitutio legum alia eſt ciuilis , alia Eccleſiaſtica , ciuilis appellatur forenſe , vel ciuile ius ; Eccleſiaſtica conſtitutio, alias ſpecies habet, ſicuti eſt canon , quod ſtatuitur in vniuerſali concilio , decretum quod Papa decreuit de conſilio ſuorum Cardinalium ad illius conſultationem . Decretalis epiſtola, quam ſtatuit Papa, vel ſolus , vel cum Cardinalibus, ad conſultationem alicuius . Sunt etiam dogmata, & eſt illud, quod conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ. Mandatum in doctrina de moribus, interdictum, in quo nulla pœna adijcitur, ſanctio vbi pęna adiungitur glo. in verb. omnes in capit. omnes diſt. 3. vt legitur , & per totas diſtin. prim 2. & 3. & ſequentem,& de his latius in delucidationibus Canonicis.

1 Modo de iure ciuili ſcripto , & de ſuis partibus tractandum erit.

2 Ponitur primo loco lex , quæ plures habet ſignificationes ; ſumitur interdum pro conſuetudine, vt dictum eſt glo. in l. & quia ff. de iuriſd. in verbo (nec ipſa lex) & glo.in l.nulli ff. quod cuiuſq; vniuerſ. in verbo (lex) Item pro pacto glo. in l. veteribus ff. de pactis in verbo (legum)& ex alia glo.in l.is qui, ff.de pactis, in verbo (lege.) Item pro rogatione populi, l.2.ff.de orig.iur.§.ex actis, glo.in verbo (ſine lege.) Item quandoq; pro Imperatore, qui eſt lex animata, Auth.de Conſul.in fin.coll.4.& glo.in l.cum lex, ff.de legibus, in fine; vt eo clarius noſtra pateat intentio , pluribus etiam modis lex diuiditur, quædam diuina lex eſt, diſt.1.cap.omnes leges, quæ conſtant ex veteri, & nouo teſtamento, in cap. teſtamentum,diſt.6.& cap.duæ, 12.q.2. alia dicitur lex naturæ, quæ facit omnia communia, vt ſupra diximus, & legitur in diſt.8.cap.quo iure, & 12.q.1.dilectiſsimis. Alia humana,quæ ſingularia dominia tuetur ex pluribus in d.cap.omnes leges, diſt.1.& appellatur æquitatis

3 interpres, vt notatur in proœ. decret. & tractatur in tit.ff.& C.de legibus. Deſcribitur au- 1 ff. C. De legib. tem diuerſimodè lex à Scriptoribus, ſed ne longior ſermo ſit, quam intentio poſtulat, omnibus alijs ommiſsis , eſt commune præceptum virorum prudentum coerctio delictorum, communis Reip. ſponſio l.1.ff.de legibus.

4 Prima legis conditio eſt commune præceptum, non particulare, ne videretur odioſa, l. iura, ff.de legibus, & tranſiret in vim priuilegij , & tanquam odioſa non reciperetur, ſecundum Bal.in l.lex ante primum, ff.de legibus ; at ſecundum Paul.de Caſtr. non videtur hoc de ſubſtantia legis, quæ poteſt etiam particulare commodum reſpicere, l. lex, ff. de legibus, per l.ammiſsione, §.qui deficiunt, ff. de capitis diminutione , nam de ſubſtantia illud eſt, ſine quo lex non eſſet ; ſed verba illa non inducunt neceſſariò diffinitionem, quia non conuertuntur cum diffinitio, ſecundum d.Paul. de Caſtr. ſed potius eſt de natura legis , & congruentia, ſed verum eſt,quod quoquo modo ſit, neceſſe eſt vt talis ſit intentio legis reſpicere vniuerſale commodum.

Secundò, ſit præceptiua,vt legitur in l.2.ff.de legibus, eſt præceptrix faciendorũ, prohibitrix non faciendorum, ex l.1.ff.eod.& illud pręceptum potius eſt ſanctio ſancta præcipiens honeſta, prohibens contraria, reſpiciendo futura , ordinando, & vetando præterita; vel indulgendo, l.leges, C.de legibus , inde legitur eſt coerctio delictorum, ſic permittit, & punit, l.legis virtus, ff.eod.

Tertiò, tale præceptum ſit prudentum virorum, inde dicitur dogma hominum Sapientum, nam Sapientes proſpiciunt finem rerum bonarum; & malarum, l.2.ff.de legibus ; tamen hæc non ſunt de ſubſtantia legis, quia lex editur proprio motu Principis, vel populi; Caſtr.in d.l. lex, ff de legibus, nu.2.& ibi Bart. in l.humanum, C. de legibus.

5 Quartò, appellatur communis ſponſio Reip. quia circa pacem conſeruandam verſatur,

l.1.C.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

l.1.C.eod. & eius obſeruantia fieri debet ab omnibus, quaſi ſi id omnes promiſiſſent, vel dic, ſecundum Caſtr. in d.l.lex, ſponſio importat duo, interrogationem Magiſtratus, & reſponſiones populi, & notat, quod conſenſus ſingulorum, qui præſtatur ad legem condendam de toto populo, debet communiter præſtari in vno loco collegialiter congregato, vnde ſinguli ſeparatim præſtare non poſſunt, ex Caſtr. in d.l.lex, ff.de legibus, nu.2.& ex his colligitur modus condendi leges.

Athenienſes alio modo, quam Latini accipiebant leges, illi à viris prudentibus, de iſtis habetur in Inſt.de iur.nat.gen.& ciu.§.lex,& in l.1.& 2. ff.de legibus; Congregatis Populo, Senatoribus, & Magiſtratu, lex conſtituebatur; nam Magiſtratus erat numerus pluriũ in dignitate conſtitutorum, ſicuti Senatores, Tribuni plebis, Conſules, Prætores, & ſimiles, aliquo publico munere fungentes, Conſul nomine omnium Senatorum, & cæterorum Patrum ad ſellam deputatam aſcendens coram populo, legem futuram his verbis interrogãs, proponebat; *Placet ne vobis P.C. quod vobis propoſui, vt pro lege ſeruetur?* tũc quod Populus voce, vel ſuffragio, reſpondebat, Pro lege ſeruabatur; vnde legis nomen aliquãdo ſortiebatur ab eorum conditoribus, veluti lex Iulia à Iulio Conſule, lex Cornelia à Cornelio, à Pompeio Põpeia, & ſic de ſingulis, de quibus infra ſuis locis diceretur. Plura notat Bal.
6 in d.l.lex requiſita ad ſubſtantiam legis, quæ ibi quilibet videre poterit.

7 Propterea lex dicitur donum Dei. & eſt Princeps, Dux, & regula agendorum, l.nam & Demoſtenes, ff. de legibus, & ibi Bal cui omnes obediunt, l. 1. & 2. ff. de legibus; & eius virtute, occurrentes caſus terminantur, quamuis ad inuicem non poſsint adæquari, l.legis virtus, & ſeq. ff. de legib. & ex cap. leges, diſt.4.

8 Notandũ contra legem agere contingit tribus modis, vel contra verba tantùm, vel contra mentem ipſius legis, quandoq; contra verba, & mentem agitur, ex glo. 1. in l.non dubium, C.de legib.

9 Idcircò legibus parendum eſt, menti, ſcilicet & verbis, nec ignorantiæ excuſatio admit-
10 titur, l.iuris, ff.de iur.& facti ignor. Sunt autem plures ſpecies ignorantiæ, hoc eſt, ignorantia, neſcientia, error, & titubatio, ex gloſ. in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Ignorantia verſatur circa ea, quæ ſcire debemus; ſic eſt priuatio ſcientiæ poſsibilis, ſecundum Azonẽ
11 in ſumma hoc eod. tit. at neſcire eſt, dum quis factum cognoſcit, ſed ignorat ipſius qualitatem, & ſic differt ab ignorantia, nam qui ignorat neſcit, ſed non è contrario, glo. in Rubr. ff. eod. & glo. in cap. merito, 15. q. 1. in verbo (neſciẽtium.) Neſcire eſt propter caſum ſequentem, vt ſi quis intelligens occidere Leonem, occidiſſet hominem, quem volebat à Leone defendere; idcò neſcire dicitur, qui omninò neſcit, ſicuti furioſus, & ebrius, & qui
12 ſanæ mentis non ſit. Errare eſt aliud pro alio ponere, glo. in cap. quamuis, diſt.38. idcò in textu cap. quamuis, diſt.38. legitur his verbis, nec niſi rerum ignorantia poſſit oriri, non tamen eſt conſequens, vt continuo quis erret, qui aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimet ſcire, quod neſcit pro vero quippe approbatum falſum, quod eſt erroris proprium, differt etiam error ab ignorantia, vt in l.ſi me in vacuam, ff.de acquir. poſſeſ.

13 Titubatio cum hinc inde animus voluitur, & neſcit cui magis applicare debeat l. fin. C. de conditione indeb. & ibi glo. in verbo (titubans.)

ff. C. De iur. & fac. ign.

14 Ignorantia itaq; diuiditur in ignorantiam facti, & iuris, vt in tit. ff. & C. de iuris, & facti ignorantia, vt ex glo. in l. regula ff. eod. Ignorantia facti, eſt factum ipſum neſcire l. 1.
15 & ſeq. ff. eod. Iſta diuiditur in probabilem, & non probabilem, & talis ignorãtia facti vera, & non ſimulata, vt in cap. excellentiſs. 2.q.3. probabilis autem eſt illa, quæ probari poteſt pro tanto, quod ſit excuſabilis cap. ſi quis a Simoniacis 1. q. 1.

Non probabilis, quæ craſſa, vel ſupina nuncupatur, eſt ignorare factum proprium, vel illud, quod publicum, vel notorium exiſtit cap. qui, & diuerſis 12. q. 2. & cap. paratus 23.
16 q. 1. circa medium. Alia eſt iuris naturalis, vel ciuilis, naturalis communis eſt omnibus hominibus adultis, & minoribus, ſicuti non præbere alimenta filijs l. necare l. vt vim à quã nullus excuſatur. Alia eſt ignorantia iuris ciuilis, vel Canonici, vt in 1. q. 4. § vlt. in fin,
17 Sunt autem iſtæ ignorantiæ quædam inuincibiles, quædam vincibiles, aliæ affectatæ, aliæ

bonæ,

bonæ, quędam malæ, aliæ indifferentes; inuincibilis, dum quis non ſanæ mentis aliquem
offenderit, talis à pœna ordinaria excuſatur, cap. pen. 15. q. 1. & cap. ſeq. quia caret cul-
pa, & dolo vincibilis, ex negligentia procedit, ſic quis dicitur ignorantia peccare, cap. quē-
admodum, 32. q. 7. ibi gloſſ. in verbo (ignorantia) affectata, dum quis negligit ſcire, quę ad
ſe ſcire pertinent, cap. ignorantia, diſt. 38. bona verò eſt ignorare ea, quæ inducunt ad ma-
lum, cap. quamuis, diſt. 38. mala dicitur, quando quis ignorat ea, quę tenetur ſcire, cap. q
ea, diſt. 38. indifferens autem eſt, cuius ſcientia ad ſalutem, aut damnationem facit, 22. q. 2.
ctaſſa facti eſt, dum & notoriè, quod factum eſt in ſuo loco ignorat, diſt. 38. in princ. & eſt
exemplum, 21. q. 2. cap. fin.

Reſtat, vt deſcribantur aliquæ circumſcriptiones legis, vt melius eius virtus appareat.
Philoſophus in quadam ſua epiſtola ad Alexandrum, de lege ita reſcripſit, lex eſt ſermo
terminatus, ſecundum communem concordiam ciuitatis, monens quomodo opportet age-
re ſingula; & in libro, qui vocatur Inuentarium vniuerſi orbis lib. 2. in 2. parte vlt. Rubr.
18 de naturali appetitu pacis, lex eſt donum Dei æquitatis forma, norma, iuſtitiæ, imago di-
uinæ voluntatis, cuſtodia ſalutis, vnio populorum, regula officiorum, exterminatio vitio-
rum, violentiæ, & totius iniurię pœna, & plura ſimilia in lib. 4. de commend. & diffinit. le-
19 gis. Item, lex eſt interpres æquitatis, & per omnia principium diuinitus promulgata; ideò
à Deo factæ ſunt leges, derogationes à dæmone, cap. ſexto dic, diſt. 35. C. de præſcript.
long. tempor. l. fin. D. Thom. in 1. 2. q 20. art. 4. alias 20. lex eſt, inquit, quædam rationis or-
dinatio ad bonum commune, ab eo, qui curam ciuitatis habet, promulgata, rationem al-
legat, quia lex reſpicit aliquid ad bonum commune, vel alicuius multitudinis; & per hoc
condere legem pertinet ad multitudinem totam, vel ad perſonam publicam, totius multi-
tudinis curam habentem.

20 Factæ ſunt leges, vt earum metu humana coarceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos
innocentia, cap. factæ ſunt, diſt. 4. & 23. q. 5. non fruſtra appellatur lex ligando, vt nota-
tum eſt in eius diffinitione, l. 2. & 3. ff. de legib. & in Authē. de triente, & ſemiſſe. §. ſtudium.
cætera de legibus vide in add. titulis de legibus. Alia ſpecies iuris ciuilis ſcripti eſt Plebi-
21 ſcitum, quod vim legis habet, & eſt ius ſcriptum, quod plebs plebeio Magiſtratu interro-
gante, veluti Tribuno, conſtituebat, §. plebiſcitum, Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. & cap.
plebiſcitum, diſt. 2.

22 Notandum, quod duę ſpecies hominum conſtituunt populum, Patritij ſcilicet, Nobiles,
& Plebei alij inferiores, qui nec erant in dignitate conſtituti, §. plebs, Inſtit. eodem. Plebis
itaq; Magiſtratus ſeparatus eſt à Magiſtratu populi, qua de re plebs differt à populo, ſicut
ſpecies à genere, & appellatione populi veniunt vniuerſi ciues connumeratis, Senatoribus,
& Patritijs; plebis verò cæteris veniunt. Cum orta fuerit diſcordia inter Patritios, & Ple-
beos, Hortenſio Dictatore interueniente, illi ad pacem ſe receperunt, facta à Senatoribus
ſeparatione Magiſtratus, & Plebis; Tribunus Plebis, ex ipſa Plebe fuit electus, qui in nego
tijs publicis, & in Senatu pro Plebe interueniret, quibus ſic diſpoſitis, Plebe conuocata,
Tribuno proponente, quod pro lege confirmabatur, Plebiſcitum erat, & vim legis habe-
bat, §. ſed & Plebiſcita, Inſtit. eod. l. neceſſarium, ff. de orig. iur. differt tantum à lege, quia
lex à populo, Conſuli interrogante, Plebiſcitum à Plebe, Tribuno Plebis interrogante, vt
ex d. cap. Plebiſcita, diſt. 2.

23 Tertia pars iuris ciuilis ſcripti eſt Senatuſconſultum, quod & legis habet vigorem, Inſt.
eod. §. Senatuſconſultū, & l. 2. ff. de orig. iur. & eſt, quod Senatus habet, atq; conſtituit; hu-
ius inſtitutionis cauſa fuit populorum frequentia, qui cum difficile poſſent in vnum cōgre-
gari, legis ſanciendæ cauſa, ideò ad Senatum fuit à populo tranſlata poteſtas, vt in d. l. 2.
ff. de orig. iur. §. deinde. Congregatis Senatoribus, Conſul legem proponebat, & interroga
bat illos his verbis; *Places ne quod vobis propoſui, pro lege ſeruare?* Tunc dato reſponſo, ſuf-
fragio, vel voce confirmatum, pro lege habebatur, & eo nomine, quaſi Senatus decretum,
placuit nuncupari, l. vnica, C. eod. de quibus plura in corpore iuris leguntur, vt de Senatuſ-
conſulto Velleiano, à Marco Syllano, & Velleio Conſulibus, necnon ita de Trebelliano,
& Pe-

& Pegaſiano, tempore Neronis, Annio Seneca,& Trabellio conſulibus, edito in fauorem
hæredis ſcripti in teſtamento; de Tertulliano, temporibus Adriani,& Tertulliani Conſu-
lum; de Orficiano, tempore Orphicij, & Ruffi Conſulibus, de Turpiliano, Turpiliani Cō-
ſule, tempore Antonini; de Syllaniano,tempore Syllani,& Claudiani Cōſulibus; de Ma-
cedoniano, in odium cuiuſdam Macedonis, iniqui fœneratoris,& de his plura in corpore
iuris leguntur,& in tit. C.Senatuſconſul. & habetur in cap. Senatuſconſ.diſt.2.ita & leges
nomen ſortitæ ſunt ab illis, qui illas condiderunt, cap.quędam, diſt. 2.

C. De Senat. Conſul.

26 Quarto loco Principum placita collocantur; nam cum regimen, & imperium (neceſſi-
tate cogente) à populo, & Senatu, ad vnum Principem tantum fuerit translatum, vt com-
muni ſaluti, & indemnitati omnium conſuleretur, & ſicut illi facultas legis condendæ, ac
ſupremi Imperij à Populo fuit conceſſa, ita decens viſum fuit, vt qui imperat, ſuis legibus
regat, l.fin.C.de leg.l.1.ff.de conſtit.l.2.§.nouiſſime, ff.de orig. iur. & l.leges,& ſeq. C.de
conſtit. hæc itaq; lege, quæ Regia dicta fuit ab Hortenſio Oratore, mirabili fuit executū,
vt dicit glo.in l.1.ff.de conſtit. & l.2. ff.de orig.iur. l.1.ff.de conſt.& §.ſed & quod, Inſt. de
iur.nat. in glo. l.Regia, quam (vt ait) legem hodie non habemus, & ex alia glo.Inſt.eod.§.
27 ſed, & quod Principi, & ad gloſ. Sylueſt. modò itaq; terminatum eſt, quod Principi pla-
cet legis habet vigorē, l.1. ff.de conſt.& inſt. in d.§.ſed,& quod; Attamen non omnis vox
Principis eſt lex. ſed illa, quam ipſe conſtituit, vt l. ex ſtipulatione, C. de ſent. & interlo-
cut. omnium iudic.
28 Pluribus modis Princeps legem ordinat; aliquando epiſtola ipſius manu ſubſcripta, l.1.
ff.de coſtit.& inſtit. eod.§.ſed,& quod, & glo.ibi, cuius epiſtolæ forma traditur in §.ſed,&
maior. Inſt.de his,quæ ſunt ſui, vel alien. iur.& l.1.C.de legibus,& tales ſunt epiſtolæ De-
cretales Pontificū, de quibus in Decretali, intelligitur de Principe non recognoſcente ſu-
periorem, vt ad glo.in d.§.ſed, & quod, Inſt.eod. per Angel. in l.1.ff de furtis; at poſtquā
redacta ſunt in corpore iuris, non antea, vim iuris obtinent, Paul. de Caſtr.in l.1.ff.de cō-
ſtit. in princ. Decreto pariter legem condit, vt in l.1.ff.eod, vel cognoſcens decreuit,tunc
cognoſcit, quando ſedens, diffinitiuè pronunciat, vt in l.ſi Imperialis, C.de legib. ſic ſen-
tentia Principis pro lege ſeruanda, quando diffinitiuè voluerit ſententiam dicere,& cauſa
cognita, illam protulerit, ex add. ad gloſſ. in d. §. ſed, & quod, in verbo (decreuit) per l.
fin. C. de legibus. & Iaſon. in l.1. de conſtit. num.3. interlocutione etiam l.dicit,vt in d.l.
1.ff.de conſtit.quod intelligitur ſi in corpore iuris talis interlocutio fuerit poſita,alias non
ſequitur, l.3. C.eod. Edicto etiam legem facit, vt in d. l. 1. de conſtit. & in §.ſed,& quod;
Nam Princeps tunc manifeſtat ſuam voluntatem,vt populus illam cognoſcat,& obſeruet,
l.lege, C.de legibus, necnon, vt edicto publicentur, nam cum ab omnibus ſit ſeruandæ, ſic
edicto ſunt palam explicandæ, in d.l.leges. C.eod.
29 Pluribus nominibus prædicta Principū placita nuncupantur, veluti Conſtitutiones, Mā-
30 datum, Reſcriptum, vel Priuilegium; Conſtitutio eſt nomen genericum ad omnes leges,
vt in Rubr. de conſt. tamen hic, prout Principis voluntatem reſpicit, de qua legitur in ca-
pit. conſtitutio, diſt.2. his verbis; Conſtitutio eſt, quod Rex, vel Imperator conſtituit, vt
31 ex l.1.ff.eod.eo nomine fertur, quaſi pro communi ſtatu facta inſtitutio, vel quaſi commu
ni inſtitutio, ſecundum Hoſtien. in ſumma eod. tit. vel commune ſtatum, ſecundum Gof
32 fred.in ſum. eod. & Abb. in Rubr. Bald. ibi hac vtitur diſtinctione, quod alia conſtitutio
dicitur bona, & non æqua, alia æqua, & non bona, & ſub nomine conſtitutionis plura no-
mina iuris continentur, veluti Canon, Decretū, Decretalis, Sanctio, Pragmatica, ſanctio,
annotatio, interdictum, præceptum, iuſſus, mandatum, & reſcriptum.
33 Canon eſt conſtitutio edita in Concilio Generali, ſic dicitur, quaſi regula, cap. Canon,
diſt. 3.
34 Decretum eſt conſtitutio Papæ, ſeu Principis edictum, cum conſilio ſuorum procerum,
ad nullius conſultationem, Ripa in Rubr. de conſt. num.30.
35 Decretalis eſt epiſtola ad alicuius conſultationem promulgatam, Ripa ibid. nu. 31. &
differt à decreto Iudicis auctoritate, licentia,& conſenſu, glo.in c.1.de reb. Eccl.non alien.
lib.6.

Digitized by Google

lib. 6. Bald. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procur.
36 Sanctio dicitur conſtitutio pœnalis, l. ſanctio legis, ff. de pactis, Inſt. de rer. diuiſ. §. ſan-
ctæ, largo modo ſumitur pro omni lege Imperiali, vt in proœ. ff. ibi glo. & l. 2. §. omni. C.
de ver. iur. enuclean. aliquando ſumitur pro conſtitutione Papæ, cap. ſic omnes, diſt. 3.
37 Pragmatica ſanctio eſt conſtitutio Principis, diſcuſſa in eius conſiſtorio, glo. in l. fin. C.
de diuerſ. reſcrip. vel dicitur pragmatica à ſcriptura, glo. in cap. dicente, §. reſcrip. 25. q. 2.
vel melius, ſecundum alios, pragmatica ſanctio dicitur determinatio cauſæ, facta à Prin-
cipe cum conſilio pragmaticorum virorum, & pragmatici ſunt ſapientes, qui cauſas ter-
minant abſq; lite, l. fin. C. de diuerſ. reſcrip. inde ſumitur pro Principis determinatione in
conſilio Sapientum, nam praxis idem ſignificat, quod terminario.
38 Annotatio eſt Principis conſtitutio, motu proprio edita, abſq; conſilio Sapientum, glo.
in l. fin. C. de diuerſ. reſcrip. l. non aliter, C. de pala. ſacr. larg. lib. 12.
39 Interdictum eſt lex prohibitiua, qua denunciatur, & prohibetur, Inſt. de interdict. §. ex-
hibitoria, verſ. ſunt autem.
40 Mandatum dicitur ius, quod conſiſtit in moribus; ſic omnia legitima præcepta dicun-
tur mandata, ſed in ſpecie illa, quæ traduntur circa modum gubernandi, vt in Authen. de
mandar. Princip. nihil differt à præcepto, vt in Rubr. C. mandat. Principũ, ideò in literis
dicitur pręcipiendo mandamus, quę verba videntur habere eundem effectum, licet litteræ
Principum, quædam dicuntur præceptoriæ, quædam executoriæ, ſecundum Abb. in cap.
conſtitutus, de reſcrip. tamen mandarum dicitur iuſſus, & preces Superiorum, habent vim
iuſſus, & illius rogatio eſt ſpecies violenta iubendi, glo. in l. 1. ff. quod iuſſu, in verbo (quẽ-
admodum.)
41 Præceptum in rei veritate videtur habere maiorem efficaciam, quam mandatum, ſecũ-
dum Fely. in cap. cum te, de reſcrip. de his vide etiam in ff. de conſtit. Princ. & in C. man-
42 datis Princ. & vna eſt differentia, quod mandatum expirat morte mandantis re integra;
præceptum verò non expirat, glo. in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. ibi (vel præcepto)
& in cap. fin. 14. q. 1. & cap. dudum, 16. q. 2. glo. 1. & notantur in cap cum veniſſent, de teſt. ff.
& cap. fin. de offic. deleg. & l. mandatũ, C. mãdati, & Auct. vt nulli Iud §. hic verò iubemus. de conſtit. princip.
43 Qua de re colligitur, quod conſtitutio eſt generalius nomen ipſa lege, ſic largo modo C.
ſumi poteſt pro quacunque lege, ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum mentem lo- mandatis
quentis, vt refert Baptiſta de Sancto Blaſio in Repet. proœ. decretorum nu. 280. & addu- pricip. & de legib.
cit in arg. cap. intelligentia, de verb. ſignif. & l. ſi vno, in princ. ff. locati, licet ſatis decla- cõſt. princi-
ratum ſit, quid ſit conſtructio per cap. conſtitutio, diſt. 1. & alios ſup. allegatos, tamen, & pum.
quorundam aliorum Doctorum ſententias recenſemus, quos refert Boſcus Codeca in Re-
pet. Rub. ex de conſtir. num. 30. & ſeq.
44 Conſtitutio propriè, & ſtrictè dicitur ius, quod à Principe ſtatuitur, largè etiam infe-
riorum, ſecundum Abb. in d. Rubr. Hoſtien. in ſum. eod. tit. Io. Monach. in Rubr. eod.
tit. lib. 6. & eſt textus allegatus cap. conſtitutio, diſt. 2. & Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. §.
ſed, & quod, & l. 1. ff. de conſt. Alij tenent, quod propriè conſtitutio dicatur ius à congre-
gatione editum, & ſic ab inferiore, ſecundum Goffred. in ſum. huius tit. Archid. in cap. 1.
eod. tit. lib. 6. in verbo (conſtitutionem.)
45 Andreas Barbatia diſtinguit inter conſtitutionem eccleſiaſticam, & laicalem per capit.
omnes, diſt. 3. dum tenet conſtitutionem Eccleſiaſticam propriè, & ſtrictè dici ius à Ponti-
fice conſtitutũ; largè verò ab inferioribus, & concordat in hoc cum opinione Abbatis, ſed
laicalis ait, propriè, & ſtrictè eſt, ius conſtitutum à quocunq;, qui habet facultatem condẽ-
di ius, & ideò, quod erat à populo conſtitutum lex nuncupabatur, ſed largè etiam conſtitu-
tio, & in hoc diſcrepat ab Abbatis ſententia, Decius ibidem dicens, conſtitutionem appel
lari, etiam ab inferiore Principe latam, legis condendi facultatem habente, ſic & pro ter-
mino generali, & pro quocunq; iure ſcripto ſumi poteſt, cap. lex, diſt. 2. vnde, ſtante eius
46 ethymologia, ius à Congregatione editum propriè, & Congregatio appellatur. Tuetur
tamen Boſcus Abb. opinionem, quod ſua deſcriptio ſit melior, vt à nu. 35. vſq; ad nu. 46.
& plures adducit rõnes, quas ibi vide.

47 Talis Princeps primus eſt ſumus Pontifex, cap. corpora Sanctorũ, de conſ. diſt. 1. deinde Imperator, l. 1. ff. de conſt. in princ. & ex d. §. ſed, & quod, inſt. eod. Item de Rege per d. cap. conſtitutio, diſt. 2. quia Rex in Regno ſuo Monarcha eſt, Bal. in cap. cum veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeruandæ, & in cap. in pœnalem, §. fin. de prohib. feud. alien. atq; de his, qui non recognoſcunt ſuperiorem, & de his, qui etiam in cauſis inducũt, vt Imperator, per l. proximè, de his, qui in teſt. delentur, Reges, & Duces, qui in hoc comparantur Imperatori, & Comites, qui non ligantur legibus in ſuis territorijs, Bal. l. pen. C. de donat. inter virum, & vxorem, in fine; & quis appellatiõne Principis veniat, vide glo. in cap. fundamẽta, §. vt ergo, de elect. lib. 6. & in Clem. vnica, de baptiſmo, in verbo (regum.)

48 Conſtitutionis conditiones regulariter ſunt iſtæ, Princeps motu proprio Ius ſuum edat, ex glo. in proœ decretalium, in verbo (conſtitutiones.) Secundo edat tanquam Princeps, cap. per ſuas, il. 2. de elect. & ex glo. in inſt. in d. §. ſed, & quod, Felyn. in cap. 2. de reſcrip. in verſ. de diuerſorum; tamen cum in iure expreſſum non ſit proprium nomen iſtius Principis actus, ſed ea propriè conſtitutio fertur, quæ in d. l. 1. de conſt. habet, quod hæ
50 ſunt, quas conſtitutiones vulgo appellamus, vide Hippolytum de Marſilijs in Repet. in rubr. de conſt. à num. 50.

Ommiſſis quæſtionibus illud verũ fatemur, quod ſi largo ſumatur modo, de omni Principe intelligitur, vt in rub. de conſtit. videlicet, de Papa, vel Imperatore tantum, licet locus relinquitur etiam ſimilibus in ſtato ſuo, vt in l. 1. ff. eod. & in d. §. ſed, & quod, & in d. cap. conſtitutio, & ex Franciſco Coſc. in rubr. de conſtit. princ. num. 2. & 3. & d. Hipp. in d. loco num. 47.

51 Dicemus autem, quod conſtitutio alia eſt eccleſiaſtica, alia ſecularis, Ant. Burg. in rub. de conſt. num. 68. & aliæ ſunt factæ motu proprio, aliæ ad conſultationem, ex eod. Franc.
52 Coſc. in d. rubr. de conſt. num. 19. par. 2. & conſtitutio habet virtutem legis, permittit, punit, imperat, atq; vetat, &c. vt per Doc. in d. rub. de conſt. & in tit. ff. de conſtitutionibus Principum; ſequitur, & reſcriptum, quod dum generaliter ſumitur, tunc continet
53 Priuilegium, & beneficium, de quo Doc. in l. beneficium, ff. de conſt. ſed propriè dicitur, quod Princeps reſcribit ad iuris communis obſeruantiam, l. falsò, C. de diuerſ. reſcrip. & tenent Dominicus, & Siculus in cap. cauſam quæ, in 2. colum. num. 8. de reſcrip. Ripa in d. rub. de reſcrip. & retulerunt Ant. Burg. c. licet de conſt. num. 201.

54 Pro declaratione notandum, quod tribus modis fiunt reſcripta, vel ſecundum Ius, aut præter, aut contra, quando eſt ſecundum Ius, tunc habet vim conſtitutionis, vt in diſt. 19. per totam, ſecundum Goffred. in ſumma eod. tit.

55 Gomes. in cap. ipſo iure, de reſcrip. in num. 10. tenet diffinitionem datam, de reſcrip. per d. l. falsò, C. de diuerſ. reſcrip. & cum ea tranſeunt ſcribentes non eſſe bonam, quia reſcripta ſi continerent tantum obſeruantiam iuris communis fruſtra peteretur, quod de iure cõmuni conceditur, per l. 1. C. de theſauris, lib. 10. & l. 1. ff. ad municipia, & ius commune eſſet appellandũ non reſcriptũ, per glo. notabilem, in cap. 1. de conſt. lib. 6. in verbo (facti) & text. l. falso, vbi dicitur (ea .n. quæ ad ius ſcribuntur, perennia eſſe debet) Doc. ibi exponunt ius, i. ad iuris obſeruantiam, ex quibus non ſequitur talis diffinitio reſcripti, ſed potius dicendum eſſet, ſecundum glo. ibi, & Odofre. ad ius, hoc eſt ad cauſam agendam, & defendendam, inde dicitur, quod illa diffinitio eſt excitatiua potius iuriſdictionis, quia illud reſcriptũ eo modo conceſſum, excitat iuriſdictionem, & habet potius vim mandati, ex quo ex eo nulla daretur iuriſdictio per Conſ. Claderin. 5. de reſcrip. ſed reſcriptum debet dare iuriſdictionem, ideò ita diffinitur ab eo, reſcriptum eſt quoddam con-
56 ceſſum, vel mandatum præter ius conceſſum circa iudicialia, vel extra iudicialia per l. quæ relationibus, C. de leg. & intellegit pro mandato excludere Priuilegium, vel beneficium, per cap. mandatum, eod. tit. l. 1. §. cui mandata. ff. de off. eius, & accipitur hic mandatum largo modo, quia propriè mandato (vt dictum eſt) excitatur, & non datur iuriſdictio, dixit præter, ius, quia, ſecundum ius nihil concederetur, & contra ius non valeret, l. reſcripta C. de precibus Imperat. offeren. dictum eſt circa iudicialia, vel extra, ibidem dicit Gomes

in d. cap.

in d. cap. licet, de reſcrip. contrà hanc diffinitionem, num. 203. & ſeq. diſt. 12. iudicialia,
57 quia duplicia ſunt reſcripta, iuſtitiæ, ſcilicet,& gratiæ, vt in cap. capitulum, ext. eod. tit.
Abb. in cap. diſpendia, eod. Doc. in cap. poſtulaſtis, eod. iuſtitiæ reſcripta diuiduntur in
tria membra; quædam expediuntur per viam breuis, quædam per viam cōmiſſionis, quæ-
dam per viam reſcripti, ſed reſcriptū ſimpliciter ſumptum in dubio intelligitur de reſcri-
pto iuſtitiæ, ſeu ad lites, l. & ſi legibus ibi communiter Doc. C. ſi contra ius, & non venit
gratioſum, Geminianus in cap. ſi cui nulla, de præbend. lib. 6. & refert ibi Panor. quod
eſt communis opinio.

58 Differt reſcriptum à proceſſu, quia reſcriptum non dicitur de proceſſu ante præſentatio-
nem, ſed facta præſentatione, ſicuti alia acta dicuntur de proceſſu,& efficitur cōmune vtriq;
parti, per l. 1. §. edenda, ff. de eden. notat Inn. & Hoſtien. in cap. ex conqueſtione, de reſt.
ſpoliat. & Inn. in cap. ſignificauit, de teſtibus, & cap. quoniam, de probat. refert Grotus
in reper. in cap. ipſo iure, de reſcrip. num. 2.

Contra ius commune reſcriptum non conceditur, ſed tertij valet, vt dum derogatur iu-
riſdictioni ordinariæ, refert Gomes in d. cap. licet, num. 206. & tunc quando eſt contra
ius, mutat nomen,& habetur vti priuilegiū, glo. in d. cap. licet, de reſcrip. refert ibi in nu.
59 201. Gomes, de quo primo habemus tit. in C. de precibus Imperat. offeren. vbi declara-
tur, quæ preces ſint honeſtæ, vt reſcriptum quis à Principe impetrare valeat, vt non ſint
iuri contraria, vt l. reſcripta; ſemel tantum ſupplicetur in vna cauſa, l. ſi quis; in ſuppli-
catione precum, neceſſaria, & vtilia tantum, non ſuperflua exprimantur, l. inſtrumentorū;
ſic iuſta, & honeſta, quibus facilè præbetur aſſenſus à Principe; preces ſint verbis humili-
bus prolatæ coram Principe pro gratia obtinenda, & quæ ſint verba precatiua, inde l. 2. C.
communia delegatis; ideò preces fiunt in ſupplicationibus, nam ſupplicatio eſt petitio ve-
niæ patrati erroris, vel eſt quædam benignitatis ipſius ſuperioris imploratio, glo. 4. in
cap. ex literis, de in integr. reſtit.; & quæ ſit differentia inter ſupplicationem, & appella-
tionem, vide ibi glo. Sumitur ſupp. ſtrictè pro illis, quæ porriguntur aduerſus ſententiam
pro illius reuocatione; largè, pro qualibet legum correctione, ex d. glo. vnde cauetur in
ſequenti titulo, ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit, aliquid
poſtulatum, vel impetratum, ex quibus elicitur qualiter ſupplicetur, à Principe pro reſcri-
pto obtinendo, nam preces veritati niti debent, l. vniuerſa, C. de reſcrip. ne ommittantur
illa, quæ potuiſſent mentem Principis mutare, l. 1. ff. eod. vnde taciturnitate veritatis, vel
expreſſione falſitatis, gratia obtenta vitiatur, ex l. puniri, & l. & ſi legibus, eod. tit. quia
fraus legi fit, l. fraus, ff. de leg. & ibi glo. & hoc contingit, quandoq; de re ad rem, vt qui
mutuo dederit filio fam. non pecuniam, per l. item ſi filius fam. §. mutui, ff. ad Macedon.
vel de perſona ad perſonā, vt dum vir pro vxore ſua ſupponat aliū, cui donet, per l. ſi ſpon-
ſus, ff. de donat. inter virum, & vxorem, quandoq; ad alium, ſed non eodem modo, vt ſi
mulier intercedat, vt cum ipſa potius contrahatur, per l. quamuis, §. ſi cum eſſem, ff. ad
Velleian. ſic iſtis reſcripta vitiantur.

C. De precib. Imperat. offeren. & de qb. reb. ſupplicare liceat, vel non.

C. Si cōt. ius.

Fraus fit etiam verbis legis, vt dum beneficium pro maleficio ſumitur, l. frater, C. de
inoff. teſta. vel vxor appellatur, quæ non eſt vxor, l. cum qui, C. de adult. inde datur titulus
de diuerſis reſcrip.& pragmaticis ſanctionib⁹, vbi de materia reſcriptorū plura declarātur.

C. De diuerſ. reſcript.

60. Tales itaq; conſtitutiones, quædam ſunt generales, veluti commune commodum reſpi-
cientes,& de his dictum eſt, vel particulares, quæ ſub diuerſis nominibus priuatas perſonas,
ſeu cauſas reſpiciunt, quæ vel reſcripta, vt dictum eſt, vel Priuilegia nuncupantur, vt l. be-
neficium, ff. de conſtit. & l. 3. C. de leg. Inſt. de iure nat. gen. & ciu. §. plures.

61 Sunt autem Priuilegia beneficia Principis, contra ius commune conceſſa, cap. Abb. de
verb. ſignif. Goffred. in ſumma de priuileg. num. 1. dicitur priuilegium, quaſi priuata lex,
62 quia ad priuatorum commodum inducitur, cap. priuilegium, diſt. 3. idcircò, vt nomen
priuilegij ſortiatur effectum ſemper aliquid ſpeciale operari debet cap. in his de priuileg.
& cap. Abb. de verb. ſignif. l. vnica C. de theſaur. l. 1. ff. ad municip. in eo aliquando in-
dulgetur, quod de iure communi non conceditur cap. & ſi Chriſtus §. fin. de iure iuran. et.

quia in cauſis de procurat. & Hoſtien. in ſumma in tit. de priuileg. ait priuilegium operatur magis, quam ius commune, quia magis conuenit timeri, quod ſpecialiter cauetur, quam quod generaliter indulgetur, nam per bullas magis terrentur homines, nec non quia pleriq; ſciunt priuilegia, & ignorant ius commune, vel quia iura ſunt obſcura, & priuilegijs declarantur, vel innouantur ex Hoſtien. in d. tit. num. 1.

63 Requiritur ad eſſe priuilegij munificẽtia Principis libera dum ſua liberalitate quoſdam honore decorat ex d. cap. Abb. l. vnica C. de theſauris lib. 10. l. 1. ff. ad munic. l. beneficium ff. de conſtit.

64 Sunt autem priuilegia quædam generalia, quædam ſpecialia; generalitas conſideratur, vel ratione plurium perſonarum, vel rerum, aut locorum; de pluribus perſonis eſt quando vnicam cauſam, vel perſonam reſpicit ex Hoſtien. d. tit. num. 3. ex his ſequitur, quod priuilegia quædam ſint realia, quædam ſingularia, quædam perſonalia, vel aliud cõmuniter perſonale, aliud ſingulariter, & communiter corporale, ex eod. Hoſtien. in d. loco nu. 3.

Reale priuilegium eſt, quod ratione loci, vel cuiuſcunq; rei conceditur cap. cum olim de priuileg. & tale priuilegium ſemper durat, dum rei adhæret donec res perempta non fuerit, vt in cap. 1. 25. q. 2. & per totum ex. de cenſibus, & refert Hoſtien. in d. loco l. forma §. quamuis ff. de cenſibus, ſingulariter perſonale aliquibus certis perſonis, & proprijs nominibus expreſſis conceditur, vt in cap. volentes de off. lega. quæ perſonam expreſſam non excedunt ex eod. Hoſtien. in d. tit. cap. priuilegium de reg. iur. in 6.

Communiter perſonale, quod non vni perſonæ tantum, ſed certis, & pluribus communiter, & ex certis cauſis, proprijs nominibus non expreſſis, ſicuti ad fauorem minorum, qui gaudent beneficio reſtitutionis l. 1. ff. de minoribus.

Singulariter, & communiter corporale, eſt illud, quod alicui vniuerſitati corpori, vel Collegio, conceditur, & quilibet de Collegio poteſt eo ſingulariter vti in cap. contingit de ſententia excom. cap. ſi diligenti de foro competen.

Cõmuniter corporale competit vniuerſitati collegialiter non autem nomine ſingulorum de vniuerſitate, ſed totius corporis vniuerſitatis, vel Collegij ſicuti priuilegia conceſſa fratrib. minoribus, vel prædicatoribus, & ſimilibus; hæc ex Hoſtien. eod. tit. de Priuilegijs.

65 Datur, & alia diuiſio priuilegiorum, nam quædam ſunt perpetua, quædam temporalia, vel ſic quoddam limitatum, aliud indeterminatum, limitatũ eſt, quod ſuos terminos tranſgredi non licet cap. 1. vt lite pendente, & cap. 1. de vſu pallij, limites priuilegij ſunt, cauſæ, perſonæ, locus tempus, & ſimilia, ex Hoſtien. eod. loco in fine, indeterminatum, quod ſemper, & vbiq; locum habet, niſi aliquid detrahatur in cap. dilecti, ca. dominicæ de priuil.

Reale aliquando nõ adhæret rei, vt ſi concedatur alicui in re, veluti dum habeo ius hypothecæ in aliqua re ſequitur quemcunq; poſſeſſorem l. obligationum genera ff. de act. & obligat. l. tradito de acq. rerum domin. ſic perſonale duobus modis conſideratur, vt ſi perſonæ cohæret, vt in d. cap. priuilegium de reg. iuris, & l. in omnibus ff. de reg. iur. vt ſi actioni perſonali, & prouenit ratione contractus, ex quo deſcendit actio priuilegiata, & nõ eſt affixum perſonæ, ſed cauſæ, & actioni, vt in l. quodquis, & l. ſi ventum de priuileg. credit. & quot modis perſonale dicatur declarat Dinus in d. regula priuilegiũ de reg. iur. lib. 6.

66 Sumitur aliquando priuilegium pro defenſione ſecundũ Archid. in cap. fi. de foro compet. lib. 6. aliquando exponitur pro alio, qui illud habet in auct. vt omnes obediant iud. prouinc. §. abripiat ſuper verbo priuilegio, necnon pro iure extraordinario, l. pecuniam C. de priuat. fiſci.

67 Ex his omnibus ſequitur, quod pluribus nominibus nuncupantur priuilegia, veluti beneficium, immunitas, & ſimilia Doc. in l. beneficium ff. de conſt.

68 Beneficium eſt vti genus continens priuilegium, & eſt beneuola actio tribuẽns gaudium capienti Doc. in d. l. beneficium cap. 1. §. fin. in quibus cauſis feud. amitt. & Abb. in cap. olim de verb. ſignif. licet Gomes in rubr. de reſcrip. num. 6. & ſeq. contra diffinitionem ſentit, ſed ſit beneuola actio procedens ab auctoritate, & poteſtate concedentis continens varia, ſpiritualia, & corporalia, vt ipſe dicit, ſed latè ſumptum comprehendit priuilegium,

& reſcri-

& reſcriptum Ant. Burg. in rubr. de reſcrip. num. 73. & ſeq. propriè verò pro eo, quod
Princeps concedit, diſponendo præter ius; ſed priuilegium eſt contra ius, vt dictum eſt,
inde aliud eſt reſcriptum, aliud diſpenſatio, aliud priuilegium, ſecundum Bal. in l. benefi-
cium, ff. de conſt. nu. 1. & Paul. de Caſtr. ibi nu. 3. dicit, ſi eſt contra ius, efficitur priuilegiū,
ſi ſecundum ius, erit reſcriptum, quia tendit ad iuris communis obſeruantiam.

69 Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, procedens ex mera diſponentis ſententia, ſe-
cundum Specu. in tit. de diſpenſ. & ſecundum Bal. ibi in addit. eſt rigoris mitigatio, vel pę-
nalitatis moderatio, facta per habentem auctoritatem, ex publica auctoritate, vel vtilita-
te, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgētiam appellat, ſicut Dominus no-
ſter vſus eſt tali diſpenſatione, quando primis patentibus remiſit peccatum; & ex his pa-
tet, quod rigor eſt ipſe æquitatis exceſſus; æquitas autem eſt conueniens diſpenſatio, iuris
70 indiuidui relaxatio, l. 1. in princ. ff. de vacat. munerum; differt à priuilegio, quia datur
ſine cauſa, inde tanquam ſi haberet iſta omnia, beneficium, priuilegium, reſcriptum, man-
datum, & diſpenſatio, ſed diuerſum iuris effectum continent, vt iam ex dictis colligitur;
Qua de re beneficium ſpecialiter ſumptum, eſt idem, quod priuilegium, Doc. in d. l. bene-
ficium; reſcriptum continet beneficium, ſi ſtrictè ſumatur, ſic omne priuilegium eſt reſcri-
ptum, ſed non è contra, glo. in cap. 1. de conſt. lib. 6. in verbo (noſcatur) in fine, Bart. in
l. ſi finita, §. ex hoc edicto, ff. de damn. infect.

71 Priuilegium alio nomine vocatur, immunitas, quaſi extra munera, tam perſonalia, quàm
realia, ſic immunitas eſt libertas, quæ competit aliquibus perſonis, vel rebus ſpectantibus
ad ipſas, in cap. cū deuotiſſima, de ſententia excom. Hoſtien. in ſum. eod. tit. nu. 1. Goff. nu. 1.

72 Exempla immunitatum, & caſus, declarantur in tit. ff. de iure immunitatis, quemadmo-
dum immunitas conceſſa fuit maioribus 70. annis ne grauarentur oneribus perſonalibus,
licet ſit conceſſum vti præcipuis honoribus, immunitate gaudent, & qui filios duodecim
habuerint, in l. 1. 2. & 3. ff. eod. & l. ſi quis Decurio, C. de Decur. lib. 10. l. fin. C. qui num. li- ff. De iur. immunit.
73 berorum, lib. 10. Immunitas eſt vacare à muneribus, ſicuti, qui excuſationes patiuntur, &
differt, ſecundum vnam rationem à tit. de iure immunitatis, quia in hoc tit. agitur ad mu-
nera ſubeunda, quis excuſetur, in tit. de iure immunitatis, agitur ad euitandos honores, vel
in illo agitur de ſubeundis, hic de euitandis, caſus plures de ſimili vacatione habentur in
tit. ff. de vacatione, & excuſatione munerum; & munus tribus modis ſumitur, vel pro do- ff. De vacat. & excuſatione munerum.
no, & inde munera dici dari, mittiue alteri munus, quod cum remittatur vacationem mi-
74 litiæ, munerisq; præſtat, inde immunitatē appellari, aut ꝓ officio inde munera militaria,
& quoſdam milites, etiam munificos vocari, l. munus tribus, ff. de verb. ſignif. glo. ibi, in
verbo (vnus) munus ait aliquando conſiſtere in onere, vt in tutela, & cura, l. honor. §. 1.
ff. de mun. & honor. & l. munus, ff. de verb. ſignif. aliquando cum honore, vt in d. l. ho-
nor. inter donum, & munus illud intereſt, quod inter genus, & ſpeciem, nam genus eſſe do-
num, labeo ait, tum cauſa à donando dictum munus ſpeciem, vt natalicium, & nuptaliciū,
ex l. inter donum, ff. de verb. ſign. ſic munus eſt, cum cauſa, donum, ſine cauſa; Munus au-
tē ciuile tripliciter ſumitur, vt pro perſonale, patrimoniale, & miſto, ex l. munerum, ff. de
muner. & honor. Perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione,
ſine aliquo gerentis impedimento perpetrantur, vt tutela, vel cura, & inter honores non
habentur, & plura exempla ibi leguntur.

Patrimonialia, quæ ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantur, & hæc duplicia
ſunt; quædam inducuntur ex his muneribus, vt poſſeſſionibus, ſiue patrimonijs, veluti, qui
pro ſingula menſura agri aliquid ſoluat, vt in d. l. plura. Miſta, quæ partim corporali mi-
niſterio, partim pecuniario ſumptu, inde omnia perſonalia poſſunt fieri miſta, ex d. l. mu-
nerum. Quæ omnia munera ciuilia, ſeu publica nuncupantur, vt in d. l. munerū, ſic quæ-
dam principaliter reip. vtilitatem reſpiciunt, quædam defenſorum Ciuitatis.

Datur, & alia diuiſio, nam quoddam dicitur extraordinarium, aliud ordinarium; ex-
traordinarium eſt, quod neq; à lege, neq; à Senatuſconſ. neq; conſtitutione Principum le-
gatur, l. 1. C. de agri. & c[illegible] lib. 11. & gloſ. ibi in verbo onera, & Bart. l. 2. ff. de iure

immunit. num. 5. quod imponitur ab alijs inferioribus Principibus, vt ab vniuerſitatibus, vel magiſtratibus habentibus auctoritatem ordinariã inter munera non habentur, ſed tantum, quæ imponuntur à Principe, vel à lege, vt ibi Bart.

Datur, & alia munerum diuiſio, aliud pub. auctoritate tantum, aliud auctoritate, & vtilitate, glo. l. tutelà, C. de excuſat. mun. inſt. de excuſat. tut. in prin. ita, & aliud nobile cum auctoritate, aliud ſordidum, & hæc ſunt veluti obſequia Prætoris, & diuerſorum artificum, in l. maximarum, C. de excuſat. munerum, lib. 10. Ideò ſumitur aliquando pro ordine, officio, & dignitate, l. ſpeciali, ff. de rei vend. & vt præmiſſa facilius pateat plura detulimus exempla, iux. rubr. titulorum exiſtentium in corpore iuris, veluti rub. ff. de priuileg. veteran. militum, ne milites veterani delinquentes damnarentur ad beſtias, nec fuſtigarentur, etiam in atrocioribus delictis, l. 1. ff. de priuileg. veter. milit. nec damnantur ad metallum, vel ad opus publicum, l. veterani ff. eod. & propterea circa multa verſantur eorum priuilegia, vt in d. tit. quid veteranorum militum nomine veniat, vt in 2. lib. de perſonis dicemus.

ff. De priuil. veteran. militum.

Conceditur etiam aliud perſonale priuilegium creditoribus contra ſuos debitores, vt qui prior fuerit in obligatione exigendi, ille præferatur poſterioribus, in tit. ff. de priuileg. creditorũ; regulariter præferuntur funerũ impenſæ, l. quæſitum, ff. de priuil. cred. pupilli pariter cœteris alijs præferuntur, l. dabimus, §. 1. ff. eod. & latius in corpore, d. tit. de priuileg. credit. Extat, & aliud priuilegium conceſſum ſeruis, qui etſi manumiſſionem fuiſſet conſecuti, tamen immunitatis beneficium, non erat conceſſum, & inter cętera erat illis interdictus vſus aureorum annulorum, niſi hoc Imperatoris indulgentia, beneficiũ eſſet largitum, quia per talem elargitionem efficitur eques, ita intelligitur tit. ff. & C. de iure aureorum annulorum, ſecundum Bud. in marg. l. ſi hac lege, §. ſed, ff. de in ius vocan. Inuentio annuli fuit à Prometheo, dum reſponſauit Tubalcaim de Conſilio Aeuæ, facti de ferro cum adamante, ex Alberic. in dict. verbo annulus; dicimus et appellatione annuli venire ornamentum, & datur annulus ſignatorius, l. ſignatorius, ff. eod. tit.

ff. De priuil. credit.

ff. C. Iur. aureo. annulor.

Sunt, & alia priuilegia realia conceſſa locis, veluti Eccleſijs, & locis ſacris, vnde ad illas confugientes, gaudebant immunitate, ſicuti debitores, & quidam delinquentes, exceptis certis criminibus, ita quod tales in Eccl. exiſtentes, ad quam confugiſſent, non eſſent extrahendi, vt curiæ traderentur, l. 1. C. eod. quod Chriſtianis non autem Iudæis videtur cõceſſum, ex d. l. 1. C. eod. tit. & plura exempla ibi ponuntur.

ff Si quis ad Eccl. confugiunt.

Simile priuilegium olim conceſſum, pariter erat confugientibus ad ſtatuas principum, iuſto timore impulſis, non autem dolo, vel lata culpa, ſed ſi ſtatua fuiſſet ſummi Dei eadem immunitate, qua ipſa Eccleſia gaudebat, vt in tit. C. qui ad ſtatuas confugiunt. Statua deſignat effigiem hominis, imago eſt ſola pictura l. ſtatuæ, ff. de vſufruct. ibi gloſ. erigebantur in Deificationem futuræ vitæ, ſed hoc non fit, ſine Principis priuilegio. legitur etiã de priuilegio conceſſo Vrbi Conſtantinopolitanæ, ſicuti, & Romæ, nam illa dicebatur noua Roma, ſecundum l. non omnium, C. de ſacr. Eccl. quæ eo tempore Conſtantinopolin. mater legũ appellabatur, & fidei. & de illius priuileg. leguntur plura in C. de priuileg. Vrbis Conſtantinop. ſic de ſimilibus alijs exemplis.

ff. His qui ad ſtatuas cõfugiũt.

C. Priuileg. Vrb. Cõſtãtinop.

75 Sexta pars iuris ciuilis ſcripti, Prætoris edictum eſt. Prætores erant iudices Vrbis de quibus inf. hic in 2. lib. qui habent iuriſdictionem, & facultatem, condendi legem, ideò dicitur in §. Prætorum quoq; inſt. eod. tit. quod eorum edicta non modicam habent firmitatem, vt in l. ius autem ciuile eſt ff. de iuſt. & iur. §. ius, Prætorium introductum fertur adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium nominatur, ad honorem Prætorum, vel ex eo, quod vim, & poteſtatem accipiebat ab his, qui honores in Vrbe gerebant, vel quia erat de numero Magiſtratus, ex glo. in verbo (magiſtratus) inſt. in d. §. Prætorum.

76 Prætor, quod edicere pro lege volebat, in alba pariete notare iubebat, ita glo. parua, in l. ſi quis id, quod, ff. de iuriſdic. omn. iudic. in verbo (in albo) ait his verbis; in albo, ideſt in dealbatione quadam, & in muro forti, vt in palatio Bononienſi, Accurſius. ſed poſt-

dum in

modum in loco eius dealbationis cõſueuerunt deſcribi in catta, vel in alia materia, vt in d.
l. ſi quid id, quod, & miſerat in quadam tabula omni nota præpolita, quæ alba dicebatur
ſuam legem deſcriptam, populo proponebat, & in foro erat appenſa, vt omnibus edictum
innoteſceret, & quaſi extradatum, lex illa edictum appellabatur, eo quod id ipſum edictũ
ſignificat, ex glo. in d. §. Prætorum, inſt. eod. d. l. ſi quid id, quod, & l. 2. ff. de orig. iur. & ha-
betur tit. in ff. de albo ſcribendo, in quo licet non tractetur de edictis Prætorum, tamen de
more antiquorum virorum, qui notabilia in albo notabant, ideò in d. tit. declaratur, quali- ff. De albo ſcribēdo.
ter Decurionũ nomina erãt in albo ſcribēda, & pari modo Prętores eorũ edicta ꝓponebãt.
77 Sumitur multipliciter hoc nomen edictum in iure, aliquando pro conſtitutione, quam
Imperator edixit, vt in cap. conſtitutio, in fine, diſt. 2. & inſt. de iure nat. §. conſtat. nec non
mandato Principis, & pro eius generali ſtatuto, vt edicere feſta, & ſimilia.
78 Differt à reſcripto, ſecundum Bart. in l. poſtquam, §. Imperator, ff. de fideicommiſſ. & à
conſtitutione l. 1. ff. de conſtit. vide ibi Bart. reſcriptum habet locum tantum poſt latã pri-
mam ſententiam in cauſa appellationis, edictum habet locum pendente cauſa principali,
nec non per reſcriptum efficitur poſſeſſor per edictum, atq; miſſus in poſſeſſionem per re-
ſcriptum, non reſtituit poſſeſſionem, niſi prius ſibi ſatisfiat, vel feratur ſententia contra eũ,
vt ex edicto ſufficit ſatiſdatio.
79 Sunt, & alia edicta, vt de albo ſcribendo, de in ius vocando, at illud, de quo in d. §. ius;
80 Prætorum inductum eſt ad ſupplendum, aut adiuuandum, vel corrigēdum ius ciuile ad pu-
blicam actionem, ex d. §. ius Prætorum, l. ius autem, ff. de inſt. & iur. & ibi glo. notãtur hu-
ius edicti efficaciæ, & effectus autem cum Conſules auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet,
qui in Ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, vt Prætor quoq; crearetur Vrbanus, qui in
Vrbe ius redderet, & latius de his dicetur in 2. lib. Alciat. in lib. 3. Perarg. cap. 2. ponit ver-
81 ba appoſita in edicto Prætorum, quæ ſunt, dò, dico, & addico, illa duo, prima ſunt poſita
ad actionem, idem eſt, quod dare, vel dicere ſuam ſenẽtiam, addicere eſt ad executionem
demandare, & ita etiã refert Andreas ab Exea in repet. cap. canonũ ſtatua, de conſt. nu. 188.
82 Inde hoc verbum, edere, diuerſimodè ſumitur in iure, vt edere in publico, idem eſt, quod
producere, l. omnes, C. de pet. bon. ſublat. l. Publius, de condit. & demoſtr. ità dicimus etiã
edere partum, l. fin. C. de poſthu. hæred. inſtituen.
83 Item edicere, eſt edictum ponere, l. ſi familia, ff. de iuriſdict. omn. iud. & edictis vocare
idem eſt, quod citationibus, cap. quoniam, §. & alijs, vt lite non conteſt. quandoq; in cõ-
munibus totius Ciuitatis, vt erant edicta Prætorũ, de quibus hic, & l. 1. ff. de off. aſſe. Quan-
doq; edictum ſumitur pro lege generali, l. digna vox, C. de legibus, dicitur etiam edictum
vtile cum verba deficiunt, ſed mens locum habet in ſpe, §. 2. in prin. de doſo, & contum.
84 Vnde quadruplex genus edictorum, quoddam monitorium, aliud conuentuale citato-
rium, & peremptorium, not. ad ff. de iud. l. ad peremptorium.
85 Habent hæc edicta ſpecialia nomina illorum Prætorum, qui illa ediderũt, ſicuti edictum
Carbonianum à Carboniano, ſucceſſorio edicto ab effectu edicti Diui Adriani tollend. &
ſic de ſingulis, quæ ſuo loco dicentur.
86 Talia edicta faciendi non ſolũ ipſis vrbanis Prætoribus facultas erat conceſſa, ſed Aedi-
libus, quibus cura conſeruandi Vrbem ab incendijs erat demandata, & vt ædificia diruta
reſtaurarentur, & maculoſa, & morboſa animalia tollerentur de Vrbe, iuxta eorũ officium, ff. De ædilitio edict.
vt in tit. ff. de edilitio edicto, & inſt. de iure nat. §. proponebant, & l. 2. ff. de orig. iur.
87 Vltimò de iure ciuili ſcripto dicendum. Et ſunt reſponſa prudentum virorum, ſenten-
tiæ, ſcilicet, & opiniones eorum, §. reſponſa, inſt. de iure nat. gen. & ciu. olim nõnullis pru-
dentibus viris à Cæſare ius reſpondendi datum erat, qui iuris Conſultores nominabantur,
& tantæ erant auctoritatis, vt iudici recedere ab eorũ reſponſo non liceret, ex d. §. reſpon-
88 ſa, inſt. de iure nat. gen. & ciu. Ex quibus elicitur, quod olim opiniones eorum; qui publi-
ca auctoritate iura interpretabantur, & reſponſa dabant, vim legis obtinerent. Hodie au-
tem probabilis eſt Doct. ſententia, quoniam eorum poteſtati tantum facultas interpræ-
tandi committitur, glo. in d. §. reſponſa, & in addit. & latius in l. 2. §. poſt originem, ff.

 de orig.

de orig. iur. glo. in l. fin. C. de legibus, l. 1. C. de ſtud. lib. Rom. lib. 11.

89 Ne cuilibet arbitrio ſuo liceret talia reſponſa ꝓferre, Cæſar Imperator edixit, ne quis ſine eius auctoritate reſpõſa daret, tales ſic approbati iuriſcõſulti appellabãtur, & ſecundũ eorum opiniones iudices iudicabant, ex d. l. 2. §. reſponſa, attamen non ſemper erant ſententiæ, ſed opiniones aliquando, ſicuti ipſis videbatur reſpondere ꝑ verba, d. §. reſponſa, quidam vnum pro altero ſignificare dixerunt, vt ibi glo. refert, vnde quando plures in vnã ſētiam concurrerent Iudicibus, non videbatur conceſſum ab eorum voto in iudicando recedere, ſecundum add. ad glo. in d. §. reſponſa, Inſt. eod.& Ang. ibi ſi eorum vota votis aliorum, vel legibus firmata præſtarent, vnde etiam cap. reſponſa, d. 2. Hæc de iure dicta ſufficiant, quæ quidem omnia leguntur in cap. quædam etiam, diſt. 2. his verbis, quædam etiam leges dicuntur ab ijs, qui condiderunt, vt Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ Corneliæ,

90 nam & ſub Octauiano Cæſare ſuffecti Conſules Papius, & Poppeius legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppeia, continens patrum præmia pro ſuſcipiendis liberis; ſub eod. quoq; Imperatore, Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis in teſtamento legaret, quam, vt quarta pars ſupereſſet hæredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata eſt.

91 Aderat, & alia lex, quæ ſatyra appellabatur, vt legitur in cap. ſatyra, diſt. 2. his verbis; ſatyra verò lex eſt, quæ de pluribus ſimul rebus loquitur, dicta à copia rerum, & quaſi à ſaturitate, vnde & ſatyram ſcribere eſt poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Perſij, de ſimili in iure ciuili legitur in C. de latina libert. l. vnica in prin. & in proœmio digeſtorum §. & antea, in fine. Verba huius capituli ſatyra in quibuſdam codicibus Gratiani, & non Iſidori. legitur ſatura, non ſatyra, de qua Feſtus ita dixit, ſatura eſt ibi genus ex varijs rebus conditum, & eſt lex multis alijs conferta legibus. Itaq; in ſanctione legum aſcribitur, nè vè per ſaturam abrogato, aut derogato, &c.

92 Aderat, & iniquiſſima illa lex Rhodia contra naufragium patientes, vt in cap. Rhodiæ, diſt. 2. Rhodiæ leges naualium comerciorum ſunt ab inſula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vſus fuit, de hac lege habetur etiam in ff. ad legem Rhodiam de iactu, licet in d. tit. de his, quæ inter nauigantes mercatores acciderint tractetur, ſed hodie iſta lex, quæ ad fauorem Piratarum lata erat, fuit in Auth. nauigia, C. de furt. ſublata, & ext. de conſuetudine, cap. fin. & lata eſt excommunicatio contra tales Piratas ipſo iure, cap. excommunicationi, de raptoribus.

93 Quocirca omnis lex ſuas conditiones fouet, ſecundum Iſid. in cap. factæ ſunt, diſt. 4. factæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coarceatur audacia, tutaq; ſit inter probos innocentia. & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi facultas; hæc ille, propterea conditiones bonæ legis leguntur in eod. lib. Iſid. de quo in cap. erit autem lex, diſt. 4. his verbis. erit aũt lex, honeſta, iuſta, poſſibilis, ſcđum naturã, & ſcđum Patriæ cõſuetudinē, loco, tēporiq; conueniēs, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoq; ne aliqd per obſcuritatē, in captionē contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta; hæc ille quaſquidem leges omnes obſeruare tenetur, ita legitur in cap. In iſtis ead. diſt. 4.

94 His legibus modo Reges regnant, & iudices iudicant, & homines viuunt. Hæc pro declaratione termini primi generis dicta ſufficiant.

Finis Primi Libri.

LIBER

LIBER SECVNDVS DILVCIDATIONVM.

DE PERSONIS.

SVMMARIVM.

1 *Ius pertinet ad perſonas, & res.*
2 *Populus quid, & nu.6.*
3 *Quot perſonæ faciant populum.*
4 *Species populorum quæ.*
5 *Ex quibus conſtet populus.*
7 *Patritij qui.*
8 *Plebei qui.*
9 *Populi appellatione quid veniat.*
10 *Vniuerſitas quot modis ſumatur.*
11 *Species vniuerſitatis quæ, & nu.15.*
12 *Vniuerſitas quid ſit, & nu.14.*
13 *Vnde dicatur.*
16 *Collegium quid.*
17 *Differentia inter Collegium, & Capitulum.*
18 *Differentia inter Vniuerſitatem, & Collegium.*
19 *Collegium quando eligatur.*
20 *Congregationis ſpecies, & quæ.*
21 *Congregatio canonica quæ.*
22 *Congregatio laicalis quæ.*
23 *Congregationis appellatione quid.*
24 *Turba quid ſit.*
25 *Chorus quot modis ſumatur.*
26 *Chorus quid ſit.*
27 *Ciuitatis appellatione, quod veniat.*
28 *Ciuitas quid ſit.*
29 *Territorij appellatione, quod veniat.*
30 *Ciuitas, & Caſtrum in quod veniat.*
31 *Municeps quid ſit.*
32 *Municeps qui dicantur.*
33 *Incola quis dicatur.*
34 *Municipes quibus modis fiant.*
35 *Municipum ſpecies.*
36 *Originarius quis.*
37 *Differentia inter Originarium, & Incolã.*
38 *Status perſonarum quid ſignificet.*
39 *Status quot modis ſumatur.*
40 *Status perſonarum ſpecies.*

PRÆLVDIA DE PERSONIS IN GENERE.

1 CVM totum ius, quo vtimur, partim ad perſonas, partim ad res, atq; ad actiones pertineat, vt in l.1.ff.de ſtat.hom.& inſt.de iur.nat.gen.& ciu.§. fin. ideò de perſonis prius hic tractandum erit, quia hominum cauſa iura ſcripta ſunt, l.3.ff.de ſtat.hom.at cum perſonarum ſtatus diuerſimodè in iure conſiderantur, prius de perſonis in genere, vt ordo in ordine ſeruetur, deinde in ſpecie dicetur.

2 Conſiderantur primò perſonæ, prout eſt collectio, ſeu multitudo plurimorũ hominum vtriuſq; ſexus, nobilium, & ignobilium, & ita dicitur populus, vt in §. plebs, inſt. de iure
3 nat.gen.& ciu.Conſtituitur populus numero decem virorum, §.conſtat.inſtit. eo. Bart.in l. prætor, ff. de vi bon. rapt.& ſecundum Bal.in §. 1.inſtit.eod.etiam per quatuor, vel quinq; homines; quapropter Bal.in l.2.C.de impub.dicit populum eſſe perſonam vniuerſalem ex multis corporibus conſtitutam, qui indiuiduum corpus reputatur, ideò nunquam moritur, ſecundum Bal.in proœ.ff.num.45.

4 Populorum ſpecies duæ ſunt, quidam dicuntur noſtri, quidam extranei; noſtri ſunt omnes recognoſcẽtes Imperatorem, Eccleſiæ Sanctæ Papam in ſuperiorem, & dominum. Extranei sũt cæteri, ſicut infideles, Turcæ, & Iudæi. Bart.in l.hoſtes, ff.de capt.& poſt lim.reuerſ.
5 Conſtituunt populum patricij, & plebei, & Incolæ; nõ autem aduenæ, glo.in d.§.plebs, Alciat.in l.inter, ff.de verb.ſignif.& veniunt etiam vniuerſi Ciues, vt in d.§.plebs, & popu-
6 lus ſumitur etiam pro cœtu, cum ſit plurimorum hominum congregatio, Ang. in §.grex, inſtit. de legat. num. 3.

7 Patri-

7 Patritij viri ſunt nobiles vrbis, & dicuntur quaſi patres, inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſol. §. filius, & glo. in d. §. plebs, & Syluester in addit. Olim erat differentia inter patritios, nam quidam dicebantur antiqui, ſicut illi primi centum patres, & alij Senatores, quidam alij ex priuilegio, & nomine nuncupabantur, ſecundũ eundem Syluestr. in d. glo. 1. §. plebs, qua de cauſa conſiliarij patres dicti ſunt, ea ratione, ſicuti patres prouident filijs, ita conſiliarij conſulunt Reipub. vtilitati, ſecundum Iſidorum in lib. 2. Ethimolog. cap. 3.

8 Plebei ſunt omnes alij de populo, exceptis patritijs, & Senatoribus, vt ex d. §. plebs, ſub quo nomine cœteri Ciues continentur, glo. & Syluestr. in d. §. plebs, ſic plebeius dicitur, qui non habet dignitatem, Bal. in l. fœminæ, ff. de Senato num. 2.

9 Populus itaq; plures ſpecies vniuerſitatis conſtituit, veluti Vniuerſitas, Collegium, Congregatio, Turba, Chorus, & ſimilia.

10 Populus itaq;, vt dictum eſt, vniuerſitatem conſtituit, quæ pluribus modis ſumitur, ſecundum Bal. in l. ſi ſciens, ff. de contrah. empt. num. 8. veluti pro quodam toto, in quo partes continentur, vt in d. l. ſi ſciens: aliquando pro quodam iure, quod recipit augumentum, & diminutionem, ſicut eſt peculium, l. peculium, ff. de pecul. aliquando pro vniuerſitate corporum, vt pro congregatione, l. 1. ff. de rei vend. aliquando pro eo, quod multa iura ſub ſe continet, vt eſt hæreditas, l. hæreditas, ff. de petit. hæred. aliquando pro collectione perſonarum, vt in tit. de fideicom. mort. quod cum vniuerſitate: aliquãdo pro vniuerſali ſermone, vt in l. ſi is, qui ducenta, §. vtrum. veluti cum vniuerſitate prædiorũ tranſeunt iura prædialia, cum perſonali perſonalia, Bal. in d. l. ſi ſciens.

Conſideratur etiam duobus alijs modis, ſecundum addit. Bal. in l. furti, ff. de his, qui not. infam. num. 2. ſicuti primo pro re inanimata in abſtracto, & tunc non eſt capax infamiæ, & pœnæ, vel ſumitur in concreto pro ſingularibus in vniuerſitate contentis, & tunc cadit in-
11 famia facti in eam, inde dicitur, quod duplex vniuerſitas, facti, ſcilicet, & numeri, quando eſt in actu, continens plures perſonas, vel iuris intellectum habens, vt Collegiũ, nam tunc licet omnes de Collegio deceſſerint, durat collegium habitu, licet non actu, quia durãt eius iura, & priuilegia, ex Bal. in l. ſi grege, ff. de legat. 1. l. 1. ff. de euict. num. 2.

12 Vniuerſitas eſt nomen iuris, continens plures homines, & habet quandam repreſentationem, Bal. in addit. l. ſicut, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. num. 1. & ibi glo. dicitur nomen iuris, quia non eſt perſonarum, nam aliud eſt vniuerſitas, aliud & ſinguli de vniuerſitate, cap. qui manumittitur, 12. q. 2. ſic dicitur corpus myſticum, & non rationale, & pro vno reputatur, & vnam habet vocem, vide Laudin. de Monte, in proœ. Clem. num. 6 & Ant. Roſſel. in cap. manifeſta, 2. q. 1. num. 19. Ludouic. Gomes in c. cum in multis, de reſcrip. lib. 6. num. 69.

13 Dicitur vniuerſitas ab vno, & verſum, quaſi in vnum verſum. Stefan. Coſta in cap. vni-
14 uerſitatem, de ſent. excom lib. 6. num. 16. Azo in ſumm. quod cuiuſq; vniuerſit. deſcribens, ait, eſt plurium corporum inter ſe diſtantium, collectio vno nomine ſpecialiter deputata, glo. in d. l. ſicut, in ver. (non debet) & in fine dicit vniuerſitas non eſt aliud, quã ſinguli homines, licet ad tres tantũ reducatur, tamen cõſeruatur, glo. ibi per l. Nerua, ff. de verb. ſignif.

15 Triplex dicitur vniuerſitas, ſolius facti, vt corporum, ſicuti populus, chorus, collegium, familia, & ſimilia, quædam iuris, & facti ſimul, vt peculium, & dos, & patrimoniũ, quædam ſolius iuris, vt hæreditas ex Azo. in d. loco Iaſ. in l. 1. ff. de leg. 1. num. 98. Quãdo itaq; liceat congregationes cõſtituere, & qualiter vniuerſitates negotia tractent, habetur in tit. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

16 Collegium eſt congregatio ad minus trium perſonarum l. Neratius, ff. de verb. ſignif. dicitur (ad minus) quia, & maiori numero conſtituitur, reducitur etiam ad vnum, vt in d. l. ſicut §. fin. quapropter ad eſſe collegij non tantum requiruntur plures, ſed quod ſint ibi per modum collegij, hoc eſt per modum ſubiectionis, qui vni capiti, & ſuperiori ſubiaceant, alias dicerentur ſocij, & non facerent conuentum. Doct. in cap. 1. de elect & cap. monacho de ſtat. monach. Guliel. de Monte in Clem. & ſi principalis, §. conuentualem num. 10. 11. & ſeq. licet plures requirantur ad conſtituendum collegium, tamen iuris fictione cenſetur vnum corpus Andr. ab Ex. in cap. cum omnes, de conſt. nu. 130.

17 Col-

17 Collegium clericorum ſæcularium appellatur capitulum, religioſorum conuentus, Io.
Calder. in cap. cum in iure, de elect. num. 4. & quodlibet collegium habet ſuum Prælatum,
Bened. Capra in Clement. cum ratione, de elect. num. 26.
18 Hæc eſt differentia inter vniuerſitatem, & Collegium, quod iſtud dicitur de illis, qui ſi-
mul in eadem manſione manent, glo. in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. vniuerſitas ſit de plu-
ribus habitantibus in eodem loco, licet ſæpe prædicta ad inuicem confundantur.
Collegia facientia vniuerſitatem, ſunt approbata de iure gentium, quia habent caſtra,
& villas, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit.
19 Nemini licet de nouo collegium eligere, niſi reperiatur expreſſè conceſſum, vel à iure
ſcripto, vel approbatum per ſuperiorem, tenentem locum principis, vt in d. l. 1. & ibi glo.
quibuſdam autem videtur conceſſum, licet approbatio non appareat, veluti dici poteſt de
conductoribus vectigalium, auri fondinis, piſtoribus, metallarijs, & ſimilibus, ſed cohabi-
tatio inſimul, & iuriſdictio non conceditur, niſi concedente ſuperiore, ex d. glo. in d. l. 1. &
legitur in tit. ff. de collegijs, & corporibus.
Differunt collegium, & corpus, collegium propriè eſt, quando ſimul habitant plures, ff de Colleg. & corpo-rib.
quaſi ſimul collecti, corpus, ſiue plures habitent, ſiue non, nuncupatur. Habent collegia
diuerſa nomina, ex quadam conſuetudine inducta, vti ſocietates, fraternitates, ſodales, &
ſimiles, ex Bart. in rubr. ff. de colleg. illicitis.
20 Congregatio etiam collocatur inter vniuerſitatem perſonarum, & duplex eſt; Canoni-
21 ca, & laicalis; congregatio Canonica eſt cohabitatio perſonarum eccleſiaſticarum, vel re-
gularium, approbata à Superiore, cap. 1. de filijs presbyt. quæ, & congregatiuncula mo-
22 nachorum dicitur, cap. cellulas, 18. q. 2. laicalis ſit duobus, vel tribus perſonis, aut pluribus
cohabitatio, ex cap. 1. de elect. & ibi glo. Alciat. in l. deteſtatio, §. fin. ff. de verb. ſignif.
23 Hoc nomen genericum eſt, & poteſt extendi, non tãtum ad homines, ſed etiam ad ina-
nimata, inde dicitur congregatio aquarum, piſcium, & ſimilium, Ang. in §. grex, inſtit. de
legat. Turba etiam nuncupatur congregatio, equiuocum eſt hoc nomen, quia corporali-
ter, & ſpiritualiter intelligi poteſt, Alberic. in rubr. de hæret. num. 5. tales hominum con-
gregationes in malam partem accipiuntur, quando non fiunt auctoritate ſuperiorũ, Abb.
in cap. fin. de teſt. cogen. Alex. in l. fi. ff. de colleg. illicit.
24 Turba etiam conſideratur, vt nomen genericum, & continet decem, aut quindicim ho-
mines, ſed turba dicitur, quaſi continens turbationem multorum hominum, & cœtum eſſe
duorum, vel trium, l. prætor, digeſt. de vi bon. rapt. §. hoc edictũ, & glo. in verbo (duo-
rum) & ibi Bart.
25 Chorus multipliciter ſumitur, vt ex glo. in l. cum eiuſdem, ff. de ædilit. edic. primo mo-
do pro numero perſonarum, ad pſallendum deſtinatarum, cum inſtrumento, quod nuncu-
patur, chorus, vt in l. ſi chorus, ff. de leg. 3. vbi legando chorum, videbantur legati ſinguli
homines pſallentes in choro; ſecundo modo ſumitur pro menſura; tertio modo pro loco,
26 & ordine; quarto modo pro vento, ideò dicitur chorus euentalis, ventorum inde verſus,

Cantat dulce chorus baccatur flamine chorus,
Et menſura chorus, locus, & ordo chorus.

ex glo. in d. l. cum eiuſdem.
27 Conſideratur etiam, & Ciuitas, quæ res publica dicitur Bal in l. quamquam num. 9. C. de
ſent. quæ ſine cert. quant. profer. & in l. cum ſucceſſores num. 3. C. de euict. dicitur ciuitas,
quaſi ciuium vnitas, ſic non ædificia, & ſtructuræ murorum dicuntur ciuitas; ſed vrbs; Ci-
uitas eſt congregatio hominum, & non ædificiorum ſimpliciter, ex glo. in cap. ſi ciuitas, de
28 ſent. excom. lib. 6. in verbo (ſi ciuitas) & licet regulariter ſit illa, quæ habet epiſcopalem ſe-
dem, ſecundum Bal. in l. ex hoc iure num 34. ff. de iuſt. & iu. tamen & Imperatores poſſunt
concedere priuilegia loco, & ciuitas appelletur, ex d. glo. in cap. ſi ciuitas; habere debet
etiam hanc conditionem, vt murorum ambitu terminetur; Non veniunt ſuburdia in pœ-
nalibus, ſecus in fauorabilibus, Felyn. in cap. Rodulphus, de reſcrip. num. 1. Stephan. Coſta
in cap. ſciſcitatus, de ſent. excom. nec venit diœceſis, aut portus, & mare, nec diſtrictus ex

Fel. in

Fel.in d.loco num.7.glo. in c. vbi periculum, §.porrò, verſ. cum ſua curia, de elect. lib 6.
29 ſub nomine Tenitorij comprehenduntur & mare,& diſtrictus, licet propriè tenitorium ſit in terra, cum ſit terræ ſpatium, munitum iuriſdictione, & in mare non datur teniroriũ, niſi fortè habito reſpectu ad alueum maris, & hoc dicitur potius diſtrictus, ſecundum Fely. in d.cap.Rodulphus, nu.7.verſ.declarantur.

30 Differunt ad inuicem ciuitas, oppidum, caſtrum, & villa, oppidum dicitur magnum,& amplũ caſtrũ,caſtrũ quaſi caſa arcta,ideo nõ debet eſſe diffuſum, vt facilius cuſtodiatur tẽpore belli, villa eſt parua caſa, exiſtens in rure, ordinata ad reponendũ inſtrumenta agri: ſed largè pro hominum congregatione ſe collocantium infra ædificia, quæ non ſint vallata muris, nec clauſa murorum ambitu,ex glo. in d.c.ſi ciuitas, de ſent.excom.lib.6.de ſuburbijs, vide l.2.& l.ædificia, l.vt Alphæus, l.qui in cõtinẽtibus, ff.de verb.ſignif.& de differentia inter ciuitates,'& caſtra, vide Bald.in l.item, nu.3.quod cuiuſq; vniuerſit.& l.vnica, C.de Metrop.lib.11.nu,2.& 3. inde habemus inter ciuitates differentias, quod vna præeſt alteri, ſicut Metropolitana eſt caput aliarum, & ſit, vt maiori honore decoretur, vt mater aliarum, C.de Metropolis Beryto, & eſt locus in prouincia Phœniciæ, vbi erat Tirus, Berytus, & Metropolis, ac Metropolitanus, quid ſit vide in l. 1. in d. C. de Metropol. & & eſt veluti caput plurium ciuitatum, & cap.1.& 2.diſt.99.& cap.1. diſt.21.

C. lib. xj. de Metrop. Bery.

Conſiderantur etiam in corpore iuris municipes,& ſunt, qui munera loci ſui natalis, &
31 publica officia ſubeunt, l.1.ff.ad municip.de incol. Inſpecta ſignificatione vocabuli; municeps dicitur, quaſi muneris particeps, vt qui in ciuitate recepti ſunt munera ſubeant, ex d.l.1.& ibi etiam glo. cum Bart. quod exiſtentes in ciuitate, & non ſubeuntes munera propriè municipes non ſunt, ſed largo tantum modo, nam abuſiuè dicuntur omnes illius ciuitatis, vt in d.l.1.ff.eo.

32 In municipio ſeruatur genus patris, non autẽ matris; vnde, qui natus eſt ex duobus parentibus Romanis, Romanus dicitur, at ſi ex patre Romano, & matre Bononienſi naſcitur, municeps erit Romanus, niſi aliter ex priuilegio appareat, ſicuti mulieribus Illiricis, & Delphicis erat conceſſum,ex d.l.1.ff.ad municip.& l.priuilegium, C.de Incol. & Bart. in d.l.1.ff.eod. nu.1.

33 Qui negociatur pluribus in locis erit incola, ſeu ciuis illorum locorum, l.Labeo, & ibi glo.& Bart.ff.eod. ſicut qui à pluribus manumiſſus eſt omnium patronorum originem,ſequitur, vt ex d.l.1.& ibi Bart. ſi forenſis fuerit effectus, Abbas, ſeu Curatus alicuius loci erit ciuis illius, ex Bart. in d.l.1.nu.13.& 14. expoſitus pariter efficitur ciuis loci, vbi fuit expoſitus, ſecundum eund. Bart. in d.l.1.nu.21.& 22.

34 Baſtardus legitimatus ſequitur originem patris legitimantis, ſit autem municeps tribus modis natiuitate propria, vel parentum, ex d. l. 1. & ibi glo. necnon manumiſſione, quia manumiſſus ſequitur originem illius, à quo fuit manumiſſus, glo.ibi per l.2.C.eo.adoptione donec durauerit, l.1.& glo.& l.ſed.& is, ff.eo. de ſimilibus plura in tit. ff.ad municipes, de incol.

ff. Ad municip. de incolis.

35 Duę ſunt ſpecies municipum, quidam dicuntur originarij, vel ratione originis, vel domicilij, alij receptionis, ſecundum ſubiectam materiam, Soc. iun.in Rubr.ſolut. matr. nu. 24. alij ſunt incolæ municipium originarium, olim dicebatur oppidorum, ſicuti filij militum exiſtentium ad cuſtodiam alicuius loci, qui dicuntur municipes originarij illius loci, vbi nati ſunt, l.municipales, ff.de verb.ſignif. ita & colentes ciuitatem dicuntur ciues illius loci municipales, l.1.ff.ad l Iul. de ambitu;hoc eodem modo, qui in ciuitate aliquo publico officio functus fuerit, l.honor, ff ad municip.de honore; inde munificus dicitur ille, cui honor datur, & acquiritur municipium habitatione poſt decem annos, l. pupillus, §. incola, ff.de verb. ſignif. ſic ſolo domicilio efficitur municeps, Soc.iun.in d. Rubr. num. 16. ſolut.matr. per l.filij §.municeps, ff.eod.

36 Originarius eſt, qui ſequitur originem loci ſui patris, l.filios, C.de incol.lib.10.l.aſſumptio,§.1.ff.eod.l.origine,C.eod. vnde qui oritur in aliquo loco, non efficitur ciuis, nec incola, ſed originarius, Bart. in l.1.ff.ad municipa. ſic oriundus de ciuitate vel loco aliquo erit,

erit, qui in ciuitate, vel eius vico ortus erit, l. qui ex viro, ff.eod. vel ſi pater eius ab eo loco originem traxerit, d.l.aſſumptio, §.filius, ff.eod. filij vulgi, qui patrem certum non habent, matris originem ſequuntur, l.eius, ff.ad municip & habetur in tit. C. lib. 10. de municip.& origin. Appellatur originarius ab origine patris non ſui, l.filios, C. eod. ſed Azo ibi tenet, quod etiam à ſua, per l.origine, C.eod. & qui naſcitur in tenitorio dicitur de ciuitate, l.qui ex vnico, ff.eod:glo.in d.l.filios. C. lib. 10. de municip. & origin.

Origo non dicitur patris domicilium, maximè ſi filius alibi habitet, ex d.glo.in l.filios.

37 Incola eſt, qui extra municipium ſuum, & domicilium ſe contulit ad habitandum, vel eſt illius loci, vbi maiorem partem bonorum ſuorum haber, & ibi ſuam ſedem conſtiruit, Bald.in l.ciues, C.de incolis, vbi quis domicilium habere videatur, num. 1.qui per decennium in dicto loco habitat efficitur municeps illius loci, l.pupillus, §.incola, ff.de verb. ſignif. appellatur eo nomine, quaſi valde colens prouinciam, in qua ſe contulit, relinquendo ſua bona, l.ciues, & ibi glo.C.eod. idem eſt incola, quod aduena, d.l.pupillus, §.1. nec incola fit, qui ad tempus determinatum, & non vltra decennium ineſt loco, inde receſſurus, l.3.C.eod. vbi Bald.& glo. in l. eſt verum, C. de incol. lib.10. qui habet animum verum, vel præſumptum ſtandi decennio, incola dicitur, l.cum neq;. l.ſi in patria, C.eod. Fit etiam incola, ſi tenitorium colat, & ſi conferat, glo. in l.ciues, & alterum iſtorum requiritur, vel larem conſtituere, vel ſummam rerum habere, glo. in d.l.ciues, C.eod. in verbo (ſumma) qui habitat in ciuitate communi, veluti Romæ, non efficitur illius incola, glo.in d.l.ciues, quia communis noſtra patria eſt, l.Roma, ff.ad municip. nec ſunt incolę, qui in agro commorantur ſine domicilio, ſicuti Caſtaldi ſerui, vel in ciuitate Scholares, qui ad tẽpus permanent, l.ſcire, & ibi glo.ff.ad municip. plura leguntur in titulo, C.de incolis, & vbi quis domicilium habere dicitur. C. de incol & vbi quis domic.habere dicitur.

38 Sumitur autem perſonarum ſtatus pro conditione ſui, & qualitate illatum, vt habetur in titulo ff.de ſtat.hom. & Inſtit.de iure perſo. ideo dicitur in d.l.2.ff.de ſtat.hom. cum igitur hominum cauſa omne ius conſtitutum ſit, primo de perſonarum ſtatu, ac poſt de cæteris ordinem edicti perpetui, ſicuti & his proximos, atq; coniunctos applicantes titulos, vt res patitur, dicemus. ff. de ſtat.homi. Inſt. de iur. pſo.

39 Status multis modis ſumitur, aliquando pro libertate, l.eius, qui in prouincia, ff.ſi cert. pet. Bart.in l.qui ſtatu liberis, ff.de ſtat.liber.l.1. ff.de ſtat.hom. vel ſumitur pro conditione, vt in beneficio, vel exiſtente in dignitate, cap.2.in fin. vt lite pend.lib.6. vel pro priore ſtatu, l.2. C.ad l.Aquil. vel pro eo, quod dignoſcitur extitiſſe, cap. fin.de verb.ſignific. cap. vbi periculum, §.ſanè, de elect.lib.6.& in tit.C.vbi cauſa ſtatus, per totum, in quo declaratur coram quo iudice cauſa ſtatus, ideſt libertatis perſonarum agi debeat, ſumitur etiam aliquando pro ætate, l.pen.ff.quando dies vſufruct. leg. ced. Item pro eo, qui ſiſtere debet in iudicio, l. fin. ff. de in ius vocan. & pro ſtatu libertatis, vt in propoſito, l. 1. ff. de ſtat. liber.

40 Talis itaq; ſtatus perſonarum prima diuiſio erit, quod homines, aut ſerui ſunt, aut liberi, Inſt.de iur.perſ.§.1.& l.ſumma, l.ſequenti, ff. eod. ita legitur in d.§.1. ſequitur de iure perſonarum alia diuiſio, nam quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt, rurſus earum, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum; videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, nam ſi cognouerimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, intelligimus quæ ſui iuris ſunt: ac prius inſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt; vide etiam, quæ habentur in l.1.ff.eod.

In poteſtate itaq; dominorum ſunt ſerui, §.in poteſtate, Inſt. eod. ſic prius de ſeruorum ſtatu dicetur.

DILVCIDATIONVM IVRIS CIV.

LIBER SECVNDVS.

DE SERVIS.

SVMMARIVM.

1 *Seruus quot modis ſumatur.*
2 *Seruitus quid ſit.*
3 *Seruitus quo iure ſit inducta.*
4 *Seruitus contra naturalem aquitatem.*
5 *Seruitus tollit libertatem.*
6 *Seruus quare dicatur.*
7 *Serui quomodo fiant.*
8 *Serui in venditionibus quomodo fiebant.*
9 *Serui nuncupantur pluribus nominibus.*
10 *Mancipia quare dicantur.*
11 *Mancipium quot modis ſumatur.*
12 *Serui veterani qui.*
13 *Serui nouitij qui.*
14 *Serui ordinarij qui.*
15 *Serui caſtaldi qui.*
16 *Meſſenantes qui.*
17 *Mediaſtini qui.*
18 *Compediti qui.*
19 *Dedititij qui.*
20 *Latini qui.*
21 *Librarij qui.*
22 *Inſularij qui.*
23 *Victores qui.*
24 *Nomina diuerſa ſeruorum quæ.*
25 *Serui in poteſtate dominorum.*
26 *Poteſtas dominorum qua.*
27 *Serui fugitiui qui.*
28 *Corrumpentium ſeruos pœna.*
29 *Capitis diminutio qua.*
30 *Species capitis diminutio qua.*
31 *Libertini qui ſint.*
32 *Differentia inter Libertum, & libertum.*
33 *Iuſta ſeruitus qua.*
34 *Manumiſſio quid ſit.*
35 *Manumiſſio quare dicatur.*
36 *Modus manumittendi.*
37 *Manumiſſio quot modis ſumatur.*
38 *Status hominum triplex, & 39.*
40 *Epiſcopus quando manumittat.*
41 *Vindicta quid ſit.*
42 *Coram quo ſit manumiſſio.*
43 *Manumiſſio an fiat teſtamento.*
44 *Conditiones manumiſſorum.*
45 *Modus condendi libertatem.*
46 *Manumiſſio de confugientibus ad Eccleſiam.*
47 *Qui non poſſunt manumittere.*
48 *Conditiones ſerui manumiſſi.*
49 *Proclamare ad libertatem quid.*
50 *Locus, & tempus manumittendi.*
51 *Quando ſerui ex lege conſequebantur libertatem.*
52 *Qui cogantur manumittere, & nu. 53.*
54 *Collactaneus qui.*
55 *Lex Fuſia Canina quæ, & 56.*
57 *Conditio manumittentis qua.*
58 *Quando ſeruus ex merito manumittatur.*
59 *Quando datur libertas ad tempus.*
60 *Libertinorum ſtatus qualis.*
61 *Liberti præſtant obſequia dominis.*
62 *Quibus ex cauſis ordinatur libertas.*
63 *Liberalis cauſa quæ.*
64 *Actores in cauſa ſeruorum qui.*
65 *Quando Libertus fiat ingenuus.*

DILVCIDATIO PRIMA DE SERVIS.

PRimo loco in ſtatu perſonarum præmittitur ſeruorum ſtatus, ſic de ſeruis ante omnia dicemus, vt facilius, quæ ſequuntur intelligantur.

1 Seruus autem multipliciter ſumitur in iure, veluti pro eo, qui fecit peccatum, tam in pena, quã in culpa, cap. quia ergo 2.q.7.& l.fin.C.de ſent. paſſiſ. aliquando pro perſona domini, quam repreſentat, l. ſi Pamphilo, ff.de optione leg. Inſtit. de inut.ſtipul. §.poſt mortem, aliquando pro eo, qui caret intellectu, & ſe ipſum regere nequit, ſecundum Philoſophum, in 1. Politic. item

ſumitur pro eo, qui ab alio ſuperatus eſt. item ſub appellatione plebis, vel populi veniunt etiam ſerui, cap. rogamus, de conſecrat.diſt.4.item appellatione ſerui venit etiam ancilla, l. teſtamento, §.1.ff.hoc eod.tit.& l.inter ſtuprum, §.fin.& l. ſeruis legatis, ff.de leg.3.ſecus
2 eſt è contra, vt in d.l.ſeruis. item continetur ſtatus liberi, l.1.§.1.ff.ad ſyllan.& l.ſtatu liberi, ff. de ſtat. liber. Ommiſſis alijs, ſeruitus, de qua in præſenti,eſt conſtitutio iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubijcitur ſecundum Hoſtien.in ſumma de ſeruis ordinan.num.1.& ita colligitur ex Inſtitut.§.ſeruitus de iure perſon. l. libertas, §. ſeruitus, ff.de ſtat.hom.& §.in poteſtate Inſtitut.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iu.& diſt.1.cap.ius gentium, & 12. q. 2. redemptor.

3 Ex qua notatur primò, quod ſit conſtitutio de iure gentium ſecundario inducta, & inuenta ſecundum glo. in §. ſeruitus, Inſt.de iure perſ.licet forma fuerit data de iure ciuili, l. ius autem ciuile, ff.de iuſ.& iu.l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iu. & in §. ius autem Inſt. eod.glo.in c.quorundã extra de Iudęis,& ſarac.vbi ſeruitutem ob ebrietatem inductam eſſe legitur, & à iuregent. approbatam, diſt.1.cap.iuſgentium, & ibi à glo.in verbo (ſeruitutes) plures cauſæ ſeruitutis inducendæ declarantur,idemq; habetur in cap.6.die diſt.35.circa finem, vide etiam Hoſtien. in ſumma eod.tit.de ſeruis ordin.num.1. Alij ſentiunt, quod ſit inducta præſcriptione ſeptenij, vt in diſt.6.in princ.glo.in verbo (à iuſtificationibus) per id quod legitur in exeod. cap.10.Dominus dixit filijs Iſrael per Moyſem, ſi emeris ſeruum hæbreum, qui antea ſeruus non fuerit, ſex annis ſeruiat tibi, niſi annus iubilæi interueniat ſeptimo anno egrediatur liber, & gratis cum quali veſte intrauit, ſi habuit prius vxorem cum filijs, cum vxore,& liberis exeat, ſi Dominus vxorem dederit ei, mulier cum filijs erit domini, vel vxoris, & filiorum offeret eum Dominus Dijs 1. ſacerdotibus,& applicabit ad hoſtium tabernaculi, & perforabit autem eius cum ſubula in ſignum perpetuæ ſeruitutis,& eius erit ſeruus, vſq; dum viuet, vel vſq; ad annum Iubilei, & ab hac conſtitutione, ſeu lege, ſecundum quoſdam ſeruitutes cœperunt. Attamen verior ſententia eſt, quod videatur inducta de iure gentium approbatione non autem inuentione, ideò ordinatum eſt, quod capti in bello iure efficiantur ſerui capientis, ex d.l.ex hoc iure, ff.de iuſt. & iu. vbi Bart.& Doct. & in cap. dicat. 23.q.5.& ſecundum hoc ſi ſeruus recederet à Domino ſuo peccaret, cap. ſi quis 17.q.4 cap.cõtra verò, quod non concederetur ſi bellum fuiſſet iniuſtum,vt ex Doct. in d. l. ex hoc iure.

4 Secundo dicitur (contra naturam) hoc eſt contra naturalem æquitatem, nam homines à natura ſunt effecti liberi, & nulla ſeruitus eis eſt cognita, ſed poſtquam furioſa cupiditas dominãdi, hominũ animos inuaſit, orta ſunt bella, & captiuitates inductæ, inde homo hominem inſectatur, vt vnus alteri dominetur, glo.in d.l.ex hoc iure, vel dicitur, contra naturam, hoc eſt contra ius naturale, eò quod homines eo iure ſunt liberi, glo. in §. ſeruitus, Inſt.eod.aut quia tendit contra illud, quod natura dictabat in primo ſtatu, ſecundum Syluest.in addit.ad d.glo.Inſt.eod.§.ſeruitus, & propterea dicitur reſtitutus natalibus dum homo ſeruus reſtituitur libertati, quam habebat ante ſeruitutem, Ang. in Inſt. in d.§.ſeruitus in fin. dicit ſeruitutem eſſe contra naturã, quia omnes homines debent eſſe pares, vt extra de coniug. ſeruorum §. 1. quæ paritas deberet eſſe in amicitia,quoniam diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo amicitiam ſoluit, ſecundum Ciceronem in lib.de Amicit.ideò natura abhorret, vt homo ſit homini,tanquam Deus.

5 Tertio ſeruitus tollit libertatem agendi,non autem voluntatis,quæ libera data eſt à Deo nobis, dicimus autem, quod homo cogitur obedire voluntati aliorum,dum timore mortis, & violentia trahitur, quæ illi infertur, & tunc ſubijcitur dominio, hoc eſt poteſtati alienæ, vt ex d.§. ſeruitus, & l.libertas.

Conſeruatur autẽ ſeruitus ſine domino pluribus modis, vt ex glò.in d.l.libertas in verbo(ſubijcitur) ſicuti ſeruus hæreditarius antequam hæreditas adeatur per l. primam, §. 1. ff.de rer.diuiſ.vel ſi haberetur pro derelicto, l.quod ſeruus, ff.de ſtip. ſeruorum, aut ſi vendatur vſus fructus liberi hominis,ex huiuſmodi conditione homo efficitur ſeruus, ſed cuius ſit dominium quæritur, vt in l. ſi vſumfructum, ff.de lib.ca,& ſi venditor fuerit in bona fide

D 2 ea du-

ea durante dominium eſt ementis, alioquin nullius, & tamen ſeruus dicitur, in alijs autem caſibus non datur ſeruus, ſine domino, vt in d.§.ſeruitus, & Syluest.ad glo.

6 Dicuntur ſerui, ſecundũ Iſid. a ſeruiendo, inde hac ratione tabelliones, qui publicè ſeruiunt, ſerui ẽt publici dicuntur, alij verò à ſeruãdo potius, nam ius belli erat, vt capti hoſtes occiderentur, ſed cum Principi placuiſſet illos vendi ad vſum, & commoditatem victoris, ideò ſeruabantur ex §.ſerui.Inſt.eod.& l. libertas, cum glo.

7 Fiebant autem antiquitus ſerui duplici modo; natiuitate, & de iure; natiuitate ſicuti ſi ancilla capta in bello, filium in ſeruitate pariat, ſpectandum erit tempus partus, qui ſequitur ventrem, d. §. ſerui, Inſtit. de iu perſ. vbi glo.& in §. 1.Inſt.de ingen.l.partum, C.de rei vend. l. & ſeruorũ, §. ex hoc, ff.de ſtat.hom.ſimiliter ſi mater fuerit a ſeruiture liberata deinde efficiatur ſerua, ſi medio tempore fuerit libera, liberi naſcuntur filij Inſt.de ingen.§.ſed & ſi quis, & in d. §. ſerui, & l. ſeruorum, ff. de ſtat. hom. vnde homines in bello capti dicebantur ſerui de iure gentium, de iure autem ciuili efficiebatur dum homo liber patiebatur ſe vendi; ad hoc autem de iure antiquo multa requirebantur, Syluest.in glo.in §.penul. Inſt.de iu.perſ. primò, quod ſeruus eſſet maior annis 20. alias venditio erat nulla, d.§.ſerui, ſecundo, quod vendens participaret de precio ad ſuum non aliorum commodũ, ex glo. & Syl. in d. §. ſerui, tertiò, quod iſta participatio eſſet vera non ficta, quartò, quod emens non crederet illum eſſe liberum, ſed ſeruum, l. nam ideò, C.de liberali cauſa, quintò, quod vendens ſciat ſuam conditionem, ſe eſſe liberum, vel ſeruum, ſextò, quod vendat ſe per interpoſitam perſonam, l.liberis, § ſi quis ſciens, ff de liber.cau.quæ omnia colliguntur ex l. ſeruorum, ff.de ſtat.hom.& §.pen.Inſt.de iu.perſ.

C. Si ſer. expor. ff. de ſer. expor.

8 In venditionibus ſeruorum olim apponebantur quædam pacta, vt in tit. C.ſi ſeruus exportandus, & ff.de ſeruis export.& hoc erat dum eo pacto vendebatur, vt de loco in alium exportaretur ad contemplationem domini vendentis, quædã alia gratia ſerui apponebantur pacta, vt in tit.C.ſi mancipium ita venierit vbi ex edicto Diui Veſpaſiani cauetur ne Ancilla proſtituatur, & licet venderetur, tamen venditio nõ tollebat pactum, nec delictum remittebatur proſtitutionis, ita vendita retineretur in caupona, vt in l.eã quæ, C.eod.& hoc videtur appoſitum, vt honeſtas ancillæ venditæ ſeruaretur.

C. Si mancip. ita veniat.

9 Pluribus nominibus ſeruorum ſtatus demonſtratur; Dicuntur etenim mancipia, quaſi ab hoſtium manibus capta, l. 4. ff. de ſtat. hom.§.ſerui, Inſtitut.de iur. perſ. & extr. cap. 3.
10 de pignor. vel ita ad deſignandum eorum ſtatum, nam mancipia (ſecundum ius proprium Romanorum) erat quædam imaginaria venditio, cuius forma talis erat; Emptor ſerui libram æneam manu tenebat, & vocabatur libripens, coram quinq; teſtibus ciuibus Romanis, & iſta proferebat verba, *Ego hunc hominem, ex iure Quiritium, meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æreaq; libra*, deinde ære illo percutiebat libram, illudq; æs dabat ei, à quo accipiebat mancipium, quaſi loco precij. & omnis alia alienatio ſine hac ſolemnitate non poterat vſucapi, ex l. 12. tabul.& mancipi vocabantur, cæteri verò neumancipi, eodemq; iure cedebantur, & in iure huiuſmodi ceſſio talis forma ſeruabantur, is, cui res in iure cedebatur exiſtens apud Magiſtratum Populi Romani, vel apud Prætorem, vel Præſidem tenens manu (dum volebat illam ſibi vendicare) dicebat, *hunc hominem ego ex iure Quiritium meum eſſe aio*, deinde Prætor facta vendicatione, interrogabat cedentem, an contra vendicaretur, quo negante, aut tacitè; tunc enim, qui vendicauerat rem indicabat, idq; legis actio vocabatur, & ita res mancipij erat, quæ his duobus modis alienabatur, ex Boet. in comment. Topicorum Cicer. & ita etiam refert Albericus in ſuo Dictionario in verbo (mancipia) Inſt.de teſtamenti, §.1.& Doct.poſt glo.& Syluest.eod. quæ omnia ſublata fuerunt ab Imperatore, l.1.C.de vſucap. transferen. & in C. de nudo iure quir.tollẽ. licet Doct.communiter hunc tit. aliter intelligant, attamen ſecundum Alberic. in allegato loco, ita vt in propoſito intelligendum eſſe declarat per l. fin. C.de vſucap. transf. vbi innuit iam ſublatam eſſe differentiam inter mancipia, & neumancipia, & ex tenore rubricæ apparet, attamen propriè mancipes apud veteres erãt, qui ea forma alienabãtur, vt quędam ſolemnitas ſeruaretur, nexus, erat autem nexus ſolemnitas iuris, de qua ſup. diximus.

11 Sumitur autem hoc nomen in iure diuerſimodè, inde dicimus de mancipibus, hoc eſt de
paſtoribus, glo. in l. 1. C. de frument. vrb. Conſtantinop. lib. 11. & l. 1. C. de piſtor. lib. 12.
Mancipia aliquando pro familia, l. 1. C. de Epiſc. & cler. aliquando pro muneribus, l. qui-
dam, C. de decur. Mancipiola Eccleſiæ ſumuntur pro cellis, cap. caſellas, 12. q. 2. Nuncu-
pantur etiam ſerui alijs nominibus, ſecundum Syluestr. ad glo. in d. §. fin. Inſt. de iure perſ.
12 ſicuti veterani, & erant qui longo tempore in ſeruitute vixerunt. Nouitij, qui nouiſſimè ad
13 ſeruitutem venerunt, l. fin. ff. de edilit. edic. l. interdum, §. quoties, ff. de publicia. alij dicū-
14 tur Vicarij, & Ordinarij. quibus dominus conceſſit peculium, & negociari, ſecundum glo.
& Sylu. in §. tum autem, Inſt. quod cum eo, qui in alien. pot. peculium ſerui eſt, quod ſer-
uus domini permiſſum ſeparatim à rationibus dominicis, habet deducto eo, ſi quid domi-
no debetur, l. depoſiti, §. fin. ff. de pecul. dicitur ordinarius, quia habet ſub ſe alium, idest
Vicarium, glo. in ver. ſi is, Inſt. quod cum eo, §. tum autem. Vicarij ſerui ſunt, qui vices
15 Ordinarij gerunt, & ſubſtitutores, vt in d. §. tum autem, & ibi Syluest. per Alciat. l. vrbana.
16 ff. de verb. ſignif. Caſtaldi villici, ſeu factores alio nomine, Ordinarij dicuntur, glo. in d. §.
17 tum autem. Meſſenante eſt vile mancipium in naui, hoc eſt ad vile officium nauis deputa-
18 tum. Mediaſteni eſt pariter vile mancipium in domo, vt qui ad nutum omniū præſtò ſunt
ſeruiendum omnibus. Compediti, qui ſunt perpetuò legati ad fodiendum metalla, l. ſer-
19 uorum, §. pen. ff. de ſtat. hom. Dedititij, ſunt illi, qui dū viuunt ſunt ſerui, in morte efficiū-
20 tur liberi, quæ ſeruitus ſublata fuit, Inſt. de libert. §. Libertinorum, & in C. de dedit. libert.
toll. Latini alij erant, qui in morte erant ſerui, in vita manumiſſi, & eorum bona ad domi C. Dedititia liber. toll.
21 nos deuoluebantur, vt in C. de Latin. libert. tollen. Librarij ſunt illi, qui præerant libræ, C. Lat. libert. toll.
22 & ponderi ad cuſtodiam Inſularij, qui perpetuò in inſula detinebantur. Victores, qui vi-
23 ctis præponebant cauſam. Hæc & plura de ſimilibus leguntur, inde nomina imponeban-
tur, vel ab officio, vel à qualitate pœnæ, ſicuti Abricenſes, Calonei, Liſciæ, Topatiari,
24 Dietarij, Acquarij, Supellectuarij, Hoſtiarij, Scoparij, Saltuarij, Arcarij, & ſimiles ſerui,
vt dictum eſt, in poteſtate ſunt dominorum, l. 1. §. 1. ff de his, qui ſui ſunt, vel alien. iur. §.
in poteſtate, Inſt. eod. tit. & domini erant, vel particulares perſonæ, vel vniuerſitates, quæ
& plenum ius in libertate ſeruorum, & eorum bonis habebant, ſicuti particulares perſo-
næ, & domini habebant, vt in tit. ff. de libert. vniuerſit. Particularium autem dominorum, ff. Liber. municip. & aliar. vniuerſitat.
olim poteſtas erat maxima, & ſe extendebat ad vitam, & necem, quod inhumanum fuit
iudicatum, ideò ad beneficium ſeruorum contra dominos ſæuientes in ſeruos crudeliter,
tunc ad euitandam ſæuitiam concedebatur fugere, vel ad ſacras ædes, aut ad Principis ſta-
tuam, & confugientes, gaudebant priuilegio vindicationis, ſed ſi ex alia cauſa tunc confu-
giſſent puniebantur, ſed de his habetur in tit. C. qui ad ſtatuas confug. Poſtmodum verò
cautius fuit prouiſum, vt ſeruus in caſu ſæuitiæ poſſet tantum conuocare dominos in iudi- C. Qui ad ſtatuas confugiunt.
cium, & docta illorum ſæuitia cogebantur domini illi vendere ſeruum, & recipere preciū,
Inſt. eod. §. fin. l. 2. ff. eod. hoc ita fuit ordinatū in cauſa Diui Adriani conquerentis cum ma-
trona ſua, & ancillis. In cæteris verò caſibus (hoc excepto) ſi fugere contigiſſet, tam ſerui
fugientes, quam illos recipientes, maximum committebant ſcelus, graui pœna punie-
bantur, vt in tit. ff & C. de ſeru. fugitiuis. Tanta erat apud illos ſeruorum cura, quod nemi- ff. C. Seru. fugitiuis.
ni erat permiſſum ſub quouis colore alienos ſeruos corrumpere, hoc eſt illos de ſua vo-
luntate mutare contra commodum patroni, vt in tit. ff. de ſer. corrupt. & l. ſeruus ſeruum, §.
inquit lex, ff. ad l. Aquil. ff. Seruo corrupto.

Corrumpere dicitur, qui dolo malo perſuadet ſeruo, vt malus fiat, vel deterior, licet
ſit malus, quia non oportet laudando augere malitiam, ſiue bonum ſeruū, quis fecerit ma-
lum, ſiue malum fecerit deteriorem corrumpiſſe videbitur, & plura ſimilia declarantur, vt
29 in l. 1. 2. & 3. de ſer. corrup. Talis itaq; ſeruitutis effectus maximus eſt cū tollat libertatem,
quæ caput dicitur, ideò ſerui capitis diminuti dicebantur, caput hic pro poteſtate ſumitur
eſt autem capitis diminutio prioris ſtatus cōmutatio, §. 1. Inſt. de capit. dimin. & l. 1. ff. eod.
qui ſtatus circa tria verſatur, libertatem, ſcilicet ciuitatem, & familiam, ex glo. in d. §. 1.
Inſt. eod. at qui mutat dignitatem magis, quam ſtatum non dicitur capite diminutus, nec

ſeruus manumiſſus capite minuitur, quia ſeruus capite hoc eſt poteſtate caret, § ſeruus, §.
quibus Inſtit. eod. l. 3. ff.eod.ſed quando homines liberi ſub poteſtate aliena ſubijciuntur,
30 tũ capite diminuti ſunt. Triplex erat capitis diminutio, maxima, media, & minima, ma-
xima, qua quis amittebat libertatem, & ciuitatem, ſicuti ſerui pœnæ, & qui paſsi ſunt ſe
venundari, vel in ſeruitutem ſunt reuocati ob ingratitudinem, Inſt. eod. §.maxima, media
tollebat tantum ciuitatem, & contingebat de portatis, l. minor, ff. eod.& §. media. Inſtit.
eod.minima tollebat familiam tantum,ſicuti adoptatis eueniebat, nam adoptatus licet re-
tineat libertatem, tamen ſtatus mutatur, ita & filius familias à patre emancipatus. §.mini-
31 ma, Inſtit.eod.& de his plura in cit.tit.Inſtit.& ff.de capit. diminut. Porrò ſerui quibus li-
bertas condonabatur libertini appellabantur; ſunt autem, qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi
ſunt Inſtit.de libert. §. 1.& l. libertini, ff.de ſtat.hom.l.manumiſsiones, ff.de iuſt.& iur. fuit
32 olim differentia inter libertum, & libertinum, ſecundum Syluestr.in glo.in §.1.Inſtit. eod.
in verbo (ſeruitute) nam libertinus dicebatur manumiſſus, & eius filius ingenuus,ſed hodie
nulla eſt differentia niſi relationis, nam libertus dicitur reſpectu patroni, libertinus reſpe-
ctu ingenui; ſed notandum eſt requiri etiam hoc nempe. quod ſeruitus fuerit iuſta, alias
33 eſſet ingenuus, quia liberatio præſupponit ſeruitutem veram, ne actio reddatur inutilis.
Inſtitut. de ingen §. final. & glo.in §. primo in verbo (iuſta) eo autem nomine appellatur,
quia tanquam bene mœrentes de dominis dum fideliter illis ſeruierũt,libertatem ſunt con-
ſecuti, vel dicitur iuſta, quia ſimilis manumiſſio de iure gentium fuit inducta, vt ex d. glo.
& habetur in tit.Inſtit.de libertinis, ſed cum à ſeruitute, quis manumiſſione liberetur, illud
34 non eſt ignorãdum, quod manumiſſio nihil eſt aliud, quam datio libertatis, Inſt. de libert.
§. 1.& in d.l.manumiſſiones, dum itaq; dominus manumitrit ſeruum dat libertatem, quam
antea ſeruus non habebat, & dominus dedit, quod non habebat, ſecundum glo. & Sylu. in
35 d §. 1. Inſt.de libert.ſed melius (meo iudicio) dicitur datio libertatis, qua dominus ſeruum
priuauerat iure ita diſponente manumiſſione è domini poteſtate liberatur, & libertatem
conſequitur; ideò manumiſſio nuncupatur quaſi è manu hoc eſt poteſtate miſſus, & libera-
36 tus, vel ſecundum alios è manu tantum, nam dominus dum ſeruum manumittebat illum
manu ſua tenebat, & his vtebatur verbis, hominem liberum eſſe volo, & tunc ſeruus è ma-
nu domini exibat, ſecundum glo.& in addit.ad eam.in d.§.1.Inſt.eod.& latius de his in tit.
ff.de manumiſſ. & C.communia de manumiſſ.legitur ibi (communia) quia de pluribus do-
minis manumiſſionem concedentibus tractatur, l.1.in tit. C.de communi ſeruo manumiſſ.
37 vbi agitur de communibus, non de proprijs ſeruis. Accipitur autem manumiſſio duobus
modis, primò, pro emancipatione liberorum, vt in tit.ff.ſi à parentibus, quis manumiſſ. de
qua emancipatione, infra dicetur, ſumitur etiã pro datione libertatis, vt in propoſito,quæ
à iure gentium ſumpſit exordium, Inſt. de libert. §. manumiſſio, nam ſicuti ſeruitus de iure
38 gentium inducta eſt, ita & beneficium manumiſſionis, ex quibus colligitur, quod tres ſta-
tus hominum eſſe cœperunt liberi, & ijs contrarij ſerui, tertio libertini, qui deſinunt eſſe
39 ſerui, vt ex d. §. manumiſſio, fiebat autẽ talis manumiſſio pluribus modis, primo ex ſacris
conſtitutionibus in conſpectu Eccleſiæ hoc eſt Antiſtis,& populi cum aliqua ſcriptura vice
40 actorum Inſtit. de libert §.multis autem modis, inde Epiſcopus poteſt manumittere bene
mæritos de Eccleſia, & dat de ſuis proprijs bonis peculiũ illis, cap. Epiſcopus, 12.q.2.po-
teſt etiam manumittere ex cauſa miſerationis,cap.cum redemptor. 12.q.2, ſecundo modo
41 fiebat ex vindicta i. cauſa cognita coram Prætore vindicta hoc eſt vindex vitelliorum ſer-
uus, qui filios Bruti, primi Conſulis tractãtes de proditione patriæ, cum Tarquinio Super-
bo prodijt; primus beneficium manumiſsionis eſt conſecutus, ſecundum Syluest. ad glo.in
§.multis, inſt. de libert.& l.2 §.initium, ff.de orig.iu.Alciat.lib. 3.diſputat, cap. 14.qui te-
ſtatur vindictam virgam fuiſſe Prætoris, qua ter percutiebatur manumiſſus; & Prætor di-
cebat aio te liberum eſſe more Quiritum. Fiebat tertio modo inter amicos coram quinq;
teſtibus, vel per epiſtolam, aut quamlibet aliam vltimam voluntatem, vt in tit. ff. de manu-
42 miſſ. vindic.& C.de vindic.libert.vbi fauore libertatis, libertas data ex falſa cauſa non re-
ſcinditur, vt in l. 1. & ſeq. C. eod.& §.fin. Inſt.quibus ex cau. manumitt.& tunc fieri poteſt

Inſtit.& ff. de capit. diminut.

Inſt.de Libertinis.

ff. De manumiſſ. C. Cõmunia de manumiſſ.

ff. Manumiſſ. vindic. C. Vindic. libert.

manu-

Digitized by Google

manumiſſio apud Præſides, & magiſtratus, ſecundum l. fin. C. eod. & in his intelligitur de
43 manumiſſione facta cauſa cognita; fit etiam manumiſsio teſtamento, vt in tit. C. de teſta- ff.
ment. manumiſſ. & ff. de manumiſſ. teſtam. ſunt & alij modi manumittendi, de quibus in §. manumiſſ.
multis modis, inſt. de libert. l. fin. C. communia de manumiſſ. & in tit. C. quibus ex cau. ſerui teſtam. C.
pro præmio libertatem accipiant, Auth. de mancip. §. 2. col. 3. & in auth. de monach §. 3. Teſtamen. manumiſſ.
col. 1. C. de lat. lib. tol. Auth ad hoc, & in toto tit. ibidemq; plures enumerantur cauſæ ma- C.
44 numitendi. Inde triplex fuerat conditio manumiſſorum, ſeu libertinorum. Quædam erat Quib. ex cau. ſerui.
dedititia, latina, & ciuitas Romana, hinc deditititij erant, qui ſine venditione ſe reddebant
Romanis, & quandiù viuebant ſerui erant, & poſt mortem libertatem recipiebant vt ſupra
diximus, nec dicebantur ſerui, quia libertatem omnino ſperabant, ſic erant quodammodo
liberi, ſed ſeruire tenebantur. Latini contrarium ſeruabant, qui toto tempore vitæ erant
liberi, ſed in morte eripiebantur in ſeruitutem, & hærede carebant, Inſtit. de ſucceſſ. libert.
& in d. tit. C. de lat. lib. tol. numerantur caſus duodecim, vel treſdicim in quibus olim fie-
45 bant latini, hodie tales manumiſſiones deſierunt, Prætores, & domini diuerſimode liberta-
tes concedebant, aliquando deambulando, Inſtit. de libert. §. ſerui verò, vel dum balneum,
46 vel theatrũ petebant in ſignum letitiæ, aliquando refugio Eccleſiæ, dum ad Eccleſias con-
fugiebant, tunc .n. Epiſcopus plebe præſente manumittebat, & eandem conſequebantur C. Qui ad Eccleſ manumit.
libertatem, ac ſi iudex manumitteret, vt in tit. C. qui ad Eccleſ. manumitt. & ad veram ma-
numiſsionis conſecutæ probationem ſcriptura ſigillo munita opus erat. Fiebant etiam li-
beri ſerui, ſine manumiſsione, veluti ex diſpoſitione legis, vt ſi venditor ea conditione ven-
didit, vt poſt certum tempus fiat liber, vel ſi dominus haberet ſeruum pro derelicto videns ff. Qui ſine manumiſſ. libert.
illum grauiter ægrotum dimiſiſſet, vt in tit. ff. qui ſine manumiſ. ad libert. peruen. Posteas
47 manumittendi regulariter apud dominos eſt, vnde qui dominus non eſt, manumittere non
poteſt, ſic nec tutor, aut Curator, vel Procurator, niſi in caſu, l. 1. § fin. C. de his, qui à non
domino; ſecundario fieri etiam poteſt à Collegijs legitimis, Senatus Conſultis, vel conſtu- C. De his qui à nõ domino.
turionibus, & à Prætoribus, & alijs, vt ſupra, cauſa cognita. Quæritur etiam quibus dan-
48 da eſſet huiuſmodi libertas manumiſsione illis autem, qui minores erant 20. annis, tàm
maſculis, quàm fœminis paſsis ſe venundari concurrentibus alijs requiſitis non dabatur li-
centia proclamandi ad libertatem, vt in tit. C. quibus ad lib. proclam. non eſt neceſſe. Pro-
49 clamare dicitur, cum quis, de iniuſta ſeruitute conqueritur, & ad ſuperiorem recurrit, l. ſi C. Qui ad libert. pcl. nõ eſt neceſſe.
quis in libertatem, C. eod. & l. 2. ff. de colluſ. detegen. quot autem modis iſta dictio ſumatur,
vide Archid. in cap. vt inquiſitionis, de hæret. lib. 6. in verbo (proclamantibus) habet locum
in his, qui paſſi ſunt venundari, & iſti, tamquam indigni à libertate remouebantur, & mos
erat declarare aliquem eſſe manumiſſum procla. Manumitti poteſt etiam ſeruus Reipub. ſi
alius loco illius fuerit datus, vt in tit. C. de Seruis Reipub. manumiſ.
50 Poteſt fieri manumiſsio quouis tẽpore, & omni loco Inſtitur. eod. §. ſerui, nec eſt neceſ- C. De ſeruis Reip. manumiſſ.
ſe, vt iudex ſedeat, quia hoc eſt voluntariæ iuriſdictionis, & pendet ex mero domini arbi-
trio, l. 2. ff. de off. proconſ. & legat.
51 Multis ex cauſis ſerui, abſq; alia ſolemnitate conſequebãtur, ex lege manumiſsionem;
primò, ſi dominus eiecisſet ſeruum ægrotum, ſecundò, ſi ancillam dominus vendidiſſet, vt
proſtitueretur, tertiò, ſi ſemipileati funus defuncti præceſsiſſent, quartò, ſi eum expreſiſſet
eſſe latinum, quintò, ſi ſub cõditione relicta libertate hæres ante conditionem manumiſiſ-
ſet, ſextò, ſi iud. liberali à domino ſuperatus fuiſſet, & pro eo domino ſolutum fuiſſet, &
ipſe poſtea recepiſſet, ſeptimò, ſi ancillam ſuã alicui libero maritauerit, octauò, ſi in actis
ſeruum nominauerit filium, nonò, ſi dominus inſtrumenta ſeruitutis, coram teſtibus reddi- C.
diſſet illis, l. vnica, §. ſed ſumus, C. de libe. decimò, ſi ita fuiſſet alienatus ſeruus, vt liber eſ- Si mancip. ita fuer. alien.
ſet, ſecundum conſtitutiones Diui Marci, & Commodi, & edictum Diui Maximi Antoni-
nĩ, vt in tit. C. ſi mancip. ita fuerint alienata, efficiebatur etiam liber iure poſtliminij, de
quo infrà ſuo loco agemus.
52 Sunt, & aliæ cauſæ quibus dominus cogitur manumittere ſeruum, Inſtit. Quibus ex cau. Inſt. quib. ex cauſ. manumit.
manumitt. non licet, & eadem lege per totũ, & ibi à glo. iſti enumerantur; primo ſicut pater, cet.

lium, & filiam, ſic mater, filios, & è contra filij parentes tenentur manumittere; Secundò, frater fratrem, ſororem, vel ancillam: Tertiò, diſcipulus magiſtrum, ſic nutricem educatus: Quartò, alumnus alumnam, & collectaneum: Quintò, ſeruum procuratoris habendi gratia, & talis ſeruus, qui manumittitur non minor ſit 17. annis: Sextò, ancillam manumittit dominus matrimonij cauſa, & intra ſex menſes in matrimonium ducere debet, ex d § ea lege, & glo. ibi declarat iſta nomina. Pedagogus eſt, qui ab initio inſtruit pueros à pedos, quod eſt
3 puer, & ago, quod eſt ducere, quaſi ductor, ſiue gubernator puerorum, vel à pais picer, & à goges dicitur: Alumnus eſt ſignificationis paſsiuæ, & eſt quem, vel quam dominus aluit, licet, ſecundum Sylueſt. ibi actiuam etiam ſignificationem habeat per glo. & Doct. in l. 1.
4 C. quæ res pign. obl. poſſ. & quis propriè dicatur alumnus, vide Doc. in l. legem, C. de pactis in princ. Collactaneus eſt, qui ſimul mecum lac ſuxit, glo. ibi quem fratrem Bononienſes appellant, & tunc verum eſt, quod manumittitur dummodo habeat plures ſeruos, per l. ſi collectaneus, ff. de manumiſ. vendic. de Procuratore intelligitur ad lites, & cauſas, licet de iure Canonico requiratur ætas 25. annorum, cap. qui generaliter, de procurat. lib. 6. tamen de iure ciuili iſta ætas 17. annorum ſufficit, in addit. ad glo. in ver. (decem ſeptem) & §. cum ergo, Inſt. quibus ex cauſ. manum. lic. & l. 1. ff. de poſtul. Ante huiuſmodi leges ex
55 quadam l. fuſia caninia ſerui non recipiebant libertatem, niſi vſq; ad certum, & determinatum numerum, ita legitur apud Caium in lib. 1. Inſtit. tit. 1. quod qui habebat duos ſeruos poterat ambos illos manumittere, qui habebat tres, duos tantum, qui quatuor, ſimiliter duos, qui ſex, tres, qui octo quatuor, qui decem, quinque vſq; ad 18. & qui decem, & octo, ſex, & ab hoc numero, vſq; ad 30. tertiam partem, & à 30. vſq; ad centum, quartam partem, & ab inde ſupra quintam partem, dummodo numerum centenarium non excedant, ex glo. in d. §. 1. Inſt. de l. fuſ. Canc. toll. ratio, ſecundum Suetonium in vita Auguſti talis inſtitutionis fuit, ne Romana Ciuitas ſeruili ſanguine pollueretur, nam ſi omnes manumitterentur matrimonio inito plures generarentur ex eis filij, vel quia deſereretur cura rei ruſticæ, cui ſerui erant aſcripti, edicta fuit hæc lex, ſecundum Syluestr. ad glo. in d. §. Inſtit. à Fuſio Canino, per Alciat. in l. verbis legiis, ff. de ver. ſig. Fuſij, & Valerij, apud veteres appellabantur Furij, & Valeſij, l. 1. verſ. inde Appius, ff. de orig. iu. ſed Ant. Aug. Hiſpanus cenſet a Furio, & Caninio rogatam fuiſſe, quæ ambo ſunt familiæ Romanæ, at cum lex videretur continere iniquitatem contra libertatem, ideò dicit, glo. in d. §. vnico, Inſt. fuit verò appellata Canina fortè ab eo, qui canis nominabatur, cum lex iſta canis naturam ſeruare videatur, qui (vt ait glo.) dum ſtat cum palea, nec ſibi poteſt habere paleam, nec alios permittit accipere, ita nec ſibi poterat retinere ſeruos, quia moriebantur, nec libertatem patiebatur eis dari, vnde, vt nomen eſſet conueniens rei, Canina fuit appellata, nam nec teſtamento permittebatur, vt libertas daretur, ſic in vita certus numerus, tantū manumittebatur, morientibus autem licentia adimebatur, quæ quidem abolentur, in d. §. vnico, Inſt. eod. cæteræ verò cauſæ declarantur, in tit. Inſt. quibus ex cauſ. manum. licet. Regula tamen

Inſtit. de l. fuſ. can. toll.

56 eſt, quod vnicuiq; volenti licebit manumittere, Inſt. eod. §. 1. niſi à lege ſit prohibitum, vt quando alienatio, ſeu manumiſſio fieret in fraudem creditorum, quod fieri non poteſt, §. licet Inſt. Quibus ex cau. manumit. &c. & §. in fraudem, vt in tit. C. qui manumit. non poſſint in frau. cred. & ff. qui & à quibus manumittitur.

C. qui manumitt. non poſſint in frau cred. ff. qui & à quibus manu mitt.

57 Conditiones manumittentis traduntur, in d. tit. Inſtit. Quibus ex cauſ. man. lic. & diuerſimodè etiam ſeruabatur in manumiſsione; vt in §. eadem lege, & §. ſeq. Aliquando tamquam benemeriti de eorum dominis manumittebantur, vt in tit. C. quibus ex cauſ. ſeru. pro
58 præm. libert. accip. & numerantur quatuor caſus ſpeciales, vt ſi ſeruus necem domini ſui vendicauerit, ſi falſificantes monetas publicauerit, vel in publicum detulerit, ſi raptores Virginum pariter in iudicium detulerit, & deſertores militiæ accuſauerit, libertatem conſequitur, in d. tit. C. Datur etiam manumiſsio illis, qui ſub pignore ſunt, & verſunt ſub generali bonorum obligatione, vt in tit. C. de ſeruo pignori dato manumiſſio. Quibuſdam alijs pœnitus erat interdicta manumiſsio, ſicuti damnatis ad perpetua vincula, nec damnatis ad tempus durante pœnè tempore, nec ſi à teſtatore, pro pœna fuerit prohibitum manumitti, ex tit.

C. quibus ex cau. ſeru. pro præmio.

C. ſeruo pig. dat. manumiſſ.

59 ex tit. C. qui non poſſint ad liber. peruen. Alijs autem dabatur libertas ad tempus, & tunc C. qui nō poſſ. ad liber. peruen.
60 conditione adueniente efficiebatur liber, vt in tit. ff. de ſtat. liberorum, vbi colligitur, quod
ſtatus libertinorum, olim erat tripartitus, primò, quidam ex manumiſſione conſequeban- ff.
tur maiorem, & iuſtam libertatem, & fiebant ciues Romani: ſecundò, alij conſequebantur de ſtat. li-
minorem libertatem, & efficiebantur ciues latini, vt ex l. Iulia Narbonenſi: tertiò, quidam ber.
conſequebātur inferiorem libertatem, ex l. Aelia ſentia, qui erant de numero deditiorum,
qui toto tempore vitæ erant ſerui, & liberi in morte fiebant, & iſtorum erat peſſima con-
61 ditio, §. libertinorum, Inſtit. de libert. Tenentur liberti obſequia præſtare dominis ſuis, &
filijs, alias poſſent à dominis puniri, vt in tit. C. de libert. & eorum libertis, libertus autem C. de libertis
62 dicitur, qui ex ſeruo factus eſt liber 12. q. 2. de libertis. Adimitur libertas multis alijs mo- & eorum
dis, vt in tit. ff. de adempt. libertatis. ſ. ſi ſeruus poſt manumiſſionem ſit accuſatus de adul- liber. ff.
terio, cum domina ſua, Inſtit. de hæred. inſtituen. §. ſeruum, ſecundò, in ſeruo, qui ab vxo- adempt. li-
re adultera, ſeu accuſata de adulterio fuit manumiſſus, nā talis vxor non poteſt ſeruos alie- bertatis.
nare, vel manumittere intra certum diem ſexageſimum, ſcilicet, & hoc ne ſerui quæſtioni
ſubducantur, ex l. proſpexit, ff. qui, & à quibus manumiſ. tertiò, in caſu legis fuſiæ, tàm ex
perſona domini, quàm ſerui, vt in caſu, quo libertas habetur pro non data, l. qui pœnè,
ff. de manumiſ.
63 Datur actio manumiſſo ſe tuendi in ſua libertate, & hoc ius dicebatur liberalis cauſa, &
64 attenditur quaſi poſſeſſio domini, & ſerui, vt in tit. ff. & C. de liberali cau. erat .n. vſus quo-
tidianus, vt liberalis cauſa exerceretur per quoſdam, qui dicebantur aſſertores aſſerentes ff. C.
ſeruos eſſe liberos, quæ poſtea fuit ſublata, & reducta, vt per ſolitos procuratores cauſa tra- liber. cau.
ctetur, vt in tit. C. de aſſertio. tollen. C.
Si contigerit inter dominum, & libertum controuerti de ingenuitate, vt quia libertinus aſſertione tollenda.
alicuius alio agente ad libertatem dicatur pronunciatus ingenuus poterit patronus conuo-
care ſuum libertum, & ſeruare ea, quæ ibi traduntur, vt in tit. ff. ſi libertas ingenua eſſe di- ff.
catur, vbi traditur regula, quod ſi libertus fuerit in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, vt quia ſi liber. in-
non præſtitit debita ſeruitia, libertus tunc pro eo debet pronunciari, alias ſi dominus fue- gen. eſſe
rit in quaſi poſſeſſione, pro domino pronunciandum, vt in d. tit. habetur. dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Ingenuus quis ſit.*
2 *Libertas quid ſit.*
3 *Libertas hic quomodo ſumatur, & 9.*
4 *Libertas quot modis ſumatur.*
5 *Libertatis appellatione quid veniat.*
6 *Libertatis ſpecies.*
7 *Ingenuus quot modis ſumatur.*
8 *Ingenuus quomodo conſeruetur.*
10 *Reſtitutus natalibus quis dicatur.*
11 *Poſtliminium quid ſit.*
12 *Quare dicatur poſtliminium, & 15.*
13 *Limen quid ſignificet.*
14 *Poſtliminij effectus qualis.*
16 *Quot modis quis efficiatur ingenuus.*
17 *Sententia habetur pro veritate.*

DILVCIDATIO SECVNDA DE INGENVIS.

1 POST ſeruorum ſtatum Ingenuorum conditio ſequitur, de his in Inſtit. de Ingenuis, nam correlatiua videntur, eſt autem Ingenuus, qui ſtatim, ac natus eſt liber exiſtit, ſicuti natus ex duobus ingenuis matrimonio coniunctis, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altera ingenua, Inſtit. eod. tit. de Ingenuis, §. 1. & l. ſeruorum, §. ingenui, ff. de ſtat. hom. li-
2 ber dicitur, quia libertatem habet, eſt autem libertas naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi cum quid vi prohibetur, aut iure, vt in l. libertas, ff. de ſtat. hom. & Inſtit. de iu. perſ. §. & libertas. Quare notandum eſt, quod homo à natura factus eſt liber, ita vt poſſit cogi alieno arbitrio ad aliquid agendum, §. ſeruitus, Inſt. de iu. perſ. & ita di-

3 ita dicendum erit, quod iſta libera facultas conſiſtit in agendo, vt hic in propoſito nam à
natura quilibet ita factus eſt, vt poſſit ſe ſuo libito gubernare, ex d. §.ſeruitus, attamen iſta
libertas tollitur ſeruitute, vt dictum eſt, ſed in eo conſeruatur libertas voluntatis, tollitur
autem executio tantum libertatis ex quibus demonſtratur effectus ſeruitutis, ex glo.in verbo (libertas) Inſt.de iu,perſ.§.libertas.

4 Sumitur itaq; libertas pluribus modis, aliquando pro primæuo ſtatu hominũ, antequam
ius gentium inſtitutum eſſet, ex d.l.libertas, & ita ſumitur in definitione, & in fauorabilibus, & ita ineſtimabilis res eſt, l. libertas, ff.de reg.iu.& nil ea in vita noſtra reperitur gratius, l. Paulus, §.1.ff.de fideic.lib.aliquando idem eſt, quod laxitas, l.quod .n. ff. de acquir. rer. domin. & intelligitur etiam de brutis animalibus, Inſtit.de rer. diuiſ. §. planè:Sumitur etiam pro emancipatione, l.fin. C.de ſent.paſſiſ.item libertatis appellatione cõtinetur Ci-
5 uitas Romana, l. vnica, C. de latin. liber.toll.aliquando libertas dicitur hoc eſt facultas, l. lenones, ff.de ſpect.eſt etiam libertas nulli ſeruire neceſſitati, Bal.in tract.de ſe his,col.8.& eſt generale nomen, quod non ſolum intelligitur de homine, ſed de omnibus rebus etiam inanimatis, vt libertas in ſeruitutibus vrbanis, & prædiorum ruſticorum, vt in tit.ff.de ſeruit.de quibus infrà, necnon cenſum debitum non ſoluere dicitur libertatis vſurpatio, Bal.
6 in l. plures, C.de fide inſtrument.porrò triplex eſt libertas, ſecundũ Bal.in d.l.libertas prima intelligitur pro intẽtione,& volũtate,in homine,& creatura rõnali, vt eſt liberi arbitrij voluntas, quam homo tollere non poteſt, ſecunda eſt operis, vt dum dicitur, quod eſt plurimũ poſſe in his, quæ decet poſſe, tertiò, ſumitur pro ſtatu, vt ſupra de ſeruitute dictũ eſt.

7 Conſiſtit libertas in explicatione quorumlibet actuum poſſibilium, nam circa impoſſibilia, & illicita non verſatur, ſecundum Bal.in d.l.libertas, per l.fin.C.de ſent.paſſ.Dicitur
8 verò ingenuus multis modis, primò, qui naſcitur ex matre libera, patre verò ſeruo, Inſt.de Ingen. §.ſed & ſi quis;ratio eſt, quia ſtatus vteri conſideratur, l. partum, C. de rei vend. & non ſequitur patrem de iure longobardorum, quod ſemper in partem deteriorem: Secundò, dicitur Ingenuus natus ex muliere libera, & certa, patre verò incerto, & vulgo conceptus, & ſufficit matrem fuiſſe liberã eo tempore, quo naſcitur, licet ancilla conceperit, alias ſi libera conceperit, deinde facta ancilla pariat, Ingenuus naſcitur, ne calamitas matris noceat filio, quod intellige, vt medio tempore fuerit libera, ſecus autem partus ſequitur ventrem, Inſt. eod. d.§.ſed & ſi quis.

Conſeruatur etiam Ingenuus, quamuis ſit effectus ſeruus, & deinde manumiſſus ſit, Inſtit.de leg. §. fin. licet de iure veteri requiratur, quod poſt manumiſsionem per quinquen-

ff. ſi liberi in gen. eſſe dican. C. Ingenuis manumiſ.

9 nium ſtaret in libertate, vt in tit.ff.ſi liberi Ingen.eſſe dican.tamen hoc hodie non ſeruatur, per l. fin. C. vbi cauſa ſtat. agi opportet olim autem ſeruabatur, vt nato filio nomen eius ſcriberetur, cum annotatione anni Domini, & preco canebat Lucium eſſe natum, & ingenuum, ſi nullus cõtradiceret Ingenuus habebatur, vt in tit.C.de Ingen.manumiſ.ibi .n. declaratur, quod Ingenuus, per manumiſsionem non amittit ingenuitatem, & poterat olim, vſq; ad quinquennium repetere, ſed hodie perpetuò, vt dictum eſt Princeps etiam poterat

ff. natalib. reſtituere.

libertinum reſtituere ad ingenuitatem, vt in tit.ff.de natal. reſt. eo quod nemini licet liberum hominem inuitum detinere, & hoc eſt priuilegium liberi hominis, vt in tit.ff.de libe-
10 ro homine exhibendo, de quo ſ. de interdictis dicemus; reſtitutus natalibus eſt, quia in illis omnes naſcebantur liberi in ſpecto iure naturali, non illis in quibus eſt natus, ex glo. in l.interdũ, ff.de natal.reſtituen.veluti ſi libertinus meus natus ex ancilla mea, & poſtea manumiſſus à me impetret à Principe natalis reſtitutioné, tunc efficitur Ingenuus, quoad omnia ex priuilegio Principis. Reſtituitur etiam poſtliminio, vt in tit. ff. de poſtlim. reuerſ.

ff. captiuis,& poſtliminio reuerſis.

11 Eſt autem Poſtliminium ius ammiſſum rei recipiendæ ab extraneo, & in priſtinum ſtatum reſtituendæ inter nos, ac liberos populos, regesq; moribus, legibus conſtitutum, nam quod bello amiſimus, aut etiam circa bellum hoc ſi rurſum accipiamus dicimur poſtliminio recipere, idq; naturali æquitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab alijs detinebatur is vbi in fines ſuos rediſſet priſtinum ſuum ius reciperet, ex l.poſtliminium, ff.eod.Inſtit.quibus mod. ius pat. pot. ſolu. §.ſi ab hoſtibus, & ibi redditur ratio, quod poſtliminium fingit,

cum

eum qui captus eſt in ciuitate ſemper fuiſſe; dictum eſt autem poſtliminiũ à limine,& poſt,
vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines ſuos poſtea reuerſus, poſtliminio reuerſum
rectè dicimus, nam ſicuti limina in domo finem quendam faciunt, ſic & imperij finem li-
13 men eſſe veteres voluerunt, hinc & limen dictum eſt quaſi finis, & terminus, ab eo poſtli-
minium dictum eſt, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat, ex d.§.ſi ab hoſtibus.
14 Poſtliminium habet duo capita, primò, quod reuerſus recuperat omnia ſuper veritate,
15 ſecundò, quod ſemper in ciuitate fuiſſe fingitur, ex Syueſt.ad glo. in d.§. ſi ab hoſtibus, vbi
dicit poſtliminium dictum à poſt; & liminum auctore Seruio, & productionem eſſe verbi
ſicuti dicitur in infinitimo legitimo non plus eſt timo, quam in meditullio tulliũ, ibidemq;
declaratur, qui gaudeant beneficio poſtliminij, vt in allegatis titulis, & legibus. Fit autem
16 Ingenuus multis modis, primò, natiuitate, vt dictum eſt, ſecundò, ſententia iudicis, l.in-
17 genuum, ff.de ſtat.hom.ratio eſt, quia ſententia habetur pro veritate, & hoc eſſet, quando
dubitaretur de Ingenuitate, tertiò, fit reſtitutione natalium, l.2.ff.de natalibus, reſtit.l.pa-
trono, §.fin.ff.eodem, quartò, indulgentia principis, d.l.patrono, §. fin. quintò, ex legato
facto, vt ſi dominus ancillæ dixerit, qui naſcetur ex ancilla mea vtero gerenti ſit liber, vt
in l.cum Silleianum, C. de his quibus, vt indigh. & alter caſus, in l.cum inter, C. de fidei-
commiſ. libert. quod ſi dominus dederit fideicommiſſariam libertatem, vel directam filio
exiſtenti in vtero ancillæ ſuæ, natus erit Ingenuus.

SVMMARIVM.

1 *Mulierum appellatione quid veniat.*
2 *Pro quibus rebus ſumatur mulier.*
3 *Quare dicatur mulier.*
4 *Fœmina quid ſignificet.*
5 *Virgo qualiter conſideretur in iure.*
6 *Quare dicatur Virgo.*
7 *Quando virginitas ſit violata.*
8 *Coniugatus quis dicatur.*
9 *Quæ præcedant coniugium.*

DILVCIDATIO TERTIA DE MVLIERIBVS.

SECVNDA diuiſio perſonarum eſt ratione ſexus, nam Ingenui, aut ſunt
maſculi, aut fœminæ, eademq; ratio eſt de omnibus perſonis, primò, itaq;
de fœminino ſexu quatenus in iure fuerit cognitus dicetur.
1 Mulierũ appellatione veniunt omnes fœminini ſexus, l.argumento, §.
muliebri, ff. de aur. & arg.leg & propriè refertur etiam ad corruptam, l.
alioquin, ff. de contrahen.empt l.quæritur, ff.de ædilit.edic. propriè mu-
lier dicitur, quæ eſt viripotens, l. mulieris, ff. de verb. ſig. & glo. ibi declarat, quod tribus
2 modis ſumitur mulier, primò, pro omni fœmineo ſexu, etiam in infantili ætate, ex d. l.ar-
gumento, ſecundò, pro viripotente, quæ expleuerit duodecimũ annum, Inſtit.quibus mod.
tut.finiat.in princ.& tit.de nuptijs in princ.ſiue corrupta, ſiue virgine, tertiò, pro corrupta
tantum, vt in d.l. alioquin, & inde appellatione mulieris venit corrupta, in l. quæritur, §.
mulierem, cum glo.ff.de ædil.edic.l.exempto, §.ſi quis virginem. ff.de act.empt.& cap.nec
aliqua, 27.q.1.& quando intelligatur corrupta, vel virgo, vide Bar.in l.ſeruis, ff. de legat.
3. vbi declarat, quando cognoſcendum ſit, quod nomen vir, & mulier ponatur largè, vel
ſtrictè, etſi adiungatur aliquid indiuiduo, vt berta mulier, tunc pro corrupta, ſi ſimpliciter
3 tunc largè ſumitur, & mulieris nomen cõtinet omnes, qui ſunt fœminini ſexus. Dicitur mu-
lier à mollicia mentis, & inconſtantia, cap.quod propoſuiſti, 32.q.7.& cap. forus de verb.
ſignif. §.fin. vbi glo. vulgare dictum profert varium, & mutabile genus mulierum.
4 Fœmina eſt nomen generale habens relationem, etiam ad animalia irrationalia, ſed vſi-
tatius eſt de genere humano, l.2.C.de his, qui ven.æta. impetr. Subit mulier onera perſo-
nalia, quæ ei congruunt in loco mariti, patrimonialia vbi patrimonium adeſt, l. vnica, C. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.
de mulieribus, in quo loco munera ſexui congruent, vel honores agnoſcunt; lib.10.& l.filij,

§. vidua

§.vidua, ff. ad municip. Mulierum ſtatus tripliciter conſiderari poteſt, vt pro virgine coniugata, & ſoluta, & de his plura dicenda eſſent, tamen cum titulorum ordinem ſequamur, ideò de illis mulieribus dicetur, de quibus ſpecialiter rubricatur, ne vocabularium potius, quam terminorum dilucidationes amplecti videamur.

5 Virgo conſideratur, vt in rit. C. de rapt. virg. de quo in libro V. de delictis dicemus, ac in præſentia, pro huius termini declaratione, Virgo eſt, quæ virum non cognouit, ideò vxoris virginitas probatur per inſpectionem linteaminis ſanguinolenti, glo. notabilis, & ſingularis, in cap. hæc imago, 24.q.5. Alex. in l. item apud §. ſi quis virginem, ff. de iniurijs,
6 & accuſatus de ſtupro, ſi ſigna virginitatis manent, abſoluitur, Felyn. in cap. cauſam, de probat. num. 4. Dicitur virgo, vel quia de viro ſumpta eſt, vt in princ. Hiſtoriæ eccleſiaſt. vel quia viridis eſt, tamquam expers contagionis integritas, ſecundum Ambroſium in lib. de virginibus, & Auguſti. lib. de nupt. ait Virginitas eſt in carne corruptibili perpetua in
7 corruptionis meditatio, ideo Virginitas conſeruatur in mente, & in corpore; At ſi puella infans, vel minor decem annis, aliquod carnale commiſerit non perdit virginitatem, ſi non eſt in ea conſilij deliberatio, cum talis actus patiatur delectarionis impetum, quod intelligitur in mente, ſed quando probanda eſt virginitas, tunc conſideratur potuis in corpore, quam in mente, vt in cap. ſicut .n. cap. ſi Paulus, 32.q.5. illa dicitur virgo mente, & nõ corpore, quæ ſine conſenſu tolerat, quæ alius violenter operatur. Virgo, & mente, & corpo-
8 re dicitur glorioſa virginitas, ex d. cap. ſicut .n. 32.q.5. Alter ſtatus mulierum eſt coniugatorum, nam coniugatus illæ eſt, qui viro, vel mulieri lege matrimoniali eſt alligatus Inſtit.
9 de pat. pot. §.1. & l.1. ff. de ritu nupt. & 27. q. 1. §.1. Talis ſtatus coniugatorum duplex tempus habet, vnum, quod eſt ante matrimonium ratum, quo ſponſalia de futuris nuptijs contrahuntur, aliud poteſt, in quo ſponſalia per mutuum conſenſum, de præſenti rata habentur, & deinde matrimonium copula conſumatur. Verum, vt ordinem ſequamur, cum ſponſalia præcedant matrimonium, ſic prius de illis, deinde de coniugio tractabimus.

SVMMARIVM.

1 Sponſalia quid ſint.	*7 Quando contrahantur per procuratorem.*
2 Sponſus quis dicatur.	*8 Conſenſus, à quo ſit præſtandus an vnus pro alio.*
3 Sponſæ appellatione quid veniat.	*9. Tutor an præſtet conſenſum pro pupilla.*
4 Sponſus quare dicatur.	*10. Differentia inter matrimonium, & ſponſalia.*
5 Sponſalia quot modis fiant, & nu. 11.	*12. Quæ ætas requiratur.*
6 Quibus verbis fiant.	

DILVCIDATIO QVARTA DE SPONSALIBVS.

§ C. de ſponſalibus.

1 SPONSALIA ſunt futurarum nuptiarum promiſſio, l. 1. ff. de ſponſalibus, & l. 2. & l. 3. ff. eod. apud antiquos ſpondebantur vxores futuræ, d. l. 2.
2 vt adueniente certo tempore, vel conditione, vt in d. tit. ff. de ſponſal. cit. iurib. Sponſus dicitur, qui nodum eſt maritus, l. 1. §. eſt quæſtio, ff. pro
3 dot. ſic appellatione ſponſæ continetur, quæ promiſſa eſt, vxor eſt habito conſenſu de præſenti, 27.q.2. ſufficiat, appellatione maritatæ in odioſis non venit ſponſa, ſecus in fauorabilibus, l. non ſine, C. de boniſq; lib. glo. in inſt. de nupt. § ſi vxor in ver (nurum eſſe) ſponſa patris dicitur nouerca filij, & ſponſa filij nurus patris, Inſt. de nupt. d. § ſi vxor, vbi glo. & quando dicatur vxor, & quando ſponſus, vide l. vxores,
4 ff. de his, qui not. infam. & cap. 3. loco de præſumpt. cap. quapropter, 27. q. 2. & ſponſalia dicta ſunt à verbo ſpondeo, l. 2. ff. eod. Contrahuntur ſponſalia de futuro quinq; modis,
5 primò, ſimplici ſponſione, vt dum dicitur, accipiam te in meum, vel in meam, cap. ſi inter, extr. de ſponſal. & ſufficit nudus cõſenſus de futuro inter præſentes, inter abſentes con-
6 trahi poſſunt per epiſtolam, l. ſufficit nudus, ff. eod & poſſunt contrahi per procuratorem, l. fin. ff.

Digitized by Google

7 l.fin.ff.eod.ſed non ſic matrimonium, vt per glo. in d. l. ſufficit in ver (conſtat) quia non eſt
neceſſaria aliqua ſcriptura, l. ſponſalia, ſicut ff. eod. ſed ſufficit conſenſus contrahentium,
quoniam, vt ait Iulianus, ſponſalia ſunt nuptiæ, conſenſu contrahentium, de futuro, in d. l.
8 ſufficit, & l. in ſponſalibus contrahendis, ff.eod.qui conſenſus debet eſſe contrahentiũ, nam
9 pater pro filio, vel filia ſponſalia contrahere non poteſt, l.filio familias, ff. eod. nec minus
tutor pro ſua pupilla, l.tutor, ff.eod.ſed intelligitur actus, vt intelligãt, quid agunt, ſecun-
10 dum glo.in d.l.in ſponſalibus contrahendis, §.quapropter, attamen dicẽdum, quod ſpon-
ſalia ſicut Nuptiæ conſenſu contrahentium fiunt, ideò ſicut nuptijs, ita ſponſalibus filiã fa-
milias conſentire oporret, ex l.ſponſalia, l. 2.ff.eod.Secundò, fiunt fidei datione, vt in cap.
11 2. extra eod.tit.& c. is qui fidem; Tertiò, & iuramento interpoſito, c. ex literis, c. de illis,
extr.eod.Quarto, dum dantur arræ ſponſaliriæ ſ. pecuniæ, vel aliæ res, l.arris, C.de ſpon-
ſal.Quintò, annuli ſubarratione, cap.tuæ, extr.de deſponſ.impub.Requiritur præterea ætas
12 ſeptem annorum, ſecundum glo. in d.§.quapropter, at cùm in ea ætate, ſæpè, quod agunt
non intelligant, propterea ætas nouem annorum, aliquando poſtulatur, vel decem, abſo-
lutè tamen cõtrahuntur nuptiæ, in duodecimo, vel decimoquarto anno, vt per glo.ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ quot modis appellentur.*
2 *Nuptiæ quid ſint.*
3 *Conſenſus mutuus facit matrimonium.*
4 *Conſuetudo indiuidua, quæ intelligatur.*
5 *Nuptiæ quare dicantur.*
6 *Matrimonium quare ſic dicatur.*
7 *Coniugium quare dicatur.*
8 *Conſortium quid ſit.*
9 *Maritus quid ſit.*
10 *Vxor quid ſit, & quot modis ſumatur.*
11 *Vxor quare dicatur.*
12 *Ritus nuptiarum qualis.*
13 *Nephariæ nuptiæ, quæ, & 15.*
14 *Inceſtuoſæ nuptiæ, quæ, & 16.*
17 *Pœna inceſtuoſ. nuptiarum.*
18 *Nuptiæ contra legem quot modis fiant.*
19 *Nuptiæ primæ, quæ, & quæ ſecundæ.*
20 *Secundæ Nuptiæ, quæ prohibentur.*
21 *Vxoris priuilegia a Marito.*

DILVCIDATIO QVINTA DE NVPTIIS.

1 ALIA ſpecies coniugatorum eſt de illis, qui de præſenti contraxerunt,
taliſq; actus pluribus nominibus appellatur, videlicet nuptiæ, coniugiũ,
conſortium, & contubernium, licet hoc propriè ſit inter ſeruos, l.ſer-
ui, C. de adult.
2 Nuptiæ ſunt coniunctio maris, & fœminæ indiuiduam vitæ retinens
conſuetudinem, Inſtit.de pat.pot.§. 1.& l. 1.ff.de rit.nupt.talis itaq; con-
iunctio non eſt corporum tãtum, ſicut animalia faciunt, ſed animorũ, ſecundũ glo. in d.§.
3 1.ideò conſenſus ſolus mutuus, qui ſignificat animi coniunctionẽ facit matrimonium, l.nu-
ptias, ff. de reg. iu. cap. debitum, extr. de bigam. habet etiam miſterium talis coniunctio,
propterea verum fuit matrimonium inter Beatiſſimam Virginem, & Ioſeph, qui ſolo ani-
mo contrhaxerunt. Exprimitur conſenſus verbis præſentis temporis ad differentiam ſpon-
ſaliorum, vt in cap.ſi inter virum, extr. de ſponſ. qui igitur verba protulit, ſed animo non
conſentit inutile fecit teſtamentum, l. quæſitum, ff. de ſponſal. quod intelligitur, quo ad
Deum, nam donec animum non depoſuerint, & conſenſum præſtiterint ſemper tales con-
trahentes peccarent, licet matrimonium in facie eccleſiæ teneat, quia ipſa non iudicat de
occultis, ſicq; matrimonium contrahitur iuris poteſtate, non vi verborum, nec intentione
tantum ſine verbis, ſed lex ita ordinauit, vt ex tali conſenſu matrimoniũ contrahatur, cap.
à nobis, cap.tuæ, de ſponſ.& d.l.quæſitum. Ante Conciliũ Trid.huiuſmodi conſenſus præ-
ſtabatur pluribus modis, vel expreſſis, vel tacitis verbis, vt per cohabitationem, c.ad id de
ſponſ. l. minorem, ff.de ritu nupt. vel ex carnali commiſtione, c. is qui fidem, de ſponſ. c.

inſuper, extr. qui matr. accuſ. poſ.cap.ſignificaſti de eo, qui duxit in matr. quam pol. per adult.& in Cõc.Trid.ſeſſ.24.cap.1.de reformat.matr.vbi datur forma in ſimilibus ſeruãda.

4 Deinde ſequitur ad indiuiduam vitæ retinens conſuetudinem, quæ, ſecundum glo. in §. 1.Inſt.de par.pot.affectionem ſignificant, quia ſecundum ius ciuile ſeparãtur matrimonia, vt in l.conſenſu, C. de repud.& ibi glo. de iure tamen Canonico valet deffinitio, Sylueſt. in addit.ad glo.in d.§.1.Inſt.eod. Nam ſic Deus illos inſeperabiliter coniunxit, quando dixit; Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & erunt duo in carne vna, & Saluator noſter idem confirmauit dicens non licere dimittere vxorem, talis itaq; conſuetudo indiuidua demonſtratur, etiam cingulo, quo cingebatur noua ſponſa, ſeu nupta, & illius caput comebatur haſta, quæ ſtetiſſet in corpore gladiatoris occiſi, vt refert in d. loco, Syluest. taliſq; conſuetudo eſt adeò arcta, vt nec ea inter matrem, & filium ſeruetur cum Dominus dixerit. Relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, arg. §. ergo, Inſtit.de nupt.& diuina iſta lex ſeruanda eſt, auth.quomodo oport. Epiſc. §. 1. & §. quanta, nec poteſt dici, quod ex tali conſuetudine, quæ eſt inter concubinas, ſit matrimonium, eò quod concubinatus eſt de iure Canonico prohibitus, cap.auditæ, diſt. 34. Clem. ad noſtram, de hæret. Conc. Trid.ſeſſ.24.cap.8.tum etiam quia inter eos fit ſeparatio voluntate ſola, ideò in diffinitione additum eſt (diuini, & humani iuris communicatio) l.1.ff. de rit.nupt.inde requiſita ad matrimonium ponuntur tria, conſenſus animorum, indiuidua conſuetudo, ſcilicet contractus, & copula ad ſobalem procreãdam, de quibus latius in tractatu Canonico agemus. Qua de re cum finis matrimonij ſit ſoboles, ideò requiritur inter contrahentes talis diſpoſitio, quod ad hoc ſint apti, tàm ætate, quàm alijs requiſitis; Aetas autem in muliere erit duodecim annorum completorũ, in viro quatordicim, Inſtit.de nupt. §.1.& l.2.ff.eod.Doct.in cap.puberes,& in cap.continebatur de deſponſ.impub.cumq; mulieres ſint prius aptæ generationi, quàm viri, ideò ſufficit minor ætas in illis, vt refert Syluest.in d.§.1.& tale tempus inductum eſt de iure ciuili, quod quidem de iure Canonico poteſt breuiari, ſecundum Goffred.in ſumm.de deſponſat.impub.num.5.vnde, qui ante iſtud tempus fuerit viripotens, poterit matrimonium contrahere, de iure Can. Syluest. in d.§.1. per cap.puberes cap.de illis de deſponſ.impub.; cœtera ſuis in locis dicentur.

5 Nuncupantur nuptiæ à nubendo, hoc eſt velando, eò quod mulieres nuptæ incedere debent ſub velamine, quaſi ſub nube, 23. q. 5. hæc imago, & velabantur, vel pudoris gratia, vt in cap. nec illud, 30.q.5.vel ad ſignificandum ſubiectionem maritalem, Inſtit. de nupt. in prin. Contrarium faciunt puellæ noſtris temporibus, vt ait Alberic. in ſuo Dictionario, in ver.nuptiæ, quæ ſeſpuliunt, ornant, & depingunt. Impropriè nuptiæ pro ſpe nuptiarum habentur, l.2.§.ſi ſponſa, ff. de priuileg. credit. propriè autem intelliguntur primæ, l. cum pater, ff.de leg.2.§.pater, & l.boues, §.hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.nec nupta intelligitur, quæ non eſt viripotens, l.penult.ff.quan.dies; legat.ced.nec intelligitur ſponſa, l.in eo iure, §. hoc caput, ff. de ritu nupt.

6 Appellatur etiam matrimonium, & dicitur quaſi matris munium, nam mulier nubit, vt mater fiat, & à matre magis, quã à patre ſumitur nomen, quia mater maiora onera, & plures dolores, & pericula ſuſtinet, quàm pater, ex cap.fin.extr.de conuerſ.infedel.filius enim ante partum dicitur matri oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus, ex l. aſſiduis, §.quis enim, C.qui pot.in pign.ſic matrimonium ſignificat onera matris, quæ ſuſtinẽtur ad ſobolem procreandam, & educandam, ex glo. in d. §. 1. Inſtit. de par. pot.in verbo

7 (nuptiæ) & ibi in addit. Coniugium etiam appellatur, quaſi ſub communi iugo, & æquali viuant coniuges trahentes inſimul maritus, & vxor maritalia onera, & onus ſub alterius iugo ſubiacet, quia nullus eorum ſui poteſtatem corporis habet, vide in §.1.Inſtit.de patr. pot.in dicto ver.nuptiæ, in addit.per l.in eo iure, §.hoc caput, ff.de rit. nupt. & coniugium idem ſignificat, quod matrimonium, l.1.& 2.ff.de rit.nupt.l.quæcunq; C.de bonis, quæ lib. & appellantur coniuges, etiam ſi non cauſa procreandorum liberorũ, ſed continentiæ matrimonium contraxerint, cap. fin.32.q.2.ita & connubiũ appellatur vbi non eſt matrimoniũ, ff.de ritu nupt.l.in eo iure, §.ſi ab hoſtibus vbi hęc habẽtur verba *ſi ab hoſtibus patronus captus*

captus eſſe probanetur, vereor ne poſſit iſta connubium habere iubendo, quemadmodum haberet ſi mortuus eſſet, dicitur etiam in l. 2. ff. de rit. nupt. quod nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, qui coeunt, quorumq; in poteſtate ſunt, ſic coniugium propriè eſſet in conſumato matrimonio, & tunc ſtricto modo appellari deberet coniuges, propterea in d. l. 1. dicitur nuptiæ ſunt coniunctio maris, & fœminæ, & ratione coniunctionis animorum, & corporum propriè coniuges nuncupantur.

8 Appellatur etiam matrimonium conſortium, vt in d. l. 1. ff. de rit. nupt. vbi nuptiæ feruntur coniunctio, & conſortium omnis vitæ, quia communi ſorte viuere debent, maritus, & mulier, propterea priuilegia mariti ſunt etiam vxoris, vt l. mulieres, C. de diffinit. l. 1. ff. de Senat. vide etiam, Felyn. in c. ſuper eo de teſtibus, ſic interdum accipitur pro matrimonio, l. mulier, C. de agrico. & cenſ. lib. 11. & in Auth. de non eligen. ſecun. nubent. §. penul. & in l. cum qui, C. de Epiſc. & cleric. & cap. ex literis, de conſtit. aliquando pro contubernio inter ſeruos, l. fin. C. de ſeru. fugit. & in addit. ad glo. Inſtit. de pat. pot. d. §. 1. in ver. nuptiæ, & l. cum ancillis, C. de inceſt. vbi habetur, quod conſortium eſt cum ancillis, cum quibus non eſt matrimonium, ſed alio nomine, hoc eſt contubernium appellatur, in d. l. cum ancillis contubernales ſunt vxores ſeruorum, l. quæſitum, § ſi inſtructum, ff. de fund. inſtr. & de his, vide in Inſtit. in Cod. & in Auth. de nuptijs ex quibus nuptijs contractis veniunt iſta nomina, maritus, ſcilicet, & vxor, maritus eſt vir, vxor eſt mulier, & ambo coniuges. Inſt. Cod. & Auth. de nupt.

9 Maritus propriè eſt contractis nuptijs, licet aliquando accipiatur pro ſponſo, l. non ſine, C. de boniſq; lib. & ſub iſto nomine aliquando continetur vir, & vxor, l. ſi maritus, C. de donat. inter vir. & vxor. in fine, & Ang. in § item is, Inſtit. de vſu, & habit. & l. cæterum, §. mulieri, ff. de vſu, & habit. Maritus eſt correlatiuus ad vxorem, & vxor ad virum ſ. maritũ, l fin. C. de indic. viduit. tollen. & ibi Iaſ. Maritus dicitur quaſi maris ritus, ſecundũ Paul.
10 de Caſtr. in Conſ. 121. Vxor verò multis modis ſumitur, aliquando pro ea, quæ nuptias contraxit, l. ſi quis, §. idem de libert. legat. l. 1. §. ſed & ſi vxori, C. de natur. liber. aliquando, quæ nunquam fuit, l. humilem, C. de inceſt. nupt. aliquando non continetur ſponſa, glo. in l. ſolet. ff. de his, qui not. infam. & ibi glo. in ver. non nocet, l. in eo iure, §. hoc caput, ff. de rit. nupt. & an veniat ſponſa de futuro, ſeu deſponſata traducta ad domum, vide Abb. in cap. 1. de cler. coniug.
11 Vxor dicitur, ſecundum ea, quæ refert Tyraq. in d. l. numm. 26. quia vngunt, & lauant pedes mariti, vel ſecundum Plutarch. in opuſc. eo, quia quando traducebatur ad domum mariti vngebantur cardines poſtium, ne ſtrepitum facerent ad cultandum incommoda futura in nuptijs, quæ ſtridor cardinum, vt ille ait ſignificabat: ſecundũ aliquos vxor eſt quaſi vſus viri, Salyc. in l. cum te, C. de donat. ant. nupt. & dicitur illa, quæ contraxit per verba de præſenti, licet non dum conſumauerit, & hoc in fauorabilibus, ſecus in odioſis, l. nõ ſine, C. de bonis, quæ lib. & ſic appellatur etiam non traducta ad domum viri, Ang. in §. fuerat, Inſtitut. de act. Bal. in d. l. non ſine. Porrò in ſimilibus contrahendis ritus nuptiarum ſer-
12 uandus eſt, de quo habetur in tit. ff. de rit. nupt. qui ritus verſatur, tàm circa perſonas contrahentes quibus eſt prohibitum nuptias contrahere, quam circa modum, & ſubſtantialia ff. de rit. nup.
13 actus; ex quibus colligitur, quod quædam nuptiæ dicũtur nefariæ, quædam inceſtuoſæ, aliæ inutiles, aliæ contra formam legis. Nefariæ ſunt nuptiæ contractæ inter aſcendentes, & deſcendentes, ſicuti inter patrem, & filiam, vel matrem, & filium, vel auiam, & nepotem, vſq; in infinitum, Inſtit. de nupt. §. ergo, & glo. in verbo (in infinitum) ait, quod ſi hodie Adam viueret, qui primus omnium pater extitit, vxorem non poſſet habere, ſi Eua deceſſiſſet, quia omnes ſunt eius deſcendentes, tales itaq; nuptiæ nefariæ, & inceſtuoſæ appellantur, & hoc procedit in omnibus aſcendentibus, & deſcendentibus, tàm ex legitimo matrimonio, quàm non legitimo natis, & ex adoptione, etſi tales emancipatione ſoluti fue-
14 rint, ex d. §. ergo, & in addit. ad glo. Inceſtuoſæ autem ſunt illæ, quæ inter collaterales conſanguineos, vel affines ſunt contractæ, l. quæri. & l. fin. ff. eod. l. ſi ad adulteram, ff. ad l. Iuliam de adult. Inſtit. de nupt. §. inter eas, & in tit. C. & Auth. de inceſtuo. nup. C. & Auth. & inceſt. nu pt.
15 Nefarium dicitur illicitum, l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. l. 2. § initium, ff. de orig. iur. inde

nefandum nō nominandum, 15.q.2. de verò nefando ibi Archidiac. & nefariæ dicuntur nuptiæ, quia illicitæ ſunt, cōtinentes nefariam coniunctionem, l.1.§.1.ff. de concub. Inceſtuo-
16 ſæ dicuntur, quia cum conſanguineis, vel affinibus cōtrahuntur, §.eum ergo, 36.q.1.& inceſtus cum iſtis committitur, vt dicetur latius, infrà lib.5. ſic inceſtuoſæ ſunt, quæ contra leges fiunt, & tales contrahentes priuantur dote, & donatione propter nuptias & filij non
17 dicuntur legitimi, Inſtit.cod §.1.l.qui contra, l.ſi quis inceſti, C.eod. hodie pœna eſt confiſcatio bonorum, exilium, dignitatis depoſitio, Auth. de inceſt. nupt. §.1. coll. 2. & de iure Can. ſunt ipſo iure excommunicati, Clem. 1. de conſang. & affinit.
18 Contra legem fit quatordecim modis (intellige ſecundum ius ciuile) de quibus in tit. C. de inceſt. nupt. & Inſt. de nup. §. ſunt, & aliæ.

C. de inceſt. nupt.

Prima cauſa dicitur ſeruitutis, vt liber cum ſeruo contrahere non poteſt, l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt. ſecus, de iure Canonico, cap.1. de coniug. ſeruorum.

Secunda eſt ætas in maſculo 14. annorum in fœmina 12. vt dictum eſt, ſi alter ipſorum non erit nubilis debet expectare annos nubiles, cap. de illis, cap. à nobis, extr. de ſponſal. & tunc minor, factus maior poterit recedere à matrimonio.

Tertia, ratio eſt ſanguinis, quæ diuiditur in tres gradus, aſcendentium, deſcendentium & collateralium, & inter iſtos extenditur ad quartum gradum incluſiuè, cap. non debet de conſang. & affinit.

Quarta, eſt ratio adoptionis, Inſt. de nupt. §. ergo, & §. inter eas, nam inter adoptionem, & adoptatum, & vxorem adoptantis ſemper viget, inter alios verò tantum durat prohibitio quantum durat adoptio, & hoc eſt etiam de iure Canonico, cap. 1. extr. de coniug. leg. & ſe extendit inter adoptantem, & eius filios, & nepotes.

Quinta, ratio eſt affinitatis, affinitas .n. tàm de præſenti, quàm præterita, & futura impedit, Inſtit. eod. §. affinitatis, §. ſocrum, & §. ſi vxor. De iure autem Can. affinitas ſuperueniens non impedit matrimonium, nec diſſoluit contractum, cap. pen. de eo, qui cogn. vx.

Sexta, ex cauſa matrimonij, nam quis duas ſimul habere vxores nō poteſt, Inſtit. eod. §. ſocrū, & d. §. affinitatis, glo. in Auth. quibus modis, nat. effic. ſui, §. antepenul. in ver. cōſiſtēte.

Septima, ex cauſa de iure ciuili prohibetur matrimonium inter tutorem, & Curatorem, & eorum filios, & pupillam, vel adultam, vt in tit. C. de interd. matr. quod de iure Can. non ſeruatur, cap. fin. extr. de ſecun. nupt.

C. Interd. ma tr.

Octaua, extat lex Papia, & Iulia, qua prohibetur contrahi matrimonium inter ſenatores, & eorum liberos, & libertas, & alias fœminas, quæ ſint vilis conditionis, l. à Diuo Pio, ff. de rit. nupt. licet de iure ciuili ſit hoc correctum, vt in §. ſi quis autem, coll. 8. Auth. vt liceat, matr. & auiæ, ſecus verò, de iure Can. hæc .n. omnia corrigūtur, cap. fin. de ſecūd. nupt.

Nona, prohibentur nuptiæ inter preſidem, & ei ſubditam ratione iuriſdictionis, l. & ſi contra, C. de nupt. & l. 1. & l. quæcunque, & hoc idem in filijs maſculis præſidis, vel aliorum officiatium, l. qui in prouincia, in prin. ff. eod. niſi illo officio fungeretur in patria ſua, quia tunc non prohibetur, l. eos, ff. de rit. nupt. ſecus in filiabus, l. ſi quis officium, ff. eod. ſecundū Syluest. ad glo. in §. ſunt & aliæ, Inſtit. eod. & in tit. C. ſi quacunq; præditus potes. rentau. nupt. ſecus autem de iure Canonico.

C. § quacūq; præditus potes.

Decimò, ratione cognationis ſpiritualis, vt de eo, qui à ſacro fonte fuit lauatus, vt inter lauantem, & lauatum ſunt prohibitæ nuptiæ, de iure ciuili, l. ſi quis alumnam, C. eod. de iure Can. ſeruatur etiam inter patrem, & matrem lauati cum lauante, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq; patrem, ac matrem tantum ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de refor. matr.

Vndecimò, ratione honeſtatis, quæ cōtrahitur ex ſponſalibus, vt in §. ſi vxor, Inſtit. eod. vnde ſi pater contraxit ſponſalia de futuro, deinde ſoluantur, non poterit filiam illius, cum qua contraxit ſponſalia dicere nec filium illius, cap. ſponſ. de ſponſ. & c. 1. de ſponſal. lib. 6.

Decimoſecundò, eſt cauſa ordinis, vnde Clerici in ſacris ordinibus conſtituti nuptias contrahere non poſſunt, Auth. quomo. oport. Epiſc. §. hoc autem, coll. 1. & §. ſi quis, coll. 9. Auth. de ſanctis Epiſc. Porrò in minorib. ordinib. cōſtituti poſſunt, c. 1. de cler. coniug. lib. 6.

Decimotertiò, monachi vtriuſq; ſexus conuerſi, etiam nuptias non celebrant, Auth. de monach. §. antepenul. coll. 1. & §. per occaſionem, coll. 4. Auth. eod.

Decimoquartò, cum muliere rapta raptor contrahere non poteſt, Auth. de rapt. mulier. §. 1. coll. 9. ſecus de iure Can. cap. 1. de rapt.

Decimoquintò additur impotentia coeundi, in d. Auth. de nupt. d. §. per occaſionem.

Quæ omnia impedimenta dicuntur de iure ciuili, cum alia ſint de iure Can.

Quicunq; itaq; voluerit in gradibus prohibitis, & caſibus præmiſſis contrahere, à Principe ex ſuo reſcripto obtinebit gratiam; vt habetur in tit. C. ſi nuptiæ ex reſcripto Principis, vnde factæ contra formam legis, dicuntur inceſtuoſæ, & ſunt nullæ. C. ſi nupt. ex reſcr. princip.

Datur, & alia diuiſio nuptiarum, nam quædam dicuntur primæ quædam ſecundæ.

19 Primæ nuptiæ ſunt illæ, quibus nullæ aliæ antecedunt, ſecũdæ omnes poſt primas, ſic tàm ſecundo loco factæ, quàm tertiò, vel vlteriori gradu dicũtur, Doct. in rubr. de ſecund. nupt. iſta differentia eſt inducta ad tollenda multa priuilegia conceſſa primis nuptijs, quæ ſecundis concedi non debent: Fiunt autem eodem modo, quo primæ, ſed ſi quædam concurre-
20 rent pœna eſt adiecta ſecundis nubentibus, primo ſi nimis feſtinanter à die mortis primi mariti mulier ſecundo nupſerit, it aut intra annum luctus hoc ſit factum, l. genero, ff. de his, qui not. infam. §. ſed cum tempus, quæ feſtinatio duabus de cauſis punitur: primò, propter turbationem ſanguinis, l. liberorũ, §. etſi talis, ff. de his, qui not. infam. ſecundò, ne de prole dubitetur, l. cõſenſu, ff. de repud. nam nimia feſtinatio præſtat cauſam ſuſpicionis, Auth. de reſtit. §. vnico, verſ. nouimus, quæ ſuſpicio tranſit etiam in ſecundum Virum, quod nimirum ipſe fuerit machinatus mortem primo marito, vel mulieri; alia ratio eſt; quia ex hoc non videtur ſeruari debitus amor in filios primi matrimonij, l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. quapropter pœnas appoſuit lex contra tales feſtinãtes ad ſecunda vota, quod ſi primus maritus ſuæ vxori vſufructum reliquit, ſi illa tranſierit ad ſecundas nuptias amittet ſua iura, l. 1. C. ſi ſecundo nupſerit, mul. licet liberum habeat, Auth. de nupt. §. de augumẽtis, & duobus §§. ſeqq. ff. C. ſi ſec. nupſer. mul.

Vxorum differentia eſt, ſecundum ſtatũ mariti, inde priuilegia mariti ſunt, & eius vxoris, vt dictum eſt, & habetur in tit. C. de vxoribus militum, &c. C. vxor. milit.

SVMMARIVM.

1 *Quæ vincula procedant ex nuptijs.*
2 *Conſanguinitas quot modis ſumatur.*
3 *Conſanguinei qui dicantur.*
4 *Conſanguinitas quid ſit.*
5 *Cognati, & Agnati qui.*
6 *Cognatio quid ſit.*
7 *Cognatio quotuplex.*
8 *Agnatio quot modis ſumatur.*
9 *Spurij an ſint de agnatione.*
10 *Emancipati an ſint de agnatis.*
11 *Linea quid ſit.*
12 *Gradus quid ſit.*
13 *Species propinquorum quot.*
14 *Aſcendentium, & deſcendentium linea quæ.*
15 *Deſcendentium numeratio qualiter fiat, & aſcendentium 17. & 19.*
16 *Maſculorum, & fœminarum deſcendentes.*
18 *Quare ſic dicantur.*
20 *Collaterales qui.*
21 *Modus computandi gradus inter collaterales.*
22 *Linea collateralium quæ.*
23 *Prima linea à quo incipiat.*
24 *Diſtantia inter collaterales qualiter ſumatur.*
25 *Differentia computandi inter ius ciuile, & ius Canonicum.*
26 *Inæqualis diſtantia qualiter numeretur.*
27 *Fratrum ſpecies quot.*
28 *Fratrum appellatione quid veniat.*
29 *Fratres Conſanguinei qui.*
30 *Patrueles fratres qui.*
31 *Vterini fratres qui.*
32 *Germani fratres qui.*
33 *Affinitas quid ſit.*
34 *Qualiter contrahatur.*
35 *Quare ſic dicantur.*

36 *Genera affinitatis quot.*
37 *Primum genus, & ſecundum 38, & tertium 39.*
40 *Cognatio legalis quæ.*
41 *Cognatio ſpiritualis quæ.*

DILVCIDATIO VI. DE CONSANGVINITATE, ET AFFINITATE.

1 PROVENIVNT ex Nuptijs nonnulla, quæ conſideranda ſunt, & præſertim duo vincula Conſanguinitatis, ſcilicet, & Affinitatis, ex quibus etiam cognoſcitur, quid ſit agnatio, & quid Cognatio, ſed vt præmiſſorum notitia clarior appareat à Conſanguinitate exordiamur.

2 Conſanguinitas ſumitur pluribus modis, veluti pro quocũq; modo ſanguine coniunctis, tàm ex latere paterno, quàm materno, vel quocunq; alio gradu, vel ſexſu ad inuicem ſe attingant, ſecundum communem vſum loquendi, Bart. in l.cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acqu. hæred. ideò dicuntur conſanguinei quaſi ex eodem ſanguine nati, glo. in Inſtit. de legit. agnat. ſucceſ. §. 1. in ver. conſanguinei, & cap. 1. &
3 2. 35. q. 3. & cap. progeniem, & cap. nullus ibidem. Secundo modo ſumitur pro coniunctione ſanguinis, tam paterni, quàm materni, l. 2. l. conſanguinitatis, C. de legit. hæred. qui dicuntur coniunctionis vinculo coniuncti licet ex matre nati nõ ſint, qui propriè conſanguinei non ſunt, vide glo. in d. §. 1. in ver. vterini, & in addit. ibi; tertiò, pro ea, quæ eſt inter fratres tantum, l. 3. ff. de legit. tut. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. 1.

4 Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum, Hoſtien. in ſum. de conſang. & affin. nu. 1. dicitur à con, ſimul, & ſanguine, quia ſimul ſanguine coniuncti ſunt, ex eod. Hoſtien. vel quaſi communem ſanguinem habentes, ſiue dono ſanguinis procedentes.

5 Conſanguineorum quidam dicuntur Cognati, quidam Agnati, ſicq; conſanguinitas eſt nomen genericum continens plures ſpecies ſub ſe, Inſtitut. loco cit. Agnatio verò eſt nomen ſpeciale.

6 Cognatio aliquando ponitur pro agnatione, vt in Auth. de trient. & ſemiſ. §. neq; illo, & eſt genus cõſanguinitatis inter fratres, l. 2. in princ. ff. de ſuis, & legit. Inſti. de legit. agnat. tut. §. ſunt autem; quapropter dicimus, primo; quòd dum ſumitur generice continet cognatum, & agnatum, & ſic omnis cognatus dicitur agnatus, ſed non è contra, d. §. 1. vbi glo. in ver. cognatione, ſecundò, ſumitur ſpecifice pro perſonis coniunctis ex fœminino ſexu, l. 1. C. de legit. hæred. & Syluest. ad glo. in cit. §. 1. Inſtit. eod. tertiò modo ſumitur pro cognatis, & agnatis, Syluest. in d. glo. Inſt. eod. §. 1. in verbo cognati.

7 Diuiditur cognatio in naturalem, legalem, & ſpiritualem, de quibus infrà dicetur. Agnati, etiam ſumuntur multipliciter, nam primo omnes illi, qui ſunt agnati ſunt pariter cogna-
8 ti, ſed non è cõtra, vt ſpecies, glo. in d. §. 1. & in l. 1. de grad. affinit. ſic omnes de familia nuncupantur agnati. Duo fratres vterini dicuntur cognati, non agnati, glo. in ver. agnati, Inſtit. eod. tit. de legit. agnat. ſucceſſ. hoc; omnes agnati. Secundo alij Ius cõſanguinitatis, quod ſit ſpecies agnationis ſentiunt, §. vulgo. Inſtit. de ſucceſ. cognat. tertiò, ſumitur agnatio aliquando pro iure ipſo agnationis, l. ius autem agnationis, ff. de pac. quartò, ponitur pro natiuitate, inde dicimus agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum, C. de poſth. hæred. in-
9 ſtit. l. 1. Appellatione agnationis, ſecundum Bart. in l. pronunciatio, ff. de verb. ſignif. venit baſtardus, Alex. ibi in addit. tenet contrarium; quod non veniunt ſpurij appellatione agnationis, quia deficientibus agnatis ſpurij non veniunt, l. ſi ſpurius, & l. hac parte, cum glo. & l. cum modeſtinus, ff. vnde cogn. nec eſt agnatus filius filij emancipati, conceptus poſt
10 emancipationem, ſicq; non erit agnatus auo, l. 4. C. de legit. tut. Menſurantur prædicta lineis, & gradibus.

11 Linea cõſãguinitatis eſt collectio perſonarũ cõſanguinitate coniunctarũ diuerſos gradus cõtinẽs, & numeros diſtinguẽs, ſecundum Hoſtien. in ſum. de conſang. & affinit. & ſecundum glo. in l. 1. ff. de grad. affinit. eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium.

12 Gra-

12 Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarũ quibus quanta ſit diſtantia agnationis oſtenditur, l. iuriſconſultus. ff. de grad. affinit. quæ omnia declarantur in tit. ff. de grad. affinit. & Inſtit. de grad. cognat. ff. grad. affin. Inſtit. grad. cog.

His præmiſſis tres dantur lineæ, aſcendentium nimirum, deſcendentium, & collateraliũ,
13 ſeu tranſuerſalium, ſic triplex diuerſitas propinquorum conſanguineorum, & aſcendentiũ, ſcilicet illorum, de quorum conſanguinitate quæritur, ex Hoſt. in d. tit. cod. & ff. & Inſtit.
14 cod. Aſcendentium, & deſcendentium linea diuerſa eſt in numeratione; dum aſcenditur in hoca demonſtrantur nomina patrum, vel auorum, & eorum aſcendentium, & numeratio incipit ab vltimo deſcendentium, vbi deſignantur nomina, & gradus diſtantes inter vnam, & aliam perſonam.

15 Deſcendentium verò regula eſt numerare à contrario aſcendentium vbi alter incipit, ibi vnus deſinit, & continentur nomina, & gradus filiorum cum ſuis ſpeciebus. Porrò duæ dãtur regulæ à Goffr. in ſum. hoc cod. tit. num. 2. prima eſt perſona adiecta perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit, ſecunda regula, quot ſunt perſonæ de quibus quæritur cõputatis intermedijs, vna minus, tot ſunt gradus, tertia etiam regula, quot gradibus diſtat aliqua perſona à communi ſtipite, tot gradus à quolibet deſcendẽtium ab eõ, cap. fin. extr. de conſang. & affinit. Verum præmittamus duas lineas in quolibet genere aſcendentium ſ. maſculorum, & aſcendentiũ ex parte fœminarum, vt hoc exemplo, infrà patebit. Sed deſcendentium linea in primis in medium eſt afferenda, quæ breuiter explicabitur.

16 *MASCVLORVM DESCENDENTIVM LINEA.*

Atauus eſt pater ab aui.
Abauus pater proaui.
Proauus pater aui.
Auus pater patris filij.

Pater filij pater.
Filius pater nepotis.
Nepos pater pronepotis.
Pronepos pater abnepotis.

MVLIERVM DESCENDENTIVM LINEA.

Atauia mater abauia.
Abauia mater proauiæ.
Proauia mater auiæ.
Auia mater matris.
Mater filia, mater.
Filia mater, neptis.
Neptis mater, proneptis.
Proneptis mater abneptis.

Iſti dicuntur deſcendentes, quia exorditur ab antiquiori patre deſcendendo, vſq; ad nouiſſimum, & poteſt exordiri ab Adam, vſq; in infinitum, durante genere humano.

17 *ASCENDENTIVM MASCVLORVM.*

Abnepos filius pronepotis.
Pronepos filius nepotis.
Nepos filius filij patris.
Filius eſt patris.

Pater, filius aui.
Auus, filius proaui.
Proauus filius abaui.
Abauus filius Ataui.

MVLIERVM ASCENDENTIVM.

Abneptis filia pronepotis.
Proneptis filia neptis.
Neptis filia, filia matris.
Filia eſt matris filia.

Mater, filia auiæ.
Auia, filia pro auiæ.
Proauia, filia abauia.
Abauia filia atauia.

18 Iſti dicuntur aſcendentes, quia explicantur plures ſpecies filiorum incipiendo ab vlti-
ma perſona ſurſum procedendo ad antiquiorem patrem, & ad primum hominem, qui eſ-
ſet vltra multos atauos, & his nominibus terminantur lineæ.

Declaratur prima regula, quod perſona adiecta perſonæ per carnis propagationẽ gradũ
19 adijcit dum ponitur Atauus, qui generet filium ſ. abauum reſpectu inferiorũ vocatur pa-
ter abauus, reſpectu ataui dicitur filius, & tunc cõſtituitur gradus; ſic perſona adiecta per-
ſonæ facit gradum carnis propagatione. Secunda regula quot ſunt perſonæ, de quibus quæ-
ritur computatis intermedijs, vna minus, tot ſunt gradus, vt habetur, ex cap. literis, c. quod
dilectio. extr. de conſang. & d. l. iuriſconſ. tollitur perſona vna, quia gradus, quo ad ſe non
facit diſtantiam, ſed ſic quoad alios, vnde ſi additur altera perſona, tunc conſtituitur gra-
dus vnus, qui modus computandi habetur in 35. q. 5. cap. 1. & in d. l. iuriſconſ. At computa-
tio, de qua in diſt. 4. & 25. q. 4. & 5. non eſt vſu recepta, vnde numerando à communi ſtipi-
te, vſq; ad perſonam, de qua quæritur, tot erunt gradus, quot perſonæ, vna dempta, vt ſi ab
Atauo ad filiũ facienda eſſet computatio, tunc quærenda eſſet diſtantia, & cum reperiuntur
in medio quinq; perſonæ, ſic dempta vna, quatuor gradus remanent, & filius dicitur in quar-
to gradu, cum Atauo; Tertia regula eſt, quot gradibus diſtat aliqua perſona à communi ſti-
pite, tot gradibus à quolibet deſcendentiũ ab eo, cap. fin. extr. de conſang. & affinit. vt exem-
plo patet in linea deſcendentium, ſeu aſcendentium ab Atauo, vſq; ad perſonam filij; ex-
cluſiuè numerantur quatuor perſonæ, quæ deſcendunt ab vno communi ſtipite, & quatuor
intermediant, & ſic verificatur regula. Notandum tamen eſt, quod perſona, ſcilicet, pa-
ter, & filius ſunt diuerſæ perſonæ reſpectu diuerſorum, nam aſcendendo pater dicitur filius
deſcendendo reſpectu inferiorum dicitur pater, quæ omnia latius in arbore apparebunt.

De collateralibus verò alia eſt differẽtia, quæ continet nomina fratrum, ſororum, & eo-
20 rum ſpecies. porrò dicuntur collaterales, quia ſunt de latere aſcendentium, & deſcenden-
tium, vt ex d. cap. 1. 35. q. 4. & d. l. iuriſconſultus, pro cuius declaratione dantur duæ regulæ.
21 Prima, ſi perſonarum de quibus quæritur vna non deſcendat ab altera, ſed collaterali-
ter à communi ſtipite omnes procedant, & ſint in linea æquali, quot gradibus, quæuis iſta-
rum perſonarum diſtat à communi ſtipite, tot gradibus differunt inter ſe, & in hoc caſu tres
perſonæ conſiderantur, vna erit communis ſtipes, ſcilicet, à quo fit numeratio, & duæ per-
ſonæ quarum diſtantia quæritur, ideò quatuor lineæ collateralium deſignantur veluti fra-
trum, patruum, & auunculorum, cum eorum ſpeciebus, cœteræ ſunt filiorum, & illorum
22 filiorum, & nepotum, ſic duplex linea quædam dicitur æqualis quædam, inæqualis. Quan-
do perſonæ ſunt æqualiter diſtantes, tunc conſtituunt lineã æqualem, & numeratio, ſeu col-
23 lectio collateralium fit, ſecundum ordinem aſcendentium; Prima linea collateralium in-
cipit à perſona Proaui, & quatuor ab eo deſcendunt perſonæ; Secunda linea incipit à per-
ſona Aui, vſq; ad perſonã filij; Tertia à perſona patris ad perſonam, ſiue lineam nepotis
Quarta à perſona media arboris ad pronepotem ſic collaterales, & adæquant lineas aſcen-
dentium, & quatuor perſonæ pro qualibet linea notantur.
24 Sumitur autem diſtantia in prima regula hoc modo; Si quæratur diſtantia inter Propa-
truum, & Pronepotem, numerantur quot perſonæ inter medium exiſtant inter ipſos, & tot
gradibus inter ſe diſtant de iure Canonico, & cum quatuor tantum ſint, ſic in quarto gradu
exiſtunt, & ſtipes ponitur pro communi inter illos, de iure verò ciuili duplicantur gradus,
& numero ſunt octo, nam vna numeratio fit inter deſcendentes, alia inter collaterales, &
hæc ſunt de linea æquali, ideò lex ciuilis tenet, quod frater, & ſoror ſint, in ſecundo gradu,
filij duorum fratrum, qui patrueles dicuntur, in quartò, filij duorum fratrum patruelium,
in ſextò, filij filiorum fratrum patruelium in 8. at ſecundum ius canonicum ſunt in minori
numero, ideſt in 4. tantum, & computatio fit ſimpliciter, nec duplicatur ideò frater, & ſo-
ror in primo gradu filij duorũ fratrum, in ſecundò, & ſic de ſingulis, tot perſonæ quot gra-
dus; Secunda regula hæc eſt in linea inæquali quot gradibus remotior diſtat à communi ſti-
pite, tot diſtãt inter ſe, veluti ſi quæratur diſtantia (Abauo pro ſtipite poſito) inter patrem,
& filium, Propatrui computando à remotiori gradu, ſcilicet à patre ad ſtipitem inuenie-
mus di-

25 gus deſtantiam quatuor graduum, & ſic à filio Propatrui, quartus erit gradus, quod intelligitur, ſecundū Canones, nam de iure ciuili diſtat à Propatruo quinq; gradibus, & ab eius filio ſex, ſecūdum .n. leges, quælibet perſona facit gradum inter collaterales, inde duo fra-
26 tres dicuntur eſſe in ſecundo gradu, & hæc eſt regula de iure ciuili, quot ſunt perſonæ collateralium in linea inæquali (ſtipite dempto) tot ſunt gradus, vnde P. diſtat à ſtipite quarto gradu à Propatruo, quintò a filio, ſextò à nepote, ſeptimò, à pronepote, ſecus de iure Canonico. Inæqualis autem dicitur, quia talis comparatio non fit inter lineas æquales, vt patet in arbore ad oculum. Sed notandum eſt, quod exiſtentes in parte ſiniſtra, vel dextera non gignunt alios exiſtentes in alia parte, quia ad inuicem ſunt collaterales, & de his, ſecundū ius Can. vide 35. q. 5. per totam, & de iure ciuili, in l. iuriſconſultus, ff. de grad. affinit. & Inſtit. de grad. cognat. quæ omnia latius apparebunt in arbore, propterea hæc ſufficere, Credimus pro tyronū intelligentia. Conſequens eſt, vt conſideretur differentia fratrum, quæ triplex eſt, nam quidam dicuntur conſanguinei, alij patrueles, alij vterini, & ap- ff. de grad. affin. Inſtit. grad. cog.
27 pellatione fratrum veniunt etiam ſorores, l. huius, §. quæſitum, ff. de legat. tertiò, & l. tres
28 fratres, ff. de pac. quod, ſecūdum Bart. intelligitur verum ex nominis interpretatione, ſicut appellatione filij continetur filia; alij tenent hoc eſſe ex propria ſignificatione vocabuli, per l. Liberorum, ff. de verb. ſignif. Fratris autem nomen eſt appellatiuum, nec diſtribuit partes, ſicut proprium, tex. eſt in l. Lucius, §. meuia filium, ff. ad Trebel. & ibi glo. in ver. ſororem.

29 Conſanguinei fratres ſunt illi, qui nati ſunt, ex eodem ſanguine, Inſtit. de legit. agnat. ſuas, §. ſunt autem, vt nati, ex eodem patre, & matre, vel patre tantum.

30 Patrueles ſunt duorū fratrum filij, vt in d. §. ſunt aūt, & tales fratres conſobrini dicūtur.

31 Vterini ſunt nati, ex eadem matre tantum, glo. in d. §. ſunt autem, & in §. hoc etiam, Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.

32 Germani fratres dicuntur, qui nati ſunt ex eodem patre, & matre, ſicuti conſanguinei, glo. in cit. §. hoc etiam, in ver. germani. Et hæc de conſanguinitate. Reſtat, vt de affinit. tractetur.

33 Affinitas eſt proximitas perſonarum, ex coitu proueniens omni carens parentela, vt 35. q. 3. cap. extraordinaria, l. non facile, §. ad fines, ff. de grad. affinit. & ibi glo. cap. ſalubriter de vſuris, cap. non debet, de conſang. & affinit. ponitur in diffinitione (proximitas) ad differentiam conſanguinitatis, quæ eſt vinculum perſonarum, & ſic differunt ad inuicem, affinitas, & conſanguinitas; nam vinculum pro ſanguinis cōiunctione, proximitas pro copula ſumitur, ſecundò dicitur (ex copula proueniens) etiam de quolibet inceſtuoſo coitu, c. tuæ, extr. de eo, qui cogn. vxo. ad differentiam conſanguinitatis prouenientis, ex ſtipite, de iure ſanguinis, d. cap. extraordinaria, 35. q. 3. propterea additur (omni carēs parentela) ſic omnes tui conſanguinei dicuntur affines tuæ vxoris, vel è cōtra, Hoſt. & Goffred. in ſum. eod. tit. & d. cap. ſalubriter, de vſur. cap. nō debet, de conſang. & affinit. intellige, de agnatis, qui efficiuntur affines, cognati verò non, cap. quod ſuper his, ex. de conſ. & affinit. vnde cōcludit, Hoſt. in ſum. de affinit. num. 2. quod affinitas ciuilis, & naturalis, & legitima; non con-
34 trahitur ſine nuptijs, & ſed naturalis, & illegitima, per coitum fornicarium, ſic contracta, per matrimonium æqua, & rationabilis eſt l. non facilè, §. affines, & §. ſciendum, ff de grad. affinit. Bal. in l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. num. 8. nec diſſoluitur morte illius, cuius cauſa contracta eſt affinitas, 35. q. 8. cap. fraternitatis, & q. 3. per tot. nec contrahitur pollutione extraordinaria, 35. q. 3. cap. extraordinaria, Archidiac. in cap. fraternitati, de eo, qui cogno. conſang. vxor. nec per immiſſionem, ſiue effuſionem ſeminis, extra vas debitū, in d. cap. extraordinaria, Abb. in cap. in literis, de teſtibus num. 51. nec ſodomitico modo, Zach. in cap. literas num. 4. de deſponſ. impub.

35 Dicitur affinitas, quaſi propinquitas, inde affines propinqui dicūtur, & ex eo, quod duæ cognationes, quæ inter ſe diuerſæ ſunt per nuptias, ſcilicet, & per coitum copulantur, alter ad alterius cognationis finem accedit, in d. l. non facilè, §. affines, ff. de grad. cognat. & refert, Hoſt. in ſum. de affinit. nu. 2. vnde non cōtrahitur per ſponſalia, Bart. in l. quod ſeruius, ff. de cond. cauſa data, nu. 1. vide etiam, ibi Bald.

36 Tria

36 Tria ſunt genera affinitatis, vt referunt Canoniſtæ, Hoſtien. & Goffred. in eod. tit. & cognoſcitur his regulis.

37 Primum genus habet, quod omnes cõſanguinei vxoris tuæ ſunt tibi affines in primo genere, quia hic incipit affinitas, ſic perſona adiuncta ſanguini per copulam facit primum gradum, inde dicit, Hoſtien. in d. loco perſona generata ex conſanguinitate, perſona ſociata per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, ſed non mutat gradum, vt exempli cauſa, Lucius, & Lucia frater, & ſoror attinent in primo gradu cõſanguinitatis, Petrus agnoſcit ſororem Lucij ſ. Luciam, & tunc ſociatur Petrus Luciæ, & per talem copulam mutatur genus attinentiæ, nam alio genere Lucia eſt coniuncta Lucio, alio Petro, Lucio. n. eſt cõſanguinea in primo gradu, & Petro affinis pariter in primo gradu, ſic mutatur genus attinẽtiæ, & non gradus, & ita procedi poteſt ad alios gradus, vnde omnes conſanguinei tuæ vxoris, ſunt tibi affines in eodem gradu, ſicq; gradus computantur inter affines reſpectu cõſanguinitatis tantum, 35. q. 5. cap. porro, & nõ excedit perſonam mariti, qui affinis efficitur omnibus cõſanguineis ſuæ vxoris, ſed cõſanguinei mariti nullam attinentiam habent cum conſanguineis vxoris, ideo pater, & filius contrahere poſſunt cum matre, & filia, duo cognati, cum duobus cognatis.

38 Secundum genus eſt, cum ſecunda perſona cõiungitur per copulam primæ perſonæ, veluti Petrus maritus ſororis meæ, qui eſt mihi affinis in primo genere, & in primo gradu, ſi mortua ſorore mea, contrahat cum alia, puta, cum Berta, iſta Berta erit mihi affinis in ſecundo genere, ſed in primo gradu, ſicuti fuerat Petrus, & in hoc ſecundo genere contrahitur aliquando in vtroq; latere, ponamus exemplum, Petrus, & Lucia ſunt fratres, ego accipio Luciam in vxorem, & ſic Petrus eſt mihi affinis in primo genere, Petrus accipit Bertam in vxorem, illa erit mihi in ſecundo genere, & primo gradu affinis.

39. Tertium genus fit, quãdo perſona adiuncta erit ſecundæ per copulam; ponamus exemplum, ſunt duo conſanguinei attinẽtes ad inuicem in ſecundo gradu conſanguinitatis, quorum alter accipit in vxorem Bertam, & alter Mariam, vnde iſtæ duæ mulieres ſiunt attinẽtes in ſecundo genere affinitatis, & in ſecundo gradu, vt etiam patet ex ſuperioribus, ponamus modò, quod Bertæ maritus decedat, & Melidonius accipiat Bertã in vxorem, ſic iſte Melidonius efficitur affinis Mariæ in tertio genere, & in ſecundo gradu affinitatis.

Hæc ſunt prima fundamenta cognitionis conſanguinitatis, vel affinitatis attinentiæ.

40 Alia cognatio dicitur legalis, & eſt illa, quæ fit per adoptionẽ, vt infra de adopt. dicetur; 41 alia ſpiritualis nuncupatur, & eſt illa, quæ per baptiſmum contrahitur, & eſt propinquitas proueniens ex Sacramenti datione, vt in baptizante, vel Sacramentorum detentione, vt in leuante inter leuatum, ac eius patrem, & matrem, Hoſtien. in ſum. de cognat. ſpirit. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de reformat. matr.

His impedimentis exiſtentibus nuptiæ non contrahuntur, & ex dictis nuptijs tales attinentiæ naſcuntur.

S V M M A R I V M.

1 Matrimonium quot modis ſoluitur.
2 Repudium quid ſit, & à quibus ſiat 3.
4 Requiſita in repudio, & 5.
6 Cauſæ repudij, & illius verba 7.
8 Diuortium quid ſit.
9 Differentia in repudio.
10 Diuortium quare ſit dictum, & 11.
12 Cauſæ diuortij.
13 Matrimonium quando ſoluatur morte.
14 Vidua quid ſit, & 16. 17.
15 Quare ſic dicatur.
18 Vidua continens quæ.
19 Quot modis dicatur vidua.
20 Mulieres ad quid natæ ſint.
21 Mulierum ſolutarum differentia quæ.
22 Concubina quæ, & quot modis.
23 Requiſita ad concubinatum.
24 In quibus æquiparatur vxor, cum concubina.
25 Pluribus nominibus dicuntur concubinæ.
26 Pellex quæ.
27 Focaria quæ.

28 Meritrix qua.
29 Meretrix quare dicatur.
30 Amphroditi qui.
31 Caſtrati qui.
32 Spadones qui.
33 Eunuchi qui.

DILVCIDATIO VII. SOLVTO MATRIMONIO.

1 SOLVITVR matrimonium multis modis veluti repudio, diuortio, &
morte alterum coniugum, ita legitur in l. 1. ff. de diuort. & repud. dirimi-
tur matrimonium, diuortio etiam morte, captiuitate, vel alia contingẽ-
te ſeruitute vtrius eorum, ſecus de iure Canonico, vt infra dicemus.
2 Repudium autem eſt renunciatio facta à ſponſa ſponſo, vel è contra,
l. 2. ff. de diuort. & repud. l. licet, C. eod. ad differentiam diuortij, quod in-
3 ducitur ſeparatione, at renunciatio, & repudium fiunt à ſponſo ſponſæ; diuortium inter
legitimè coniunctos, vt habetur in toto corpore, C. de repud. & quando aliquid erat diſcu-
4 tiendum in ſponſalibus, & ſeruabantur quædam ſolemnia, tamquam pro vera forma, ſicu-
ti adhibere ſeptem teſtes Ciues Romanos puberes rogatos ſcriptura, ſeu libello cauſa pro-
ponebatur cum cauſæ expreſſione, & interueniebat expreſſa voluntas mittentis libellum,
5 licet poſtea poſſet mutare voluntatem, l. conſenſu, C. eod. & licet, qui breui reuertitur non
videatur diuertiſſe, tamen perpetuus animus ſeparandi repudij adeſſe requiritur. Cauſæ au-
6 tem plures, in d. l. conſenſu numerantur, quæ honeſtatem meram recipiunt veluti ſi mari-
to ſuo debitam honeſtatem non ſeruaſſet, aut ſi ebria tumulenta multum ſolita iacere in le-
cto, ſi pigra, & ſomnulenta fuiſſet, & ſimilia, & ſi plura ſimul concurrebant, tunc licebat
7 mittere repudij libellum. Verba autem quibus repudiantes vtebantur, iſta erant de qui-
bus in l. 2. ff. eod. (*tua res tibi habeto*) vel (*tua res tibi agito*) licet hæc verba potius ſint di-
uortij, & repudij ſint illa (*conditione tua non vtar*) erant.
8 Aliud genus ſeparationis eſt diuortium, quod ſecundum Goffr. & Hoſtien. in ſum. eod.
tit. eſt viri à muliere, vel mulieris à viro legitima ſeparatio, ex qua notatur differentia in-
ter diuortium, & repudium, & ita legitur, in l. inter ſtuprum, ff. de verb. ſignif. Diuortium
inter virum, & vxorem fieri dicitur, repudium verò ſpõſæ remitti videtur, quod & in vxo-
9 ris perſonam non abſurdè cadit, hoc eſt in larga ſignificatione, nam quandoq; vxor dici-
tur repudiari, ſed impropriè, vt in l. ſi qua in princ. ff. de rit. nupt. &c. contra vbi nõ eſt ma-
trimonium dicitur diuortium, l. quod ſeriuus, ff. de cond. ob cauſ. & in d. l. inter diuortium,
attamen inter diuortium, & repudium hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matri-
10 monium poteſt, ſed in repudio non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur, quod diuortium
ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eant, qui diſcedunt, & in l. 2. ff. de diuort. dicitur
diuortium autem, vel à diuerſitate mentium, dictum eſt, vel quia in diuerſas partes eunt,
qui diſtrahunt matrimonium, vid. etiam ibi glo. prim. quæ declarat quomodo eãt in diuer-
ſas partes, vel ſententias.
11 Legitima ſeparatio intelligitur, de animo deliberato, & perpetuò, qui nõ motus ſit ira,
vel calore alicuius odij, vt in d. l. inter diuortium, necnon ad differentiam repudij, quod in-
ducitur qualibet ſeparatione non legitima, ſed diuortium fit lege permittente, nam quos
Deus coniunxit homo non ſeparet, 32. q. 2. cap. quos Deus non .n. homo ſeparat, quos pœ-
na damnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat, propterea inter legitimè con-
iunctos, & non inter ſponſos diuortium fit, ex d. l. inter diuortium, & talis ſeparatio (niſi
interuenirent cauſæ dirimentes matrimonium) quo ad thori ſeparationem tãtum permit-
12 titur, §. deinceps, Auth. de nuptijs. Cauſæ autem diuortij multæ enumerantur, in tit. ff. de
diuortijs, & d. l. conſenſu, C. de diuortijs tria adducuntur, in Auth. de nuptijs, coll. 4. §. has
itaq; & iſta ſunt remiſſa, in Auth. vt lic. mat. & aui. §. quia verò plurimas, coll. 8. ſecus de iu-
re Can. Verba autem diuortij erant iſta, vt diximus *res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito*,
quæ oſtendebant ſigna perpetuæ diſſenſcionis, inter ipſos, l. 2. ff. eod. cauſa aũt, de iure Can.
eſt fornicatio alterius cõiugis, c. gaudemus, de diuort. Bart. in l. rerũ amatarũ, ff. de re. amat.

13 Sol-

13 Soluitur etiam matrimonium morte ciuili,& naturali, de iure Can.ſoluitur morte natu-
rali tantum, cap.inter corporalia,in prin.de translat.Epiſc.cap.ebron.13.q.2.cap.an quod
& cap.ſi quis cum matre cum ſeq. 33. q. 2. Hoſtien. in ſum.de diuort.§.deinceps, Auth.de
nupt.& glo.in §.illud de non eligen.ſecun.nubent.at ſi matrimonium nó eſſet conſumatum
tunc per ingreſſum religionis alterius coniugis ſoluitur, cap. ex publico, extr. de conuerſ.
coniug.ſed bene per ingreſſum amborum,cap.verum, cap.coniugatus, cap cum ſis,de con-
uer. coniug. & dicitur ciuiliter mortuus,& operatur eundem effectum, quem mors natura-
lis, cap placuit, 16.q.7.& cap.nullus,in d.q.7.Non ſoluitur de portatione, Auth.de nupt.§.
deportatio,glo.in l.ſi cũ dotem,ff.eod.Nec damnatione in metallum, in d. Auth.de nupt.§.
ff. C. deportatus, & ſic de ſingulis, ſed morte tantum, & eo caſu repetitur dos, vt in tit. ff. &
ſolu. matr. C.ſoluto matrimonio,vnde quotieſcunq; ligamen,quo erant aſtricti coniuges non ſoluitur
iuxta Domini præceptum, Apoſt.1.ad Corinth. cap. 7. quandiu vir eius viuit, legi mulier
ligata eſt: matrimonium durat, nec dicitur ſolutum. Soluere reſpicit ligamen,hoc eſt diſ-
ſoluitur, ſicuti legitur in l.1.ff.de Tign. iniunct. & in Auth.de nupt.§.ſi verò, & Inſtit. pro
14 ſocio, §.manet,& tit. quibus mod. ius par. pot. ſolu. Tunc mulier coniugata ſoluto matri-
monio appellatur vidua, ſic vidua eſt cuius maritus mortuus eſt cap. vidua, diſt.34.hac de
cauſa, ſecundum ethimologiam nominis, nam ideò ſignificat, ſeparo, vel diuido, ſic dici-
tur ab idus, quod eſt diuiſio, vel ſeparatio, ex glo. 1. in d.cap.vidua, inde ſumitur etiã pro
15 qualibet muliere,ſine viro, ac ſi nunquam maritum amiſiſſet, quaſi ſine viduitate, & tunc
dicitur à vi, quod eſt, ſine dualitate, ſicut dicitur vecors, ſine corde, & veſanus, ſine ſanita-
16 te, l.malum, §.viduam, ff.de verb.ſignif.ſtrictè autem pro his, quæ habere deſierunt, glo.in
l.1.C.quando impon.tut.pupil.& intelligitur ſi à marito fuerit cognita, ex d.c.vidua. Item
vxor, quæ habet maritum inutilem poteſt dici vidua, quaſi orbata marito, glo. notabilis,
ſecundum Salycet.in l.fin.C.ad l.Flauiam, de plagiar.& eſt tex. cap. 2. de translat. prælat.
17 quod Eccl.dicitur viduata, quæ Epiſcopum habet inutilem. Vidua propriæ dici non po-
teſt, quæ poſt primum, ſecundò, & tertiò contraxerit, nam tunc mulier differt multum à
muliere, ſemel nupta, per ea, quæ refert, Alberic.in dictionario in ver. vidua per dictum
Diui Hieronymi, in cap. viduas honora, 1.q.2.in qua epiſtola incipit,vetere via ad Dama-
ſum Papam, & refert, quod viro, qui ſepelierat vxores triginta, & mulier viros, 22.& iſti
contraxerunt ad inuicem, & vir ſuperuixit.

18 Idcircò vidua, quæ continens eſt virginitati proxima eſt, vt in Auth. de non eligen. ſe-
cundum nuben.§.cum igitur verſ.optimum itaq; eſt, atq; laudabile,& dignum oratione, vt
mulieres ita ſe honeſtè tractent quatenus, quæ ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiola-
tum morientium thorum, & huiuſmodi mulierem, & miramur pariter, & laudamus, & nõ
procul à virginitate ponimus.

19 Vidua dicitur quatuor modis, quædam eſt vidua corpore, ſed in honeſta mente, corpo-
C. Indic. vid. re vidua, & nuda mente comparatur coniugatis, quædam corpore, & mente, hæc ſecun-
toll. dum Theologos, & Diuum Thom. inde habetur in tit. C.de indic.vid.tollen. quod in vlti-
mis voluntatibus conditio, quæ viduitatem inducit vitiatur. licet cõditio viduitatis in vi-
dua non ſpernatur, ſi perſeuerantiam non requirit, vnde qui aliquid ea conditione legat,
vt viduitatem ſeruet,non ſuſtinetur huiuſmodi legatum, quia natura ea lege produxit mu-
20 lieres, vt filios procrearent, & ea eſt earum cupiditas, ſic ceſſat illa lex,quod mulier amit-
tat legatum, ex glo.1.in l.ambiguitate, C.eod. quapropter leges ciuiles intẽdunt procrea-
tionem filiorum, quæ corpore tantum, & non animo copulantur veræ viduæ non ſunt, nec
verum matrimonium, ſed concubinæ tales mulieres appellantur, quæ pariter à iure ciuili
conſiderantur. Mulieres, quæ extra fœdus matrimonij coeunt ſunt in triplici differentia,
21 alia appellatur concubina, alia meretrix, alia locaria, ſeu fornicaria, attamen ſub nomina-
tione vnius in odioſis non comprehenditur altera, cap.odia.de reg.iur.lib.6. vbi Dynus, &
diuerſitas nominum arguit diuerſitatem rerum, l.ſi idem, C.de codicil.

22 Concubina itaq; propriè illa dicitur, quæ ſoluta, & corrupta eſt, & per hominem ſolu-
tum retinetur in domo maritali affectu, ſine tamen nuptijs, l.maſurius, ff.de verb. ſign. vbi

concu-

concubina modò appellatur pellex, modò Amica, his verbis, vt clarius legentibus innoteſcet, Maſurius ſcribit lib. memorialium, pellicem, apud antiquos, eam habitam, quæ cum vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat, & nunc verò nomine, amicam, paulò honeſtiore, concubinam, appellari; Graccus Flaccus in lib. de iure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat; quidam eam dicunt, quæ vxoris loco ſit ſine nuptijs in domo, quam greci pellicem vocant, vt in cap. omnibus, §. concubinæ, diſt. 34. vbi habetur; concubina autem hic intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis

23 vnita eſt, & coniugali affectu aſciſcitur; hanc coniugem facit affectus, concubinam verò lex nominat. Plura tandem requiruntur, vt propriè ſit concubina; primò, quod ambo vir, & mulier ſint ſoluti, ita vt eorum coitus ſit qualificatus, & iure ciuili accuſari non poſſit, veluti non adulterio, non ſtupro, vel inceſtu, aut alio damnabili coitu, copulētur, ſed ſimplex ſit fornicatio. Bar. in l. 1. ff. de cōcub. & facit tex. in §. ad hæc in Auth. vt liceat matr. & auiæ. Secundò requiritur, vt ſimul cohabitēt, & affectus ſit indubitatus, ſicut in vxore cuius affectus præſumitur, per cohabitationem, & ſi ſit retenta, vt concubina, ſcientibus, & videntibus propinquis, & habitu cōcubinarum, qui ſit diſtinctus ab vxore; ſic vt publicè pro concubina habeatur; Tertiò requiritur, quod ſit vnica, ſicut vxor, vt affectus ſit indubitatus, nam ſi eſſet dubitatus, vt quia retineret duas, propriè non eſſet concubina, glo. in §. ſi quis autem defunctus, in ver. omninò, in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui coll. 7. ſed potius efficeretur infamis, glo. ibi in ver. concupiſcentia, & idem concludit, Bal. in l. neminem, C. de inceſt. nupt. ſi quis tenet vxorem, & cōcubinam; Quartò, vt eo animo retineatur, vt filios ſuſcipiat ex illa, de iure ciuili videtur concubinatus ſtudium eſſe quærendæ poſteritatis, & nō libidinis, vt eſt caſus, in l. ſi quis ingenuam, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.

Quintò requiritur, quod tractetur honeſtè, honorificè, & diligatur, vt vxor, l. cum tabulis, §. quoniam ſtuprum, in verbo pleno iure, ff. de his quibus, vt indig.

Sextò, quod Amicus proteſtatus fuerit cum ſuis amicis declarādo animum ſuum, quod non aliter intendit eam retinere, niſi pro concubina, quam in futurum ſperat eam ducere in vxorem, ſecundum Bal. in l. eam quam verſ. nota, quod licitus, C. de fideicomm. & talis proteſtatio excuſat à ſtupro, ſi mulier fuiſſet virgo, vel vidua, l. in concubinatu, ff. de concub. nam ſi aliter eſſet non requireretur talis proteſtatio, dummodo non eſſet mulier illa habita, honeſtæ conditionis, nam tunc proteſtandum eſt, ponderando verbū illud legis (ſine teſtatione) & Bart. in d. §. quoniam ſtuprum.

Plura vide de legitima concubina, apud Ludouic. de pœna, l. ſi cohortalis, C. de cohortal. & princip. cornicula, lib. 12.

24 Ex quibus de iure ciuili in multis vidētur adæquari ad inuicē vxor, & concubina, quoad quendam naturalem effectum, vt ex Lap. in rubr. de donat. largo autē modo, & impropriæ appellatione concubinæ venir quælibet mulier, cum qua illicita copula habetur, & ſic tripliciter ſummi poteſt, ſtrictè, prout ſupra diximus, largè pro ea, quæ à vito retinetur alio fine, quam maritali affectu, ſicuti faciunt ſcolares, qui ad tempus mulieres retinent, & iſtæ propriè focariæ nuncupantur, largiſſimè pro illis, quæ retinentur ad finem copulæ tantum, vt libido expleatur, & verſatur etiam inter perſonas prohibitas, vt ex DD. in l. 1. ff. de concub. & ibi plura. Quæ licet de iure ciuili non videantur prohibita, tamen de iure Canonico non permittuntur, c. nemo, c. meretrices, 32. q. 4. cui diſpoſitioni, aſſentitur etiam lex ciuilis, quoad fugiendum peccatum, vt in Auth. vt Cler. apud pro. Epiſcopi, & in cap. Clerici de iud. ff. c. de cōcub.

25 Pluribus autem nominibus nuncupantur cōcubinæ in iure, veluti pellex, amica, focaria, clauigera, & ſic de ſimilibus, vt ſupra tetigimus.

26 Pellex illa eſt, quæ vxoris loco, ſine nuptijs in domo retinetur, l. Maſſurius, ff. de verb. ſignif. & aliquando ſumitur pro ea, quæ libidinis cauſa tantum retinetur, vt in cap. clerici, & ibi glo. diſt. 32. Amica eſt generale nomen, quæ ad omnes ſimiles caſus poteſt adaptari, vt in d. l. Maſſurius; Focaria quaſi fornicaria dicitur, vel quia focum præparat dum animū gehennam tribuit, ſic animæ peccatum eſt ignis, vt ex d. l. Maſſurius, aut quia furnum, ſeu

27 fornacem adminiſtrat, glo.in l.cum quidem, §.fiſcus, ff.de vſur.in verb.focarijs;Clauigera illa eſt, quæ tamquam domina claues bonorum ſui hominis tenet.

28 Meretrix turpis eſt perſona, quæ lucri cauſa pluribus pudicitiam vendit, c. meretrices, 34.q.4. Tria porrò faciunt meretricem, fornicatio publica, concubitus plurium, & pretium pro copula; propterea mulier meretrix multorum hominum libidini eſt patens, vt in cap. vidua, diſt.34.plurium intelligitur, ſecundum glo.in d.cap.vidua, per cap.lateres de clerico excom. quæ admiſerit ad ſe ad minus quadraginta viros, ex iſtis colligitur differentia inter concubinam, & meretricem, vt ex glo.in §.2.Inſtit.de hæred. ab inteſt.in verb. præſtiterunt, vide etiam, l.palam, ff.de ritu nupt. Abb. in c.inter operam de ſponſa. & in cap. cum decorem, de vit. & honeſt.cler.quorum ſententia eſt, illam dici meretricem, quæ inhoneſtè duas, vel plures, cauſa quæſtus admiſit, licet autem in l. qui adulteriũ, C. de adulterijs illam meretricem eſſe fatetur, quæ in meretricio, vel lupanati per viginti horas ſteterit, Bal.autem in l.item, §.quoties, ff.de condit.ob turpem cauſam, & Alciat.in d.l.Maſſurius, aſſerunt meretricem dici, licet cum vno tantum mulier ſe commiſeuerit, vt pretium aſſequatur, arg.l.mariti, §.qui quæſtum, verſ.ſiue .n. ſæpius, ſiue ſemel, ff.de adult. Verior tamen eſt opinio, illam cenſeri meretricem, quæ publicè, & quæſtus cauſa, duos homines ad minus ad copulam admiſerit, quoniã & duo multi dicũtur, glo.in §.fin.in verb.multum, Inſtit.de iur.perſ.& glo.in cap.lateres, in verb. multitudinem, de clerico excom.

29 Appellatur eo nomine, à deriuatione vocabuli, ſecundum Alber. quaſi me retrahens à bono opere merere .n. propriè eſt lucri gratia aliquid operari, & quæ illius quæſtu proſtituunt, ita ſcortæ appellatæ ſunt meretrices.

30 Eſt altera ſpecies, quæ vtroq; ſexu abũdat, & tales amphroditæ dicuntur, & de quo magis participant, illius nomen ſortiuntur, Bart. l. quæritur, ff. de ſtat. hom. & textus eſt, d.l. quæritur, & ibi glo.vnde attenditur ſexus, qui magis præualet, præualere eſt poſſe facere, ea quæ virorum, vel mulierum in copula proprium, eſt glo. in verb. præualet.

31 Sunt etiam quidam alij, qui Eunuchi vocantur, ſeu Spadones; Caſtratus dicitur, quaſi caſtę natus, §.ſed,& illud, Inſtit.de adopt.& glo.in l.ſed,& quæſitum, §.Spadonum, ff.de liber & poſth.& illi Caſtrati cenſentur, quibus virilia ſunt amputata, quaſi à caſtro, l.3. & l. 4. ad l.Corneliam de ſicar. Alciat.in lib.1.parergõ in verb. caſtrati; alij ſentiunt illos dici caſtratos, qui ſine teſtibus nati ſunt, quod ab omnibus improbatum eſt, & tales cum generare nequeant, nec adoptare poſſunt, l generali, §.illud, ff.de adopt.& hoc in Romano Imperio prohibitum erat fieri; ſed facti, à Barbaris vendebantur, & qui hoc procuraſſet, capite puniebatur, vt in tit. C.de Eunuch. C. & eunuch.

32 Spado appellatur, qui omnino virilibus non caret, ſed ſperare poteſt naturæ auxilium, l.Pomponius, §.Spadonem, ff.de ædilit.edict. l.ſi quis poſth. ff.de lib. & poſth. Ideò generaliter ſumi poteſt pro omnibus, qui ad generandũ inhabiles ſunt, tam ex accidenti, quàm ex natura, vel ſtrictè pro eo, cui ſpado, hoc eſt cultello, virilia abſciſa ſunt, l. Spadonum, ff.de verb.ſign.l.ſi ſeruum, in fin. ff.de iur.dot.

33 Eunuchorũ nomen generale eſt, ſed propriè pro ſpadonibus ſumitur, de quibus Alciat. latè in d.l.Spadonum, & plura per DD. vide in d.tit.de Eunuch.

Hæc de ſexu mulicbri iuxta præmiſſorum intentionem dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 Partus quid.
2 Quando ſit in rerum natura.
3 Quo tempore concipiatur.
4 Partus ſpecies.
5 Monſtruum quid, & 6.
7 Quot vno partu edantur.
8 Tempus perfecti partus.
9 Abortiuus partus qualis.
10 Partus quomodo cuſtodiatur.
11 Ventris appellatione quid veniat.
12 Partus ſuppoſitionis prohibitio.
13 Natus an dicatur, qui venit in lucem, ceſo vtero matris.
14 Qui habeatur pro non nato.

15 Viuus quis dicatur naſci.
16 Perfectè natus qui dicatur.
17 Maſculus præſumitur prius naſci.
18 Partus ad quem pertineat.
19 Quo modò agnoſcatur partus.
20 Parentes tenentur alere filios.
21 Alimentorum ſpecies quæ.
22 Quid veniat ſub alimentis.
23 Filij non ſunt exponendi.
24 Et vbi educandi ſint filij.
25 Pupilli qui dicantur.
26 Infans qui.
27 Pueri qui dicantur.
28 Pubertas quæ.
29 Adoloſcentia quæ.
30 Liberi qui ſint.
31 Filiorum appellatione qui, & 39.
32 Poſthumi qui.
33 Poſteri qui dicantur.
34 Filiorum differentia quæ.
35 Naturales filij qui.
36 Quare dicantur naturales.
37 Legitimi qui.
38 Species legitimorum quæ.
40 Adoptio quid ſit.
41 Quotuplex ſit.
42 Qui poſsint adoptari.
43 Qua authoritate quis adoptetur.
44 Effectus adoptionis qui.
45 Quis adoptare poßit.
46 Arrogatio quid ſit.
47 Quis arrogetur.
48 Forma arrogandi quæ.
49 Quibus conditionibus fiat.
50 Quibus verbis.
51 Qualis effectus eius.
52 Quis adoptetur, vel arrogetur.
53 Quæ bona acquirat arrogantis.
54 Legitimatio quid ſit.
55 Requiſita ad veram legitimationem.
56 Quot modis fiat legitimatio. & nu. 57.
58 Requiſita in legitimatione ab homine.
59 Legitimatio per ſubſequens matrimonium quomodo fiat, & 60.
61 Spurij qui.
62 Quare dicantur.
63 Species plures eorum.
64 Spirituales filij qui.
65 Legitimi, & naturales filij qui.
66 Quare ſic dicantur.
67 Quando dicantur legitimi.

DILVCIDATIO VIII. DE LIBERIS.

SExvs, vt dictum eſt, & virilem, & muliebrem naturam continet. Qualiter de fœminis lex diſponat ſuperius diximus, nunc de virili ſexu ſupereſt, vt tractetur, qui & aliam patitur diſtinctionem; nam lex naturã imitatur, quæ prius in vtero filios concipit, deinde conceptos edit in lucem, & tunc filios natos dicimus, qui dum adoleſcunt minores nuncupãtur; cum verò adoleſcentiæ annos compleuerint, maiores cenſemus.

1 Partus autem in vtero matris exiſtens eius pars viſcerum nuncupatur, l. ſi pregnans, ff. de euict. & glo. 2. in fin. & l. 1. §. ex hoc, ff. de ventre inſpicien. inſt. de legat. §. ſi quis ancillas.

2 Talis itaq; in vtero exiſtens, quoad commodum iuris ciuilis dicitur eſſe in rebus humanis, & propterea in rerũ natura, l. qui in vtero, l. 1. ff. de ſtat. hom. & ibidẽ, l. qui in vtero, l. 2.

3 Prius autem videndum erit partum ſua habere tempora, ideò dicimus ante 40. diem in maſculo fœtus non concipi, glo. in l. diuus, ff. de extraord. crim. in verb. exilium, quoniam natura paulatim format ſemina, & non prius formatur homo, quàm elemẽta confecta ſuas imagines, membraq; ſuſcipient, c. ſicuti ſemina, 32. q. 2. cum primum corporis linteamina compacta fuerint, anima infunditur, & partus dicitur animatus, c. Moyſes, 32. q. 2. fœmina autem poſt octoginta dies, ſecũdum Archid. in d. c. Moyſes, idcircò partus exiſtens in vtero non dicitur pars rei, nec facit rem pretioſiorem, ſicuti faciunt fructus pendentes, Bart. ſing. in l. in Falcidia placuit, ff. ad l. Falcidiam, eo quia dum eſt in vtero dicitur perſona incerta, Bal. in rubr. C. ad Trabel. in q. 1. & non editus nõ eſt homo, vt in d. l. in Falcidia in fin.

4 Partus aliquando monſtruoſus, aliquando prodigioſus naſcitur, veluti, ſi plura membra
haberet, vt duo capita, vel irrationalium animalium formam reciperet, glo. in l. non ſunt
5 liberi, ff. de ſtat. hom. in verb. prodigioſum, l. oſtenſum, ff. de verb. ſign. Monſtruum dicitur,

quod contra naturam fit, vt ſi homo, cum capite, vel pede bruti animalis naſceretur, & de his, apud Doctores, in d.l. non ſunt liberi; Qui habet faciem hominis retro verſus ſpatulas non cenſetur homo, ſecundum Alex. in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſth. Imol. ibi tenet contrarium, per glo. in l. quæret, ff. de verb. ſignif. ſed dicendum potius hominem illum eſ-
6 ſe monſtruoſum, quando habet animam rationalem, ſecundum Alex. in d. l. quod dicitur, & Bal. in d.l. non ſunt liberi, tenet, quod qui caret forma hominis careat pariter, & anima rationali, ſed ſi tantum deformitas appareret, veluti ſi membra dilatarētur, aut diminuerentur, vt qui haberet digitos octo, & ſic de ſimilibus, tunc homo diceretur, ſed ſi caput non eſſet hominis, tunc vera eſſet ſententia, Alex. quia eſt pars principalior corporis, at ſi
7 facies eſſet hominis, ſed ibi eſſet deformitas, tunc vera eſſet opinio Imolæ. Dicimus etiam quod vno partu tres filios, vel quinq; naſci poſſunt, vt legitur in l. ſi pater, ff. de ſolut. & liberat. hæc ſentētia Ariſt. dicentis, quod vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt, & Romæ fuiſſe mulierem Alexandrinam, quæ ſimul quinq; peperit filios, quos incolumes conſeruauit, & idem Iulianus, ait ſibi affirmatum fuiſſe in Aegipto.

8 Perficitur partus triplici tempore, primum eſt in ſeptimo menſe, d.l. ſeptimo menſe, & l. inteſtato, ff. de ſuis, & legit. in fin. ſecundum, receptius eſt nouem menſium, tertium verò decem quod, ſecundum peritos intelligitur tranſactis decem menſibus per paucos dies, vt legitimus diceretur partus, ſi in 12. vel 13. menſe, quod rarò cōtingit partus ederetur, non eſſet legitimus, ſecundum Bart. in l. Gallus, ff. de liber. & poſth. num. 12. qui naſcitur in ſextò menſe, & vno die legitimus naſcitur, & ſic per duos dies, poſt decem menſem, Bart. in d.l. in ſeptimò menſe; Antequam partus ſit maturus dicitur eiectio partus, vt per Budæum notatur ad l. ſi ſeruus, §. ſi quis de manu, ff. ad l. aquiliam in verb. eiecerit.

9 Natus ante tempus dicitur fœtus abortiuus, & immaturus, vt ſi adhuc anima nō eſſet infuſa, vel quia non potuit viuere, glo. in verb. quadraginta, diſt. 5. & ibi, c. cum enixa.

10 De partu multipliciter leges diſponunt. Primò, qualiter maritus certiorandus ſit de vtero vxoris ſuæ, vt filium ex ea naſciturum agnoſcat, & partum curet, vt in tit. ff. de ventr. inſpec. Maritus ſi dubitat vxorem ſuam non eſſe pregnantem, addit Prætorem, qui ipſius indemnitate ita prouidere debet, adhibeantur tres obſtetrices probatæ artis, & fidei, eāque inſpiciant, & ſi omnes, vel duæ renuntiauerint prægnantem, tunc perſuadendum mulieri eſt, vt cuſtodem admittat; at ſi mulier hoc diſſimularet, occultando viro ſuo vterum, tunc euocanda erit ad Prætorem, à quo ſi interrogata prægnantem ſe eſſe reſpondiderit, tunc cuſtodiæ traditur; ſi negauerit, per obſtrictices in domo honeſtæ matronæ inſpiciēda erit; ſed ſi maritus mortuus eo tempore fuerit, partus erit denunciandus his, quorum intereſt partum non edi, vel totam habituris hæreditatem, vel partem, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, l. 1. ff. de ventr. inſpic.

ff. de ventr. inſpic.

11 Ventris appellatione venit quicquid mulier habet in vtero, ſiue vnum gerat, ſiue plures, l. placet, ff. de liber. & poſth. & ſequen. & Oldra. in conſ. 212.

Secundò conſideratur, quod ad illius cōmodum ſpectat, glo. fin. in l. 1. ff. de carbon. edit. & intereſt Reipub. ne fiat ſuppoſitio in partu, l. 1. §. ſed, & ſi, verſ. publicè, ff. de ventr. inſpicien. ſic partui conſulere æquum eſt, l. 1. §. rectiſsimè, verſ. Eſt. n. æquiſsimum, ff. de vētr. in poſſeſſ. mitten. & ita etiam habetur in tit. ſi ventris nomine, vt infra ſuis locis dicetur.

12 Ad euitandam huiuſmodi partus ſuppoſiti falſitatem, vt commodum, quis hæreditatis adipiſcatur, prohibitum eſt ſub pœnis, ne talis ſuppoſitio fiat, l. cum ſuppoſiti partus, C. ad l. Corneliam, de falſis, & Prætor in d.l. 1. ff. de ventr. inſpic. Formam tradit ſeruandam ad fauorem ſuccedentium in hæreditatem mariti mortui, qua filiatio probatur, & illa erit ſeruanda.

13 Partus naſcitur, vel venit in lucem, licet in hoc non multum differant, quoniam & natus dicitur, qui cæſo matris vtero extrahitur, l. quod dicitur, in princ. ff. de liber. & poſth. Alex. in l. fin. C. de poſth. hæred. inſtit. & ibi Salic. & in l. cōmodiſsimè, ff. de liber. & poſth. & ſubſtitutio filio ſic nato facta, tenet etiam ſi puer extrahatur, Bar. in l. Arteuſa, ff. de ſtatu hom. & Alex. & Salic. & in d. l. quod dicitur, etiam ſi pro parte tantum exiuerit de ventre

tre matris, dummodo appareat viuus, quod intelligitur de principali parte, ſcilicet de capite, Bart. in l. penult. C. de hæred. inſtit.

14 Pro non nato habetur qui viuere non poteſt, ſicuti, qui in quinto, ſexto, vel octauo menſe naſceretur, quia tempus eſt immaturus, Cynus in d. l. ſeptimo menſe, Bald. in l. ea quidẽ, C. de accuſat. Alexand. & Iaſ. in d. l. quod dicitur, Paul. de Caſtr. in l. quod certamen, C. de poſth. hæred. inſtit. Ideò natus ſic, & ſtatim mortuus non eſt in conſideratione, glo. in l. ſed & partus, §. fin. ff. quod met. cauſa, Bald. in l. 1. §. in nouiſſimo, C. de caducit. tollen. eo quia habetur pro non nato, glo. in l. penult. C. de collat. & l. qui mortuus, de verb. ſignific.

15 Viuus naſcitur, ſi vocem humanam emittit, & formam hominis habet, Bart. in d. l. quod dicitur, ff. de liber. & poſth. & l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hom.

16 Nec dicitur perfectè natus, qui integrè non naſcitur, Bald. in l. vxoris, l. quod certamẽ, C. de poſth. hæred. inſtit. & ibi ponit differentiam inter exire de vtero, & exiuiſſe; nam q exit interim poteſt mori, ſed non qui exiuit, vnde abortus diceretur, qui dum exit moritur, & non ſuccedit, in d. l. vxoris, nu. 15.

17 Si duo inſimul naſcantur, maſculus, ſcilicet & fœmina, & de prioritate contenderetur, maſculus prius natus eſſe videtur, l. ſi ita fuerit, §. planè, ff. de reb. dub.

In hac materia plura obſeruãtur, vter, partus, & infans, l. 1. §. fin. in fine, ff. de ventr. inſpic.

18 Partu tandem nato, qui naſcitur dicitur filius, & pater tenetur illũ agnoſcere, ex Senat. conſult. Plaut. de quo in præſenti verba non habemus, & ex alio, tempore D. Adriani, facto quibus cauetur ad illos pertinere partus, qui poſt diuortium eduntur, l. 3. §. quin Plautianum, ff. de lib. agnoſcen. Talis autem Senat. conſul. de liber. agnoſcen. duas habet ſpecies, vnam eorum, qui agnoſcunt, aliam eorum, qui falſum partum ſubijciunt, l. 1. in princ. ff. eod. & ſic duo ſunt requiſita, vt viri agnoſcantur, & falſi repellantur, glo. ibi in verb. quum falſum.

19 Si mater ſeparata fuerit à viro ſuo, tenetur infrà triginta dierũ ſpatio à die ſeparationis denunciare, vt dictum, eſt ſe eſſe prægnantem, vt ea, quæ tradita ſunt, in d. l. 1. ff. de ventr. inſpicien. ſeruentur, & hoc idem, in §. 1. & maritus tenetur, ſi voluerit adhibere cuſtodes, l. 1. §. quemadmodum. ff. de agnoſc. liber. & tunc his ſeruatis, ex d. Sen. conſ. Planc. pater tenetur filium agnoſcere, ex d. l. 1. §. Iulianus, & differt hoc Senat. conſ. à Carboniano: nam in iſto agitur de probatione filiationis, & ibi de agnoſc. liberis, & latius in d. tit. de agnoſcen. & alen. liberis tractatur. ff. de agnoſcen. & alen. liber.

20 Cognitis liberis, agitur deinde de illis alendis, vt in tit. C. de alen. liber. Naturali iure aſcendentes tenentur alere ſuos deſcendentes, Inſtit. de iur. nat. §. ius naturale, l. ſi quia liberis, §. vtrum autem, ff. de liber. alen. & mater poteſt agere contra marrtum officio Iudicis, qui alat filium ſuum; pari vice filij diuites, parentes inopes tenentur alere, l. 1. & 2. C. eod. & glo. in d. §. 1. Inſtit. de iur. nat. mater etiam tenetur filium ſuum per triennium lacte enutrire, l. fin. C. de patr. poteſt. & glo. in d. §. 1. in verb. triennij, Inſtit. eod. ſi mater lactare potuerit, alias pater expenſas ſubminiſtrabit, Bart. in tract. de alimen. in q. 6. l. ſi quis, §. ſed, & ſi filius, ff. de liber. agnoſcen. at ſi pater eſſet potens, tunc licet filio legitimam cõſignaret, tamen illum alit, ſecundum Sylueſt. in addit. ad glo. in d. §. 1. Inſtit. eod. in verb. educatio, nec dicimus filium poſſe ſe ali, dum inhoneſtum artificium exercet, ſecundum Bart. in d. l. ſi quis; Qui autem huiuſmodi alimenta præbere recuſauerit vitæ, mortem parare videbatur, l. necare, ff. de liber. agnoſc. His verbis. *Necare videtur, non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abijcit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis miſericordia cauſa exponit, quam ipſe non habet*, hæc illæ; propterea poſſunt omnes iſti cogi officio Iudicis ad præſtandum alimenta, ex d. l. penult. & l. fin. C. de alen. liber. C. de alen. liber.

21 Alimentorum appellatione, ſecundum diuerſitatem caſuum, ita & diuerſimodè plura, vel pauciora veniunt, veluti in fauorabilibus, plura, in odioſis pauciora, & regulariter pro victu ſumuntur ea, quæ habentur in l. verbo victus, ff. de verb. ſignif. his verbis, *Verbo victus continentur, quæ eſui, potuiq́, cultuiq́ corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtem quoq; victus habere vicem, Labeo ait*, hæc ibi, & idem videtur dum legantur

 alimen-

Digitized by Google

alimenta, vel victus, aut educatio, glo. in l. fi. ff. de alimen. & cibar. legat. in verb. ambo, & in tex. legitur. *Rogatus es, vt quendam educes, ad victum neceſſaria ei præſtare cogendus, es: Paulus, cur plenius eſt alimentorum legatum, vbi dictum eſt, & veſtiarium, & habitationem contineri? Immo ambo exequenda ſunt*, & in l. legatis, ff. eod. habetur quod legatis alimentis, cibaria, veſtitus, & habitatio debentur, quia ſine eis ali corpus non poteſt: Cætera, quæ ad diſciplinam pertinet, legato non continentur. Verbum hoc, alimentũ græca eſt dictio, & continet, quod præparat nutritiuam operationem, Ariſt. in 2. de Anima, & ideò alimenta ſubſidia vitæ nuncupantur, l. filia, ibi Bald. C. de patr. poteſt.

22 Expenſæ in ſtudio pro diſciplina, veniunt appellatione alimentorum de iure, quia debentur iure ſanguinis, ſecus ſi ex teſtamento alimenta peterentur, l. qui pupillum, ff. vbi pupill. educ. Bart. in l. de bonis, §. non ſolum, ff. ad Carbo. & ibi Bald. & Ang. & in l. legatis, ff. de alimen. leg. in 2. poſit. & in hoc caſu veniunt etiam medicinę, Bart. in l. ſi cum dotem, §. ſin autem, in fin. ff. ſolut. matr. & in d. l. legatis, & l. libertis, §. 1. ff. eod.

23 Ea lege aſtringuntur parentes, ita habere liberos, quod illis nunquam permittitur, nec ex cauſa neceſsitatis filios infantes exponere liceret, tamen illis egenis deferre ad Hoſpitale, vt alantur, l. vnica, §. ſed ſcimus, C. de lat. liber. tollen. & expoſiti dicuntur, qui extra domum ſuam ante fores Eccleſiæ, vel ad loca pia, vt homines miſericordia moti, illos recipiant, filios ponunt, inde exponere idem eſt, ac extra ſe ponere, cap. ſe expoſitus, diſt. 87. & Goffred. in ſumm. de infant. expoſit. & in tit. C. eod.

C. de infant. expoſ.

24 At ſi mortuo patre, differentia, ſeu quæſtio de alendo pupillum inter matrem, & alios oriretur, tunc Iudex officio ſuo poterit terminare, iuxta ea, quæ habentur in l. 1. & l. officio, & in toto tit. ff. vbi pupilli educan. Iudex enim vendicat locum, dum contra pupillum non ſubeſt cauſa machinandi mortem, nec odio, nec ſucceſsionis ſpe, l. 1. & penult. ff. eod. Mater tuta eſt pro filio, donec ad ſecunda vota non tranſierit, & ita proximiores tutiores extraneis iudicantur, l. 1 §. 1. ff. eod. quod verum eſt, dum inter ipſas nulla quæſtio bonorũ adeſſet, l. ſi adipiſceretur, ff. eod. Pater ſi vltra vires hæreditarias alimenta decreuiſſet, p̃ſtanda filijs ſuis, eo caſu voluntas non eſt ſeruanda, quia impoſſibile ordinauit, glo. in d. l. officium, in verb. vltra vires, & l. ius alimentorum, ff. eod. & ibi glo. in verb. redditum, immò fructus omnes hæreditatis non ſunt pro victu tantum conſumandi, ſed ſemper aliquid ſupereſſe conuenit, vt illis filius in bonis artibus, & virtutibus inſtitui poſſit, l. qui filium, ff. eod. & hoc etiam in filia muliere verificari poteſt, licet ab alijs mulieribus grãmaticam decorentur, glo. ibi in verb. inſtituerit: nam, vt legitur in addit. ad d. glo. & mulieres olim liberales artes profeſſæ ſunt, & præcipuè grammaticam, ſicuti de Attici filia M. Agrippæ vxore, quam Q. Cælius grammaticam docuit, at ſi tutor pupillum alimentare neglexerit, Prætor illum vti ſuſpectum remouebit, l. fin. ff. eod. & latius de ſimilibus multa habentur in tit. ff. vbi pupillus educari debeat.

ff. vbi pupil. educ.

25 Pupillus dicitur, qui ſui iuris eſt, morte, vel emancipatione, l. pupillus, ff. de verb. ſignif. & glo. in l. fin. ff. vbi pupilli educari debeant, in verb. conſtituitur, in verſ. Item nota, & l. fi. §. pupillus, de verb. oblig. impropriè etiam dicitur ſi habuerit patrem, dummodo ſit minor quatuordecim, gloſ. & Angel. & in l. peculium, §. pupillus, ff. de pecul. Spec. de iudic. §. 2. verſ.

26 Ne per incognita tranſeamus, dum hominum ætates, & differentias quęrimus à partu edito exordiemur; nam cum primum naſcitur, dicitur infans, cuius ætas durat vſq; ad ſeptennium, l. ſi infanti, ibi Bart. & Bald. C. de iure delib. glo. in Clem. 1. de homicidio, & in c. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6. Bart. in l. inter illam, ff. de verb. ſignif. vbi infantes dicuntur eo, quia fari nequeunt.

27 Poſtmodum veniunt pueri, donec puberes fiãt, l. Mela, in princ. & ibi Bart. in not. 1. ff. de alim. & cib. leg. & incipit pueritia in ſeptennio, regulariter durat vſq; ad 14. annum in maſculo, in fœmina 12. quia ea ætate pubeſcere ſolent, Abb. in rubr. de dilect. puer. per l. fin. C. quando tutor, vel curator eſſe deſi. cap. puberes, de deſponſ. impuber. quandoque extenditur ad 18. annum, dum agitur fauore alimentorum legat. in maſculo, vt in d. l. Mela;

ia; Quandoq; ad 17. annum, reſpectu exercendi officium Aduocat. l. 1. ff. de poſtulan. Triplici modo ſumitur puer, l. pueri, ff. de verb. ſignific. Primò, pro ſeruientibus, ſic ſerui pueri appellantur. Secundò, pro puella. Tertiò, pro ætate puerili, & in hoc ſenſu ſumitur à natiuitate, vt legitur in Hieremia cap. 20. in fin. *Qui nunciauit patri puer natus eſt ſibi*; aliquando dicitur puer ſenſu, ſecundum Apoſtolum ad Corinth. 14. *Nolite pueri effici ſenſibus* Aliquando morũ prauitate, vt dicitur puer centum annorum, cap. Paulus, 2. q. 7. & aliquãdo cuiuslibet ætatis, l. vxorem, §. teſtamento, ff. de legat. 3. inde veniunt impuberes.

28 Sunt autem impuberes, qui ad generationem apti non ſunt, Abb. in cap. puberes, de deſponſ. impub. & vocantur puberes à pudicitia, ſeu corporis pudore; dum pudenda inſpiciebantur, hodie hoc ſignum ſublatum eſt, l. fin. C. quando vel curati, & Abb. ibi tria ponit ſigna impuberum; Primum, dum pilis abundaret, quia tunc oſtenditur ſignum aptum ad generãdum, ſed fallax, & vanum. Secundò, dũm prima oritur lanugo, quæ quartodecimo anno, vt plurimũ pubeſcere ſolet, quod & falſum aſſerit, dum quidam ante, quidam verò poſt, pilos longè emittãt. Quotieſcunq; quis haberet potentiam coeundi, dicitur pubes, & antea impubes, Syluest, in glo. 17. annis, Inſtit. de adopt. §. minorem, & in §. 1. quib. modis tut. finiatur, qui actus olim ex inſpectione iudicabuntur, l. minoribus, ff. de minor. & gl. Inſt. eod. ex habitu corporis cognoſcitur pubes.

Poſtmodum venit adoleſcentia, quæ poſt 14. annum ſuum ſumit principium, cap. quicunq; , diſt. 77. & l. Aurelio, §. 1. ff. de liber. legat. & circa prædicta tempora plura conſiderantur, ſicuti proximus pubertati, & plena pubertas, proximus pubertati diſtinguitur in ciuili, aut in criminali cauſa; in ciuili proximus eſt, qui decimum annum cum dimidio in maſculo, in fœmina ſi nonum annũ cum dimidio exceſſerit, glo. in §. pupillus, Inſt. de inut. ſtipulat. in verbo proximus, & glo. in l. 1. & l. fin. poſt princ. ff. de donat. ibi Bart. in verbo (illud;) In criminalibus, vt poſsit puniri ſat erit, ſi diſtabit à pubertate per ſex menſes, Bal. in l. excipiuntur, ff. ad Syllan. & ibi Bart. Abb. in cap. continebatur, de deſponſat. impub. num. 6. plena pubertas eſt in 18. anno, Abb. in cap. quia in inſulis, de reg. nu. 2.

Iuuenis eſt, qui adoleſcentium ætatem exceſſit, & extenditur vſq; ad 50. annos, l. ſi ſterilis, ff. de act. empt. & ſic, qui inter ſeniores non eſt, ſecundum conſuetudinem Ciuitatis, l. non aliter, §. fin. ff. de legat. 3. ibi Barr. impropriè ſumitur etiam vſq; ad centum annos, & hoc verum in eo, qui indiſciplinabilis eſt, Bald. in l. fin. §. filijs, in fine, C. de bonisque liberis.

29 Colligendo ætates hominum, dicimus à die partus, vſq; ad 7. annos, computari infantiam; deinde venit pueritia vſq; ad 14. annum in maſculo, in fœmina ad 12. poſtmodum ſequitur adoleſcentia vſq; ad 28. annum, inde iuuentus, vel virilis ætas vſq; ad annum quinquageſimum; ſenectus ad annos ſeptuaginta; decrepitas ad finem vitæ, quia ſenectus eſt aliarũ ætatum terminus, l. vt interdum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. hæc ex glo. in proœ. 6. Decret. in cap. ſacroſanctæ, in verbo, perfectus, at ſecundum cauſarum diuerſitates, ita & diuerſimodè terminantur.

Tales autem infantes, puberes, iuuenes, & ſimiles, qui filij nuncupantur, pluribus nominibus vocantur, veluti liberi, filij, nepotes, poſthumi, nati, & cæteri.

30 Liberi ſunt, qui ex parentibus ingenuis orti dicuntur, & ſub hoc nomine veniunt filij, nepotes, & deſcendentes ab eis vſq; ad trinipotes, & cœteri, qui poſteri appellantur, l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff. de grad. cognati, l. liberorum, ff. de verb. ſignif. ibi Bart. nu. 20. Abb. in Clem. præſenti, de baptiſ. nu. 9. & ibi glo. & Inſt. qui tut. teſt. dari poſſ. §. fin. Impropriè continentur trinepotes, vt in d. §. parentes; & propriè nepotes, §. ita demum, Inſtit. de hæred. qui ab inteſta. deferunt, l. ſi quis filiabus, ff. de teſtamen. tut. aliquando ſtrictè pro filijs tantum, vt in ſucc. ex Senatuſconſ. orficiano, §. 1. Inſt. eod. & glo. in verbo liberi.

31 Filiorum appellatione largo modò veniunt omnes, quos amore proſequimur, ſecundum nominis interpretationem, nam Philos græcè, latinè, Amor dicitur, l. liberorum, cum glo. ff. de verb. ſignif. propriè autem non veniunt nepotes nati ex filio, l. iuſta, ff. de verb. ſignif. niſi in datione tutelæ, vt in d. l. iuſta, & §. fin. inſt. qui dari tut. poſſ. & Bart. in l. gallus, §. ſu-

 ſtituens,

ſtituent, ff.de lib.& poſth.l.qui filiabus, ff.de leg.3.& ſecundum materiam fauorabilem, vel
odioſam reſtringitur, vel ampliatur, Bart. in d. l. liberorum, & quando veniant poſthumi,
vide glo.in d.§.fin.Inſt.qui tut.dari poſt.Bart.in l.qui filiabus; Nati dicuntur etiam filij, tam
nati, quàm naſcẽdi de proximo, ſicut poſthumi, quoad eorum commodum, l.qui in vtero,
ff. de ſtat.hom.glo.in d.§.fin.

32 Poſthumi, qui poſt humationem patris naſcuntur cenſeri poſſunt, glo.in §.ſui autem, Inſtit.de hæred.qui ab inteſt.deferuntur, impropriè, qui natus eſt, poſt teſtamẽtũ, l.2.§.1.ff.de
iniuſt.rupt.teſt. Sumitur ẽt aliquando pro eo, qui eſt in vtero, l.cum patre, ff.de negot.geſt.
l.ſi nemo, §.fin.ff.de teſt.tut.ſumi poteſt poſthumus, octo modis, quinq; recitat, glo.in rub.
C.de poſt.hæred.inteſt. cœteros declarat ius, in rub. ff. de lib. & de poſth. primò, qui poſt
teſtamẽtũ eſt arrogatus, vel legitimatus, ſecũdò, ſi teſtator poſt teſtamẽtũ ingrediatur mona
ſterium, Doct. in Auth. ſi qua mulier, C. de ſacr.ſanct.eccl.tertiò, qui naſcitur ſecto vtero
matris, l.quod dicitur, ff.de lib.& poſth.hæc ex Iaſ.ex glo. primò, nati poſt mortem patris;
ſecundò, nati poſt teſtamentum, ante tamen mortem, l.3.§.1.ff.de iniuſt.teſt.tertiò, arrogatus filius poſt teſtamentũ; quartò, arrogatus poſt mortem Aui, quia tunc efficitur ſub Aui
poteſtate; quintò, nepos Aui moriẽte filio, l.filius à patre, §.1.ff.de lib.& poſth.& ibi Salci. Ius, & alij Doctores, licet quidam tertium modum negent, & veniunt omnes filij, &
nepotes, in d.§.fin.Inſt.qui tut.dari. Differentia poſthumorũ hæc eſt, quidam dicuntur ſui,
quidam alieni, §. poſthumum, Inſtit. de legat. alienus eſt, qui iner ſuos hæredes naſcitur,
tamẽ teſtatoris hęres factus nõ eſt, ſed ſuus eſt, qui factus eſt hęres, ex glo.in d.§.poſthumi.

Poſthumi appellatione cõtinẽtur filij, l.alieno, §.1. ff de fideicom.liber.& §.pen.Inſt. qui
teſt.tut.dar.poſſ.l.ſi quis filiabus, ff.de teſt tut.de his vide etiam Bart.in l.Gallus, ff.de lib.&
poſth. Alex. in rubr.ff.de poſth. hæred. inſt. Bald.in l.poſth. ff.de iniuſt. rupt. teſtam. & licet in numero ſingulari proferatur poſthumus, tamen, ſi plures naſcantur ibid.cõtinentur;
l.qui filiabus, §.1.ff.de leg.1. niſi eſſemus in materia odioſa exhæredationis, l.1.§.ſed, & ſi,
ibi Bart.ff.de vent.in poſſ.mitten. & veniunt legitimi, & naturales tantùm, l. placet, ff. de
ff. de lib. & poſth. lib. & poſth. at ſub filiorum appellatione non continetur poſthumus in poteſtate, niſi ex
quadam extenſione, vt in diſpoſitione ſtricti iuris, l.fin.ff.de aſsig.lib.& notantur in tit.ff.
de liber.& poſthum.

33 Poſterorum autem nomine continentur filij, & deſcendentes, vt in d.l.qui filiabus, & l.
Iuriſconſ.§.parentes, Bart. in l.item Prætor, ff.de ſuis, & legis hæred. ſed continentur liberi non liberti, l.quod his verbis, §.idem teſtator, ff. de leg.3. nec veniunt nati ex fœminis
ad immunitates, l.1.§.fin.ff.de iure immunit.

34 Iſtorum filiorum datur alia differentia, nam quidam ſunt legitimi, alij naturales, alij le-
gitimi, & naturales, quidam nec legitimi, nec naturales, vt ſpurij adulterini, & nati ex in-
35 ceſtuoſo coitu, & ſic ſeptem numerantur ſpecies, Inſt.de adopt.§.1.ibi glo.in verbo (natu-
rales) & Syluest. ibi ita diuidit. Prima ſpecies eſt legitimorum, & naturalium. Secunda eſt
naturalium tantùm. Tertia eſt ſpuriorum. Quarta, qui ex damnato coitu naſcuntur, §. fin.
Auth.quibus mod. nat. efficiant ſui. Quinta eſt legitimorum tantùm, de quibus in tit. de
adopt. Sexta legitimatorum, vt l.fin. Inſtit.de nupt. Septima eſt ſpiritualium, vnde filio-
rum appellatione aliquando continentur ſolum naturales, & legitimi non adoptiui, l.ſi qs
tutor, ff.de ritu nuptiarũ; largo autem modo ſub eo nomine continetur, tam iuſtus, quàm
vulgò quæſitus, l.2.in princ. ad Tertull. propriè de iuſto tantum intelligitur, l.filium.ff.de
his, qui ſui ſunt, vel alieni iuris, l.Lucius, §.fin.ff.de leg. l.1.vxoris, §.teſtamento, ff.de leg.
3. & iuris præſumptione præſumitur quis natus ex viro vxorato, in d.l. filium, l. ſi vicinis,
C.de nupt. Continentur etiam naturales, & in ſeruitute concepti, l.ſi quid, ff. de leg.2. l.
Lucius, §. Damæ, ff.de leg.2.in fine, quod verum in fauorabilibus, ſecus in odioſis, Inſt.qui
dar. tut.poſt.§.fin.& l.fin.ff.de hære. de lib. vnde ſecundum diuerſitatem cauſarum, ita di-
uerſimodè ſumitur, nam aliquando venit etiam adoptiuus, l.adoptiuus, ff.de ritu nupt.l.1.
ff.de leg. præſtan. Immò venit & extraneus hæres, l.liberorum, §.fin.ff.de ritu nupt. largo
modo continetur etiam Diſcipulus ſub nomine filiorum, vt exponit glo.in l.1.circa princ.

C.de

C.de excuſat. artif. lib. 10.& dum fauorabiliter agitur continetur etiam filia, §.1. Auth.de
non elig.ſecund.nuben. l.filij appellatione, ff. de verb.ſignif.l.ſi quis ita, in princ. ff.de teſt.
ius: & ita veniunt omnes liberi deſcendẽtes, & poſteri, ex d.l.qui filiabus, ff.de leg.primò,
licet vulgari ſermone cõtineãtur tantũ filij primi gradus, §.pen.Inſt.qui dar.tut.poſſ.tandẽ
ne plura, extra inſtit. dicamus, cõcluditur habito reſpectu ad diuerſa ſic diuerſimodè ſumi.

36 Naturales liberi ſunt, qui ex concubina naſcuntur, & ambo ſint ſoluti, l.humanitatis, C.
de nat.liber.Auth.licet, C.eod.& Auth.de inceſt.nupt.§.dubitandum, coll.2.& Auth.vt li- C. naturalib, liberis.
ceat matr.& auiæ, §.ad hoc, & l.1.ff.de concub.& in tit. C.de naturalibus liberis.

37 Nuncupantur naturales, quia illos natura tantum genuit non honeſtas, cap. liberi, 32.
q. 4. Iure naturæ coitus ad procreationem inductus non erat prohibitus, ſed diuino, & hu-
mano iure fuit damnatus, ideò naturales ad differentiam legitimorum, qui nullo coitu na-
turæ, ſed virtute tantum legis appellantur, vel naturales dicti quaſi filij naturæ copula, ſci-
38 licet tantum interueniente, vt in §.1.Inſt.de iure nat.legitimi filij ſunt, qui priuilegio legis
fiunt, & duplici ſunt in differẽtia quidam ſola legis inſtitutione cẽſentur ſicuti adoptiui, vel
39 arrogati, quidam legitimi, & ſpirituales, vt leuati ex ſacr. Baptiſmo, vel Confirmatione,
& filiorũ legitimorum prima ſpecies continet legitimos, & legitimatos, ita prius de ado-
ptione, ſeu arrogatione dicetur.

40 Adoptio eſt legalis actio ad ſolatium eorum, qui liberos non habent naturam imitans,
ex glo.in §.1.Inſt.de adopt.in verbo adoptio, & Sylueſt. ibi duplici modo aſſerit adoptio-
41 nem deſcribi poſſe generaliter, & ſpecialiter, generaliter eſt actus, per quem auctoritate
iuris ciuilis, qui filius non eſt inſtar naturæ filius efficitur, ſpecialiter, eſt actus, per quem qui
in alterius poteſtat eſt, Imperio magiſtratus, inſtar naturæ, alterius filius efficitur, cõcurren-
te naturali vinculo in poteſtate non concurrente habilis ad ſuccedendum, iſta generalis de-
ſcriptio duo demõſtrat, formalẽ, & finalẽ cauſam, forma eſt ipſe actus authẽticatus à iure ci-
uili, vt ſuũ conſequatur effectũ; finalis eſt ad cuius effectus inductus eſt actus, vt qui filius nõ
eſt efficiatur filius, & in hoc ius naturã voluit imitari, ſpecialis verò demonſtrat plura con-
currentia in adoptione; primò, perſona, quæ adoptari poteſt dum dicitur (qui in alterius
poteſtate eſt) ſecundo, quæ forma ſit ſeruanda, ibi Imperio magiſtratus; tertiò, quæ per-
ſona poteſt ſibi adoptari; quartò, effectus adoptionis.

42 De primo datur regula, ille poteſt adoptari, qui in alterius poteſtate exiſtit, Inſt.eod.§.
Imperio, & hoc ad differentiam arrogationis, vt in §.Imperatoris, Inſt. eod.

43 De ſecundo datur forma, dum dicitur Imperio magiſtratus ad differentiam arrogatio-
nis, quæ à populo concedebatur, ſecundum Gell.lib.5.cap.19.& Pontifices olim adoptio-
nis cauſas iudicabant, illis probatis lex curiata edebatur, & forma promulgandæ legis in
ea ſeruabatur, adhibito oratore, qui pro adoptato verba faceret, & ita Cicero pro domo
ſua orauit, ex Syluest. ad glo. in §. 1. Inſtit.de adopt.ex Paulo manut.de legibus Romano-
rum. Concedebatur, & reſcripto Principis, vel coram eo, aut Magiſtratu ab eo delegato,
glo.in d. §. Imperio, Inſtit. eod. vnde deficiente Imperatore, deficeret & adoptio de iure
ciuili, ſecus de iure Canon.per cap.licet, de foro compet.Nunc verò apud omnes Magiſtra-
tus poteſt adoptari cuiuſcunq; ordinis etiam defenſoris Ciuitatum, gloſſ. in d. §.Imperio,
per Auth. de defenſ.Ciuit.§.nulla.coll. 3. eò quod eſt de voluntaria iuriſdictione, & Iudex
poteſt præſtare ſuum decretum, quando cauſæ ſunt veræ, & adoptandus præſtiterit ſuum
conſenſum, & infantilem ætatem exceſſerit, & ſit præſens coram Iudice, & adoptante, §.
ſed, & ſi pater, Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſolu. l. neq; abſens, ff.eod.

44 Tertiò, ponitur effectus adoptionis, & in hoc antiqua iura differunt à nouo, Inſt. eod.§.
1.& §.ſed hodie, de iure veteri, ait ibi Imperator; *Non ſolum naturales liberi in poteſtate no
ſtra ſunt, verum etiam & ij, quos adoptamus*, ex Senat. conſ. P. Marij, & L. Aſirij tempore
Neronis, cauetur differre ad inuicem legitimos ex adoptione, & nuptijs, vt refert Corne-
lius Tacit.lib.15.De iure nouo extraneus non tranſit in poteſtatem adoptãtis, ſed tantũ de-
ſcẽdentes ex linea materna, ſi adoptarentur à ſuis aſcendẽtibus; idem de aſcẽdentibus ex li
nea paternã, ſi adoptarẽt ſuos deſcendentes emancipatos; in d.§.ſed hodie, ibi glo.& l.cum

in ado-

in adoptiuis, C. de adopt. quia cum ſint ſui, amplius ſui eſſe non poſſunt, necnon quia in
vna perſona, & naturalia iura, & adoptionis concurrunt; & ideò iſtæ præferundus eſt illi,
in quem vnum tãtum vinculum concurrit, eò quod duæ rationes ſunt potiores; extraneus
autem non quia adhuc remanẽt iura naturalia ſui patris, quæ adoptio non diſſoluit, ex glo.
& Sylueſt. in d.§.1.Inſt.eod.

45 Quartò, vnuſquiſq; qui ad generandum ſit aptus adoptare poteſt, ſit ætate adoptato, &
plenam pubertatem excedat annorum 18. l. arrogaro, §.non tantum, l.adoptio, ff.eod.In-
ſtit. adopt.§.minorem, vt naturam immitetur. Fœminæ non adoptant niſi ex indulgentia
Principis in ſolatium filiorum ammiſorum, §. fœminæ, & §.in pluribus, Inſt. eod. l.mulie-
rem, C. eod. illi, quibus interdicta eſt copula, nec adoptare poſſunt, Abb. in cap. vnico,
de Cognat. leg.

Talis adoptio non fit in fratrem, l. nec etiam, C. de hæred. Inſtit. nec fieri poteſt in pa-
trem, quia hoc eſſet contra naturam. Receptio alicuius in domo ſua, vt in filium, qui di-
xerit, *Accipio te in filium*; non inducit adoptionem, omiſſa forma tradita, l. non nudis, C.
de probat. Abb. in c.vnico, de cognat. leg.

46 Arrogatio eſt alia ſpecies adoptionis, & eſt actus, per quem qui ſui iuris eſt, Principis au-
ctoritate inſtar nr̃æ, filius efficitur, & in poteſtate, Syluest.ad gl.in d.§.1.Inſt.eod.ex quibus
47 notatur, quod ille arrogatur, qui ſui iuris eſt, ad differẽtiã adoptionis, vt in §.1.2.& 3.Inſt.
eod. & fieri poteſt etiam à patre familias cum filijs ſuis, Inſt.eod.§.illud, & l.2.§. hoc verò,
l.arrogato, ff.eod.& filij arrogati habentur loco nepotum, apud arrogantem, ita Auguſtus
non prius adoptauit Tyberium, quam is Germanicum adopraſſer, & ſtatim facta adoptio-
ne, ſeu arrogatione, Germanicus factus eſt nepos Auguſti, ex d. §. illud, Inſt.eod.& l. 2. §.
hoc verò, ff.eod. vnde ille arrogatur, qui liber eſt à patria poteſtate, aut morte, vel eman
cipatione.

48 Olim fiebat arrogatio non Principis auctoritate, ſed populi, §. Imperatoris, §.cum aũt,
49 Inſt.eod.ſi impubes reſcripto Principis arrogaretur, præmiſſa cognitione cauſæ, an expe
diat pupillo, vt in l.ſi pater, §.in arrogationibus. Nec ei, §.fi.cum l.ſeq. ff. eod.veluti con-
50 iunctio ſanguinis, aut neceſſitas prolis ſuſcipiendæ, in d.§. fin. & tunc verbis debitis fiebat.
*Velitis iubeatis, vt l. Valerius, l. Titio, tam iure, legeq́, filius ſibi ſiet, quaſi ex eo patre, ma-
treue iam natus eſſet, vbiq; ei vitæ, neciſq́ poteſtas ſiet, vti partendo filio eſt, ita vos Quirites ro-
go,* iſta verba populus proferebat, & dicebatur arrogatio, quia roganti populo his verbis
Inſt. ;ff. C. de adopt. fiebat, & erat præſens arrogandus, vt ex tit.ff.C.& Inſtit.de adopt.arrogans natus eſſe de-
51 bet 40. annos, in l. ſi pater, §. fin. ff. eod. Effectus arrogationis eſt traducere in poteſtatem
arrogantis, tam perſonã arrogatam, quam filios (ſi habet) & ſua bona, Inſt.eod. §.illud, &
l.2.§.hoc verò, l. arrogato, ff. eod.

Differunt ad inuicem adoptio, & arrogatio in multis, vt colligitur, in §.in multis, Inſtit.
eod. primò, quoad modũ, in adoptione requiritur auctoritas, cuiuslibet magiſtratus com-
petentis, apud quem ſit merum, & miſtum Imperium, l. 1. C. de adopt. in arrogatione, vt
eſt Principis auctoritas, Inſt.eod.§.1.ſecundò, in arrogatione requiritur conſenſus expreſ-
ſus arrogantis, & arrogati; in adoptione ſufficit conſenſus vnius tantum adoptantis, l. 2. l.
52 in adoptionibus, ff. eod. tertiò, quoad perſonam arrogatam, nam qui ſui iuris eſt arroga-
rur, adoptatur, qui ſub Patria poteſtate eſt, necnon arrogatus tranſit vna cum bonis, & li-
beris ſuis in poteſtatem arrogantis, ex d. l. 2. §.fin.ff.eod.& §.illud, Inſt. eod.ſecus in ado-
ptione, niſi in caſu, de quo ſupra, ex d.§.ſi verò, Inſtit.eod. quartò, arrogator tenetur ſatis
dare, de reſtituendo bona arrogati quibus, de iure, l.nec ei, §.fin.ff.de adopt. quintò, arro-
53 gatus habet in bonis arrogantis legitimam, & in caſu emanciparionis, vel exhæreditatio-
nis ſine cauſa, acquirit quartam partem, glo. in l. ſi arrogator, ff. eod. cœtera cum ſint de
materia ſuis in locis declarabuntur.

54 Alia ſpecies eſt filiorum legitimatorum; eſt autem legitimatio, ſecundũ Bal.in l. 1. C.de
iure aureorum, annul.num.1.& 2.natalium reſtitutio, ac Principis donum, & nullius infe-
rioris, per Auth.quibus modis, nat.effician.ſui, §.ſi verò is, quia legitimatio deducit de nõ

eſſe ad

eſſe ad eſſe naturaliter loquendo, & eſt veritas formaliter; ſed ciuiliter eſt fictio, & veluti in integrum reſtitutio, comparaturq́; filio poſtliminio reuerſo, ſecundum Bal. in l. eamq́; C. de fideicom. num. 45.

55 Requiſita ad legitimationem tangunt, in glo.& Syluest.in §.inteſtatorum, Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.de;fer.in verbo (iuſtus) veluti ſit procreatus, ex muliere libera, cum qua non ſit prohibitũ contrahere matrimonium, ex vnica concubina conficiantur inſtrumenta dotalia, nec ſit inter ipſos tam diſpar cond.quod honeſtè contrahi nõ poſſint, vt in Aut. quibus modis nat. efficiant.leg. Aut. quib⁹ modis nat. efficiantur leg.

56 Duplici modò legitimatio celebratur, veluti ſi per Principem, aut ſubſequens matrimonium, & fit, tam de iure ciuili, quam Canonico, de iure ciuili pluribus modis filij legitimantur. Primò, dum pater naturalis nullum habens filium legitimum tradit filium ſuum naturalẽ curiæ Ciuitatis ſuæ, Inſt.de nupt. §.fin.idemq́; ſi offert ſeruitio Principis, vel Præ-
57 ſidio Prouinciæ, tunc ex iſta oblatione efficitur legitimus loco meriti filij, ſecundum glo. in d.§.fin.in verbo (curiæ) & pro curia intelligitur ordo Decurionũ, nam Decuriones erãt, vt Senatus municipalis, qui fungebantur in municipijs eo munere, quos Imperator pluribus honoribus, & priuilegijs decorauit, præſertim, vt naturales filij, per oblationem efficerentur legitimi, legitur in nouella Mariani, & l. communis, quæ hodie impreſſa eſt in C. Theodoſiano, & tales dicebantur Curiales, at pater ea agere non poterat in præiudicium aliorum filiorum, l. ſeu liber.& l.ſi quis, C.de nat. lib. Secundus modus, dum pater offerebat filium naturalem Imperatori, & efficiebatur pariter curialis, §.ſi quis igitur, Aut. quibus modis nat. effici. ſui. Tertiò, quando pater naturalis filiam ſuam naturalem dederit in matrimonium officiali Ciuitatis, vnde eſt oriundus, l.3.l.ſi quis, C.de nat.lib. Quartò, ſi filius naturalis patre defuncto, nullo alio contradicente offerret ſe ipſum curiæ, ex d. §. ſi quis igitur. Quintò ex reſcripto Principis inſtantibus precibus parentum, vt filij naturales legitimandi fiant ſucceſſores, §. illud tamen Auth. eod. Sextò, cum pater ita declarauit in teſt. quod ſibi ſuccedat, quo caſu ſi deinde filius iſte ſupplicauerit Principi poſt mortem patris naturalis; & oſtenderit ei teſtamentum patris, & tunc Princeps confirmauerit huiuſmodi teſtamentũ, tunc ex beneficio Principis efficitur legitimus hæres, §.ſi verò, Aut. eod. tit. Septimò dum pater in ſuo vltimo teſtamento filium illum nominat hæredem, & inſtituit, Auth.item ſi quis, C.de nat.lib. Octauò, quando in publico inſtrumẽto nominaſſet eum filium ſuum, nec diceret naturalem, Bal.in cap.innotuit, de elect.& glo.in cap.per tuas, qui filij ſint legitimi.

Secunda ſpecies legitimationis fit ab homine. Prima fit, ab Epiſcopo ad ordines ſuſcipiendos. Secunda fit, per Papam ad ordines, beneficia, & dignitates. Tertia fit ab Imperatore, ſeu alio Principe, non recognoſcente ſuperiorem in temporalibus, per Doct. in d.c.per tuas; & ſic poteſt legitimari ad ſucceſsiones, & honores in terris ſui Imperij, glo. in cap.leges, diſt. 10.

58 Requiſita ad legitimationem ad hominem, ponit Abb.in cap.per venerabilem, ext.qui fil. ſint legit. ſicuti exprimere qualitatem filij legitimandi, pater, & filius cõſentiant; Bar. l. in vitæ, ff.de his, qui ſui ſunt, vel alien.iur.& an pater poſſit legitimare filios ſpurios, ipſis inuitis, vide Doct. in l. iubemus, C. de emancip. lib. glo. ſing. in l. adoptionibus, ff. de adopt. Quartò, ſi pater mortuus fuerit, & vocentur agnati ad legitimationem, & conſenſum præſtent, niſi Princeps in reſcripto hoc faceret, ex certa ſcientia ipſis non vocatis, notatur in l. 1. C. de ſent. paſ. hin cauſa; ff. de minor. quibus vtatur verbis Princeps, vide apud Bald. in l.ſi quis, C.de bonis quæ liber.

Fit etiam legitimatio per ſubſequens matrimonium, vt in l.Diui Conſtantini, C.de nat. liber.& inſtit. Auth. filij nat. ante dotalia inſtrumenta excipiuntur in his, ſi matrimonium inter contrahentes eſſet contractus ſine aliquo impedimento, Bald. in l.eam quam, C. de Aut. filij nat. ante dotalia inſtr.
59 fideicom. num.24. necnon filij vulgo quæſiti excipiuntur, qui nec parẽtum cõfeſſione ſint effecti certi, nat. ex inceſtuoſo coitu, ne matrimonium videatur fouere crimen in alijs, etiã in vltimo vitæ ſpiritu celebrari poteſt, Bald. in d.l. eam quam, num.27. Sed non valet legitima-

gitimatio, niſi matrimonium eſſet validum, etiam de iure Ciuili,& requiſita, ab eo fuerint adhibita, ſecundum aliquos, licet Couar. in repet. par.2.cap.8. num. 10. de communi teneat contrarium, quod inſtrumenta dotalia requiſita, de iure Ciuili non impediunt, nec conualidant matrimonium, ſed requiruntur plura, ſecundum §.hoc quoq; , & §.quia verò, Auth.vt licet mat.& auiæ, & iſta inſtrumenta dotalia ſunt ſcripturæ matrimonij,& dotiū.

60 Alia ſpecies legitimationis fit de iure Canonico, vt per Religionis ingreſſum emittendo profeſsionem cum effectu, nam tunc legitimantur ad omnes ordines, cap.1.de fil. preſbyteror. ſed ex hoc non dicitur legitimatus ad ſucceſsionem, l. Deo nobis, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.

61 Alia ſpecies filiorum eſt ſpuriorum, qui ex inceſtuoſo coitu, non probata à lege, naſcūtur, l.vulgo, ff.de ſtat.hom. ſic filij ſpurij ſunt, non habentes certum patrem, Inſt.de nupt. §.pen.& glo.in d.l.vulgo, & cap.tanta, ext. qui fil. ſint legit. cap. ad abolendā, de fil. preſbyt. qui naſcitur ex concubina in domo retenta, non dicitur ſpurius, ſed nothus, ſecundū veriorem ſententiam,glo. in §.fin. Auth. quomodo nat. efficiant. ſui; Spurius dicitur quaſi
62 ſine patre natus, & à quodam ſpurio nomen ſumpſiſſe aſſerunt apud antiquos, illi duobus literis notabantur, S. & P. quaſi ſine patre, ex glo. & Syluest. in §.1.Inſtit. de adopt.Abb.
63 in cap.tanta, qui fil. ſint legit. Plures ſpecies filiorum ſpuriorum notātur, quidā ſunt adulterini, ſacrilegi, inceſtuoſi, manſeres, nati ex ſcortis, & meretricibus, gloſ. in cap. cum pridem, §. perſonæ, de renunciat. ex §.fin.Auth.quib.mod.nat.effician. ſui. Auth. ex complexu, C.de inceſt.nupt.

64 Spirituales filij ſunt ratione Sacramentorum, & reuerentiæ ita Papa, vniuerſalis pater nuncupatur, Epiſcopus in ſua Diœceſi, Curatus in ſua Parochia, baptizantes, vel leuantes de ſacro fonte baptiſmi, & confirmationis, vt in 30.q.1. cap.omnes, & 3.cap.1.& 2.

65 Sunt & alij, qui legitimi,& naturales dicuntur, ſicuti ex legitimis nuptijs nati, & in poteſtate patris ſunt, §.1.Inſt.de pat.pot. l.item, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. natura-
66 les appellantur, quia copula, natura tantum operante, concepti ſunt, abſq; alia legis conceſsione legitimi, quia iure Ciuili, & naturali permittuntur, §. 1. Inſtit. de nupt. ad eorum ſtatum requiritur matrimonium legitimè contractum, & filij iſti remaneant ſub poteſtate patris, & hæc locum habent etiam in matrimonio putatiuo, cap. cum inter Ioannem, ext. qui filij ſint legit. nati, ex Clandeſtino matrimonio legitimi erunt ſi poſt matrimonij approbationem nullum appareat impedimentum, glo.in cap.quod nolis, eod.tit.& cap.2.de Clandeſt mat.immo ſi longo tempore ſimul cohabitarēt, tamquam vir, & vxor de iure ci-
67 uili filij eorum dicerentur legitimi,l.in liber.ff.de ritu nupt.Inno.in cap.ex parte, de reſtit. ſpoliat.Hoſtien.hoc eod.tit.per cap.illud, de præſumpt.at modo,ſecundum formam Concilij Tridentini ſublata eſt omnis Clandeſtinitas, ſeſſ.24.cap.1.

Hæc de liberis, & eorum ſtatu collecta, pro Tironibus ſufficiant, ſequitur de Patria poteſtate, materia, ſub qua filij, viuente patre, exiſtunt, & eo mortuo de tutela, Curatoribus, ac de Priuilegijs, & immunitatibus conceſſis minoribus, & completa erit tertia huius libri diuiſio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas quot modis ſumatur.*
2 *Pater quis ſit.*
3 *Patria poteſtas quid ſit.*
4 *Quo iure ſit inducta iſta poteſtas, & nu. 9.*
5 *Effectus iſtius poteſtatis qualis.*
6 *Ingratus filius qui.*
7 *Qui filij dicantur in poteſtate.*
8 *Nepotes an ſint ſub poteſtate.*
10 *Patres familias, & filij familias qui.*
11 *Quibus modis ſoluatur iſta poteſtas.*
12 *Depoſitatio quid, & quotuplex.*
13 *Emancipatio quid ſit.*
14 *Modus, & effectus emancipat. patronis.*
15 *Adoptio an liberet.*
16 *Matrimonium an liberet.*

Digitized by Google

DILVCIDATIO IX. DE PATRIA POTESTATE.

1 ANTEQVAM ad Patriam poteſtatem declarandam deſcendamus, prius
videndum qualiter hoc nomen poteſtas diuerſimodè ſumitur in iure, vt
luti pro facultate l. quoties, §. in poteſtate, ff. de noxal. Aliquando pro
Dominica poteſtate, de qua ſupra diximus in Dilucidatione de Seruis,
& habetur in §. pen. Inſtit. de his, qui ſui ſunt, vel alien. iur. Aliquando
pro iuriſdictione, qua Princeps circa ſubditos vtitur, l. 1. ff. eod. Inſt.
eod. §. 1. Aliquando pro ea, qua patres vtuntur iuriſdictione circa filios, vt in tit. Inſtit. &
C. de Patria poteſtate, de qua hic tractandum: Aliquando pro ea, quam Iudices exercēt, Inſt. & C. de Patria Poteſt.
2 l. fin. C. de offic. Iud. milit. In iſta poteſtate conſiderantur pater, & filius; pater eſt ille, quē
iuſtè nuptiæ deſignant, Azo. in ſum. eod. tit: ſic poteſtas iſta oritur ex iuſtis nuptijs, Inſtit.
eod. §. 1. & l. 1. ff. eod. dicuntur eſſe de liberis ſuis, qui ex iuſtis nuptijs ſunt procreati, vt in
d. §. 1. Inſt. eod.
Eſt autem iſta poteſtas ius quoddā patri conceſſum à iure in filijs ſuis, ex legitimis nup-
3 tijs natis, vt ex §. 1. & 2. Inſt. de pat. pot. l. item, ff. de his, qui ſui ſunt, vbi legitur Romanis
tunc tantum huiuſmodi poteſtatem fuiſſe conceſſam, & extenſam vſque ad necem filio-
4 rum, l. 2. C. de pat. qui filios diſtrhax l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. l fi. C. de pat. pot. At nio-
do, ſe extendit ad naturalem æquitatem, & honeſtā emendatiooem, & ex iuſta cauſa exhę-
redationem, l. qui filios, ff. quæ res pig. l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de paricid.
5 & hoc tam ſua, quàm Iudicis implorata autoritate, l. fin. C. de emend. & plures notantur
caſus in tit. C. de pat. qui filios detraxerunt; veluti vendere, aut obligare tempore famis in C. de pat. qui fil. detraxerunt.
neceſsitate, l. 2. C. eod. & reddito pretio, redimitur filius, l. fin. C. eod. Filius patrem ſine ve
nia in iudicium vocare non poteſt, l. fin. C. de his, qui in ius vocan. non licet, nec pater po-
teſt habere cum eis iudicium, l. his, ff. de Iud. fallit. vt ibi gloſſ. Item pater, quod acquirit
eſt filij, Inſt. per quas perſ. nobis acq. §. 1. nec filius facit pattem iudicij ſine patris licentia,
l. fi. §. 1. C. de boniſq; lib. pater ſua bona aduentitia adminiſtrat, §. 1. Inſt. per quas perſ. nob.
acquir. necnon ciuilis obligatio inter ipſos non cadit, Inſt. de inut. ſtipul. § item, inutilis eo
quod caret effectu ſuo, l. liber homo, ff. de verb. oblig. ſed remanet naturalis tantùm, Inſt.
de fideiuſ. §. 1. item trahitur filius ad patris poteſtatem, etiam inuito eo filio, l. 3. §. hoc au
tem, ff. de lib. exhiben. & ſi inuito patre retineretur, daretur ei actio rei vendicationis iu-
re Romanorum, l. 1. §. 1. ff. de rei vend. & in tit. ff. & C. de lib. hom. exhib. olim filius non
poterat vti alijs factis, quam quibus pater vtebatur, Alciat. in lib. parerg. verſ. Sacer. nec
filius obligatur ad vota ſine patris cōſenſu, l. 2. §. voto. ff. de pollic. nec obligatur mutuo, vt
ad Senat. conſ. Maced. Item non poteſt teſtari, nec codicillari, niſi de caſtrenſibus, vel quaſi
ſine conſenſu patris, l. pen. C. qui teſt. fac. poſſ. patres ex cauſa poſſunt exheredare filios,
Auth. vt cum, de appell. cogn. §. aliud, & Inſt. de exhæred. lib. §. 1. Item nec donare poteſt
ſine patris conſenſu, l. tam is, ff. de donat. cauſ. mort. nec contrahere matrimonium de iure
Ciuili, ex glo. in d. §. 1. Inſt. de pat. pot. ſecus de iure Canonico: Filius emancipatus ob ingra
titudinem, redijt ad poteſtatem patris, l. vnica. C. de ingratis liberis; Ingratus dicitur, qui C. de ingratis liberis.
6 parentes conuicij, vel cuiuſcunq; atrocis iniuriæ dolore, pulſaſſet, vt ibi in glo. & plures nu
merantur cauſæ ingratitudinis, in d. Auth. vt cum, de appell. cog. §. cauſas, §. ſi quis, de pa
rentibus, coll. 8. & ingratitudo eſt vitium proueniens ex interiori contemptu, ſic eſt redde
re mala pro bonis, 23. q. 3. Lex differentiæ: Item pater obligatur pro filio gerente Magiſtra C. filijfam. & quemadmodū p his teneatur.
tum ratione patriæ poteſtatis, vt in tit. C. de filio fam. & quemadmodum pro his pater te-
neatur, lib. 10.
Mater excluditur à dicta poteſtate, Inſt. de adopt. §. fœminæ, & l. nulla. ff. de ſuis, & legit.
7 l. illud, §. ad teſtamentum, ff. de cōtr. tab. §. cæteri, Inſt. de hæred. qualit. & differentia, niſi
Princeps hoc conceſſiſſet in ſolatium de mortuorum liberorum, l. mulierem, C. de adopt.
Filij intelliguntur ſub poteſtate patris, vt dictum eſt, & habetur, in §. 1. Inſt. de pat. pot.
8 Filij intelliguntur ſub poteſtate patris, vt dictum eſt, & habetur, in §. 1. Inſt. de pat. pot.

Digitized by Google

ſed nepotes exiſtunt ſub Aui nō patris poteſtate, l.itē ſanè.ff.de his,qui ſui ſunt, inſtit.quibus modis, ius pat.pot.ſolua. §. 1. eo, quia qui ſub poteſtate eſt, alios ſub poteſtate habere non conuenit, vt ibi.

9 Iure ciuili dicitur inducta, & ſic moribus, ſecundum Sylueſt.ad glo.in d §.ius autem,inſtit.de pat.pot.per l.patre, ff.de his, qui ſui ſunt, vel alien.iur.& in textu d. §.ius autem dicitur proprium ēē Ciuium Romanorum habere filios in ſua poteſtate, hoc intelligitur,ſecundum glo. ibi de his, qui Romano Imperio ſubiacent, & Galli etiam dicuntur habere filios in poteſtate, licet diuerſimodè, vt in addit.ad d.glo.at hodie ſub iure Romanorū continentur omnes Chriſtiani, quia communicatur omnibus, ex l.qui in orbe, ff.de ſtat. hom.

10 & legitur, in l.nam Ciuium Romanorum, ff.de his,qui ſui ſunt,vel alien.iur.horum autem differentiæ ſunt iſtæ, quidam patres familias nuncupantur, & iſti ſuæ poteſtatis ſunt, ſiue impuberes, ſimile modò matres familias, filij familias,& filiæ ſunt illæ, quæ ſub aliena poteſtate ſunt, nam qui ex me, & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt, item qui ex filio meo, & vxore eius naſcitur, ideſt nepos meus, & neptis, aeq; ſunt in mea poteſtate,& pronepos, & pronepotis, & cæteri.

Inſt. quib.mod. ius pat. pot.ſoluatur. Liberantur aūt iſta poteſtate filij, & ſimiles pluribus de cauſis, vt in tit. inſt.quibus modis ius pat.pot.ſoluatur ſoluere in præſente ſumitur, pro reſoluto, & liberato, ſeu expedito, iuxta l.decem, ff.de verb.oblig.inſt.pro ſocio,§.manet, & ita in præſenti tit. cauſas autem recenſere in præſenti noſtrum non eſt, quia materiam tangunt, attamen ne ſicco pede

11 (vt dicitur)trāſeamus, explicata,in inſt.breui compilauimus ſermone:ſoluitur autem morte patris, niſi ſuperuiueret Auus, vt dictum eſt, ex d.§.1.inſt.cod.item deportatione, inſtit.

12 eod.§.2. deportatio erat pœna irrogata alicui ob aliquod delictum, nam tales delinquentes deportabantur in inſulam, qui vulgariter confinati appellantur, & circumſcribitur locus, ne diſcedant,l.1.§.deportatus,ff.de leg.3.quæ,vt patriam poteſtatem tollat, plura poſtulat, vide apud glo.in d.§.cum autem is, inſt.eod.tit,& in d.§.cum autem, at ſi filius fuerit deportatus, liberatur, quia efficitur, vt peregrinus exiſtens in inſula, ſub Domini poteſtate, idem dicebatur de patre deportato, ex d.§.cum autem, qui ſe benignitate Principis reſtituerentur, recuperarent poteſtatem,vt in fine, d.§.cum autem, quod verum, ſi ad omnia reſtituerentur; ſecus ſi indulgeret tantum, glo.ibi in verbo (ſtatum.) Relegatione non ſoluitur, ſicuti deportatione,quia iſta ammittitur familia, illa verò non, vt in d.§.cum autem, & §. relegati, inſt. quibus modis ius pat.ſoluatur, necnon relegatus bona, & Ciuitatem retinet,deportatus verò non,& comparantur Bannitis, quando non excedunt huiuſmodi pœnam,quia bannitorum plures ſunt ſpecies, nam quidam comparantur deportatis, quidam damnatis, ex glo.in d. §.relegati, & ibi in add. etiam Sylueſt.

Item ſi pater ſeruus pœnæ efficeretur, Inſt. eod. §.pœnæ, licet de iure nouo nullus ingenuus efficeretur ſeruus pœnæ, glo. in d §. pœnæ, quod verum, ſi delinquens remaneret viuus,ita vt pœna de delicto eſſet ſeruitus, at non ſeruatur hodie: olim delinquentes damnabantur perpetuò ad effodienda metalla, & ferro ligabantur, & inter iſtos erat pariter differentia; nam quidam erant damnati ad opus metalli, vt effodere, alij in operè metalli, qui leuiori pondere tenebantur, alij erant poſiti ad miniſterium metallorum, & tales vel erant deputati perpetuò, vel ad tempus, ex glo. in d.§.pœnæ, quæ pœnæ hodie indeſuetudinem abierunt, ſed earum vice Princeps triremibus contra illos vtuntur,Syluest.ad gloſ. in d.§.pœnæ, Gell.in lib.5.cap.4. ſoluitur etiam dignitate, ſicuti de iure Ciuili patriciatu dum militatur, vel Senatoria dignitate, nam tales, quaſi Patriæ Princeps nuncupantur, & ſcribebantur eorum nomina, vel in corona capitis, vel alio modo, glo.in §.filij fam. Inſtir. quib. mod. ius pat.pot.ſol. Syluest.ibi duas eſſe ſpecies, Patritiorum aſſerit vna, erat antiquorum ſeruantium ritum, gloſæ alia nouiſſimorum, de qua in d. §. filij familias. Patricij erant nobiles Vrbis, vt dictum fuit, & eo priuilegio decorabantur, Inſt.eod.§.ex conſtitutione, hodie duodecim deſignantur dignitates, quæ propriam poteſtatem ſoluunt, glo. in d.§.filij familias, vel fin.C.de decur.lib.10.

Soluitur & dignitate Eccleſiaſtica, ſicuti Epiſcopatu. Auth. palam, coll. 6. Sacerdotio, ex Syl-

Digitized by Google

ex Sylueſt. in glo. in d.§. filij, Hoſtien. in cap. Indecorum, ext. de ætate,& qualit. Clerici etiam liberantur, quando agitur de eorum commodo de iure Canonico, Iaſ. in l. filiæ, C. de coll. glo. in §. filij, per §. fin. Auth conſt. quæ dignitate, l. nam quod, ff ad Senat. conſ. Trebell. necnon per Monachationem, cap. Indecorum, de act.& qualit glo in l ex cauſa, §. pen. ff. de minor.

Suſpenditur ſeruitute patris, Inſtit. eod.§. ſi ab hoſtibus, quia iure poſtliminij redijt ad priſtinum ſtatum, glo. ibi, eſt autem poſtliminium ius ammiſſæ libertatis recuperandæ ab extraneo moribus, & legibus conſtitutum, glo. in d.§. ſi ab hoſtibus, per l. poſtliminium, ff. eod.& dicitur quaſi à limine, & poſt limine ſumitur pro fine, & termino domus, vt ſupra dictum fuit.

13 Soluitur etiam emancipatione, Inſt. eod.§ præterea; eſt autem emancipatio patriæ poteſtatis relaxatio, ſecundum Azo. in ſum. C. eod. tit. & dicitur quaſi extra manum, hoc eſt poteſtatem emiſſio, vt in tit. C. de emancip. liberorum; emancipatur filius, quando eſt ſub poteſtate, manumittitur ſeruus, dum libertatem conſequitur, ex eod. Azo. in d. loco. C. de mācip. liberorū.

14 Modus emancipandi duplex, antiquus,& nouiſſimus, olim pater fingebat vendere filiū, & efficiebatur, vt ſeruus, deinde emptor è manu ſua mittebat filium. l. liberorū ff. de adopt. & appellabatur imaginaria venditio, & emptor fiduciarius, talis actus coram Iudice in curia, & quinq; teſtibus Romanis Ciuibus celebrabatur, duo alij ſtabant,& vnus manu ſtateram tenebat, qui Anteſtatus dicebatur, & iſta ſeruabatur forma; Emptor tenens manu filium emancipandum,& altera æs (ita aiebat) *Ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe aio, isq; mihi eſto emptus hoc are aneaq; libra*; deinde percutiebat ære libram, & æs; pater naturalis appellabatur; qui mancipium, ſcilicet filium accipiebat, ex Boet. lib. 3. Topic. hodie de iure nouiſſimo traditur alia forma, vt in d.§. Præterea: pater conducit filium, vel nepotem emancipandum coram Iudice, qui dicat vnicuiq; ter; *Velit emancipari*; & cum fuerint concordes, iubet patri, vt filium, e manu ſua relaxet, ſecundum Ang. in §. præterea, Inſt. eod. Poteſt pater emancipare filios,& nepotes retinere in poteſtate in bonis filij emācipati, ſicuti iura patroni in bonis liberorum, ex d.§. præterea, & §. admonendi,& remanet nepos in Aui poteſtate, §. illud autem, inſt. eod. & nemo inuitus cogitur emancipare, §.& quidem, inſtit. eod.

15 Soluebatur etiam adoptione, vt in d.§. illud, inſt. de adopt. quādo adoptatur aliquis de familia, vt emancipatus nepos, vel alter deſcendens de linea materna ab Auo paterno, in §. ſed hodie, Inſtit. de adopt. vnde ſi Auus adoptaret nepotem, iſte à poteſtate ſui patris liberaretur, & tranſiret in Aui poteſtatem, §. ſed, & ſi pater, Inſt. eod.

16 Matrimonium non liberat filiam nuptam à patre poteſtate, l. vxor. C. de cond. inſert. Bart. l. 1.§. item, ff. de iniur. ſed quo ad onera matrimonij tranſit vxor in poteſtatē mariti.

SVMMARIVM.

1 *Tutela quid ſit.*
2 *Vis, & poteſtas quid ſignificetur.*
3 *In capite libero ſenſus qualis.*
4 *Officium tutoris quale, & nu. 5.*
6 *Quo iure videatur inducta.*
7 *Teſtamentaria tutela qua.*
8 *A quibus detur tutela in teſtamentis.*
9 *Qui tutores teſtamento dari poſſint.*
10 *Fœmina an ſint tutrices.*
11 *An detur etiam codicillis.*
12 *Legitima tutela qua.*
13 *Legitima tutela ſpecies.*
14 *Agnatorum legitima tutela qua.*
15 *Legitima parentum tutela qua.*
16 *Patronorum legitima tutela qua.*
17 *Fiduciaria tutela qua.*
18 *Datiua tutela qua.*
19 *Quibus nominibus appelletur.*
20 *A quibus detur tutor datiuus.*
21 *Illuſtrium perſonarum tutor à quibus detur.*
22 *Illuſtres perſona qua dicantur.*
23 *Qua tutela pracedat alijs.*
24 *In quibus caſibus tutorem habenti tutor dari non poteſt.*
25 *In litem quando datur tutor.*
26 *Qui petant tutores dari.*

27 *Contra voluntatem matris an detur tutor.*
28 *Vbi petantur tutores.*
29 *Qui excuſentur à tutela.*
30 *Excuſare quid ſit.*
31 *Excuſationum ſpecies.*
32 *Plena excuſatio qua.*
33 *Numerus liberorum quando excuſet.*
34 *Abſens cauſa Reipub. quando excuſetur.*
35 *Habens plures tutelas.*
36 *Qui morbo ſe excuſant.*
37 *Qui ætate ſe excuſant.*
38 *Qui militia ſe excuſant.*
39 *Aliæ cauſæ excuſantes.*
40 *Terminus ad excuſandum qualis.*
41 *Qui falſis excuſationibus ſe excuſant. Falſa cauſa quæ dicatur.*
42 *Qua tutela confirmetur.*
43 *Satiſdatio quid ſit.*
44 *Quando intelligatur cum fideiuſſoribus.*
45 *Saluo dicto quid ſignificet.*
46 *Fideiuſſor quis intelligatur.*
47 *Quæ facit tutor ante ſatiſdationem.*
48 *Quid continere debet ſatiſdatio.*
49 *De plurib. tutoribus quis teneatur ſatiſdare.*
50 *Diuiſio quid ſit.*
51 *Plures quid ſignificet.*
52 *Adminiſtratio quid ſit.*
53 *Periculum quid ſit.*
54 *Falſus tutor quis.*
55 *Remedia contra falſum tutorem.*
56 *Præſtare auctoritatem quid ſit.*
57 *In alienatione bonorum pupilli quot requiruntur.*
58 *Suſpectus tutor quis.*
59 *Finis quid ſit, & eius diuerſitas.*
60 *Rationem diſtrahere quid ſit.*

DILVCIDATIO X. DE TVTELA.

1 ALia poteſtas conſiderata in iure eſt tutela, ideò dicitur, quod *eſt vis, atq; poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem, ſe tueri nequit iure Ciuili data, atque permiſſa*, Inſt. de tut. §. 1. & l. 1. ff. eod. *vis & po-*
2 *teſtas* interpretatur ibi à gloſſ. pro violenta poteſtate, ſed non recipitur, cū potius illa verba poſita ſint ad deſignandum differentiam tutelarum, & curæ, quæ datur volenti, §. item inuitis, Inſt. de curat. & l. 3. §. ſi pupillus. ff. eod. Datur tutela inuitis, & quaſi violenter ſuſcipitur, ſecundum Syluest. ad glo. in d. §. 1. Inſt. eod. per l. 1. ff. de excuſat. tut. l. nullus, C. de decur. lib. 10. Quum ſit munus publicū, ſic vis ad cogendum, poteſtas ad imperandum, & ad differentiam poteſtatis Dominorum; Tutor autem tenetur ad onera pupilli, ſic ad dolum, & latam culpam, ſecundum Syluest. in d. loco per l. 2. C. de arbit. & Inſt. eod. §. 1. vel poteſtas ſumitur pro auctoritate, Alciat. l. poteſtatis, ff. de verb. ſignif. & pupilli potius dicuntur ſub auctoritate, quam ſub poteſtate, & ad maiorem auctoritatem demonſtrandam, additur vis, Inſt. de interdict. §. recuperandæ, verſ. quorum. Hoc munus tutelæ non eſt Reipub. ſed ciuile, l. Athletæ, § gentium, de excuſat. tut.

3 Verba, *in capite libero*, duplicem habere poſſunt intellectum, vel ad pupillum referuntur, vel ad tutorem, ſed verior eſt ſententia de tutore, qui niſi fuerit liber alterum liberū ſub ſe retinere non poſsit, glo. ibi in verbo libero, & ibi Syluest. & l. 1. ff. eod.

4 Officium tutoris eſt tueri pupillum, qui propter ætatem ſe tueri nequit, hæc, illa verba in deſcriptione appoſita deſignant ad demonſtrandam differentiam patriæ poteſtatis, & tutoris; nam ille gubernat, iſte tuetur, & illa ſibi acquiritur principaliter, l. fin. §. neceſſitate,
5 C. de boniſq; lib. inde tutela, & defenſio æquiparantur, §. 1. Inſt. eod. & principaliter datur perſonę, Secundariò ad defenſionem bonorum, ad differentiam curæ, quæ datur etiam furioſis, ex glo. in Inſt. d. §. 1. ideò cauſæ ſunt diuerſæ, Syluest. ad glo. in d. §. 1. per l. in copulandis, C. de nupt. de his plura in tit. Inſt. & ff. de tutelis, & tutores quaſi tuitores appellantur. Inſtit. & ff. de tutelis.

6 Inducta dicitur à lege de iure Ciuili, non autem gentium, nam lex eſt, quæ tutorem dat mediante perſona Iudicis, inde verbum illud (*data*) refertur ad perſonam principaliter, ſecundario ad bona, glo. ibi, vel ſecundum alios data à lege, vt de legitima tutela, vel permiſſa à Iudice ſic de datiua, & à teſtatore, vt dicta teſtamentaria, ex glo. in d. §. 1. & virile eſt of-

eſt officium, nec tranſit cum hæreditario iure, l. tutela, ff.de tut. ex quibus plures tutelarũ
ſpecies colliguntur, veluti teſtamentaria, legitima, datiua, & fiduciaria.

7 Teſtamentaria tutela eſt illa, quam pater, vel alter habens filios, vel nepotes in poteſtate,
teſtamento his verbis; *Liberis meis impuberibus tutorem do*; vt in tit. ff. & C. de teſtamentaria
tutela, & ex l. 12. tabul. fuit prouiſum, vt pater amore filiali induceretur prouidẽti
filijs in ætate debili exiſtentibus, de viro idoneo, qui illos tueretur, §. permiſſum, Inſt. ff. & C. de teſtamẽ
eod. & l. 1. ff. eod. & legitur in leg. 12. tab. his verbis; *Tutores liberis in poteſtate teſtamento* taria tutela.
8 *parentes danto*, vnde non datur tutor non exiſtẽtibus ſub eius pōtate, ſic mater excluditur,
l. mater teſtamento, C. de teſt. tut. l. 1. C. de confirm. tut. Syllueſt. ad glo. in d §. fin. Inſtit. de
tut. limitatur in quibuſdam caſibus, vt ex glo. in d. §. fin. in verbo (ſine inquiſitione) & glo.
in d. l. mater, in verbo (non poteſt) & l. pater, ff. de teſt. tut. & in his caſibus datus à matre,
confirmatur à Præſide, ex inquiſitione, ex d. l. mater.

9 Quæritur etiam, qui tutores teſtamento dari poſſint, cum quidam à lege excipiantur,
vt Inſt. qui tut. teſtam. dari poſſ. Pater familias poteſt omnimodè, §. 1. Inſt. eod. niſi habeat Inſtit qui
legitima impedimenta, veluti infirmus, vel furioſus; filius familias pariter datur tutor, & tut. teſta.
de mala adminiſtratione tenetur pater de peculio filij, ſed ſi pater agnouerit huiuſmodi tu dari poſſ.
telam, tunc tenetur de ſuo, & in hoc non conſideratur ius patriæ poteſtatis, Inſt. eod. §. 1.
glo. & Syllueſt. ibi; Seruus etiam datur tutor, ſi fuerit teſtatoris, quia videtur data libertas,
Inſt. eod. §. 1. & ibi glo. minor 25. annis, & furioſus, recedente furore, dari poſſunt tutores
teſtamento, §. furioſus, Inſt. eod. l. ſi hæreditatis, §. ſi furioſus, ff. eod. ſecus minor durante
minore ætate, l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſt. tut. Fœminis non datur tutela, quia
10 virile officium eſt, niſi hoc haberet ex reſcripto Principis, l. 1. C. eod. ſed hodie ex Auth.
matre, C. quando mulier tutelæ officio fung. poſſ. declaratur matrem, & auiam tutrices C.
eſſe poſſe, non tranſeuntes ad ſecundas nuptias, & Senatuſconſulto Velleiano renuncian- quādo mulier
tes, l. 1. l. 2. C. eod. Tales aũt non cogũtur iurare, ſed ſecutis nuptijs tutela adimitur, l. Sacra tutel. officio fun
menta, C eod. & de teſtamẽto dicitur in 3. lib. & de codicillis ibi vide; Datur ẽt codicillis gi poſſ.
11 confirmatis teſtamento, ſecundum glo. in d. §. permiſſum, & ibi Syllueſt.

Alia ſpecies tutelæ dicitur legitima, de qua in ff. de legit. tut. inſt. de legit. agnat. tutela, ff.
12 quæ defertur in defectum teſtamentariæ, à lege, l. 1. ff. eod. inſtit. eod. §. 1. & ex l. 12. tab. Legit. tut.
tutores liberis in poteſtate, teſtamento parentes danto, ſin autem ſint dati agnati, qui ſucceſſio- Inſt. legit.
nem ſperant tutores ſunt; inde agnati, cognati, & ſimiles ſperantes ſucceſſionem legi- agnat. tutela.
timi ſunt tutores, l. 1. l. legitimos, ff. eod. hodie indiſtinctè admittuntur, Auth. de hæred. ab
Inteſt. §. ex his, coll. 9. & datur in defectum teſtamẽtariæ, inſt. eod. § quod autem, & §. 1. l. 1.
l. ſunt, ff. eod. aut tutor datus deceſſit viuo teſtatore, l. in teſtamẽto, ff. eod. & §. quod autem
inſt. eod. ideò dicitur legitima, quia lege permittere datur.

13 Iſta legitima tutela habet plures ſpecies, nam quædam dicitur legitima agnatorũ, quæ-
dam legitima parentum, alia legitima patronorũ. Agnatorum tutela legitima illa eſt, quæ
14 defertur agnatis, ſcilicet proximioribus in gradu, cum vnus ſit proximior altero, l. ſi plu-
res, l. pen. ff. eod. vt ſupradictum eſt.

Tollebatur olim agnatio capitis diminutione, quia ambo à Iure ciuili dependent, ſic ciuilis
ratio ciuilia iura corrumpere poterat, inſt. de legit. agnat. ſucc. §. fin. hodie autem de
iure codicis tollitur, niſi ius ſuccedendi, per maximam, tantum capitis diminutionem, inſtit.
eod. §. fin. & Syllueſt. ibi ad glo. ſic attenditur gradus proximior, quo ſucceditur ad hæreditatem,
& ita ad tutelam, §. fin. inſt. de cap. dimin. & ibi etiam Ang.

15 Parentum legitima tutela eſt, quæ locum habet dum pater emancipauit filios impube-
res, qui ſui iuris effecti ſunt, tamen cum ſint minores, ideò à lege defertur patri tutela, inſt. Inſt. legit. parent. tutela.
de legit. parent. tut. §. vnic. l. 3. §. fin. ff. de legit. tut. & pater ſit maior 25. annis.

16 Patronorum tutela declaratur, in tit. inſt. de legit. patron. tut. ordinata ex l. 12. tab. vt li-
bertorum, & libertarum impuberum tutor ſit patronus. Dicitur legitima, non ex eo, quod Inſt. legit.
expreſsè id cautum ſit, vt à lege 12. tab. ſed ad ſimilitudinem agnatorum, & ſicuti patroni patr. tut.
ſuccedunt in bonis ſuorum libertorum decedentium, ſine teſtamento, ita illis defertur eo-

Digitized by Google

rum tutela, §.vnico, inſt. eod. Quarta ſpecies dicitur fiduciaria, vt in tit.inſtit.de fiduc.tut.
Inſt. fiduciaria tutela.
& tutor fiduciarius habebatur ille, qui ſimulata emptione filium emancipatum emebat, vt ſupradictũ fuit, & ille emptor æppellabatur pater, & tutor fiduciarius, eo quod pupillus,
17 ſub illius fiducia viuebat, & eo moriente fratres fiduciarij efficiebantur, vt tangit, Sylueſt. ad p.glo.§.1.in princ.inſt.eod.& hæc erat vna ſpecies fiduciæ.

Alia à Iuſtiniani iure introducta videtur, §. 1. & 2. inſt.eod.dum Auus emancipat nepotem impuberem, tunc efficitur legitimus tutor nepotis, vt in d.§.vnico, inſt.de legit.parẽt. tutela, & inſt.de fiduc. tut. §. 1. atſi Auus decederet, & eius nepos remaneret ſub ſui patris poteſtate iſte diceretur fiduciarius tutor, & non legitimus, ſi maior ſit 25. annis, ſecundum Ang. ibi in d. §. 1. quia nulla lege hoc cauetur, ſed virtute fiduciæ, quam Auus habebat in filio ſuo dicitur fiduciarius. Hac pariter ratione frater eſt alterius fratris impuberis emancipati fiduciarius tutor, vt ex d. §. 1. inſt. eod.ibi Ang.& ita tres ſpecies fiduciariæ tutelæ, ex textu colliguntur, & ratione emancipationis inductum eſt nomen fiduciæ, Sylueſt. ad glo.in §.atq; patrono, inſt.eod.& §.1.inſt.de legit.pat.tut.& inſt. eod.§.1.at cum hodie ſublatum ſit ius emancipationis, ſic & fiduciaria tutela deſinit, & remanſit locus legitimo tutori, ex glo. in d. §. 1. inſt.eod.

Inſt. Attiliano tutore. ff. tut. Curat. dat. ab his
18 Vltima ſpecies tutelæ dicitur datiua, quæ multum differt ab alijs, vt de ea habetur, in tit. ff.de tutoribus, & Curatoribus datis ab his, & inſt. de Attilian.tut.tunc ſuccedit quãdo te-
19 ſtamẽtariæ, & legitimæ deficerent. Datur à Iudice, vel Magiſtratu, §.1.inſt.de Attilian.tut. appellatur in Vrbe Attilia, ex l. Attilia, vbi Prætor, & maior pars Tribunorum plebis, qui à principio erãt tres, ſed poſtea fuerunt decem, tutorẽ dabant; In prouincijs, ex l.Iulia, vel Titia dabatur à Præſide prouinciarum, ſi facultates non erant magnæ iuſſu præſidis Magiſtratus dabat, ſed vſq; ad æſtimationem ſolidorũ 500. quilibet magiſtratus, ſine iuſſu Præſidis poterat, ex d.l. Attilia non cauebatur ſatiſdatione, ſed hoc vſu deſijt obſeruari, inſtit. eod.§.ſed, & ex his vbi etiam refert, Syluest. vltimo verò tempore Romæ Præfectus Vrbis,
20 & Prætor poſſent dare tutores, Præfectus cognoſcebat caſus criminales, Prætor verò ciuiles, ſic & Præfectus exercebat iuriſdictionem extra Vrbem, circa milliaria centum, Prætor ſolum in Vrbe, l. 1.§.cum Vrbe.ff.de offi.præfec. Vrb. Necnon Prætor in prouincijs ſimiliter tutelas debeat ex inquiſitione, & Pſæſides Prouinciarũ, vel Magiſtratus, & iuſſu Præſidis in paruis facultatibus, paruæ facultates ſunt circa valorẽm ſcutorũ quinquaginta aureorũ, ſed hodie dicitur parua decem librarũ aureorum, aut triginta, ſecundum diuerſa iura, reſpectu diuerſarum cauſarum, Syluest. ad glo.in §.ſed hæc, Inſt. eod. ſecundum alios eſt arbitrarium Iudicis, glo.in §.ſed ex his, §.ſed hoc iure, Inſt. de Attil.tut. Bart. l.ſi conſtanti. ff. ſolut. matrim., ſecundum iura Juſtinianl, in §.nos autem, Inſt. eod. Quilibet Præſes Prouinciarum poteſt dare tutores defenſores ciuitatum, cum Antiſtite religioſiſsimo Epiſcopo, vel cum alijs publicis perſonis, vt in d.§.ſed, & hoc iure, §. nos autem, ibi glo. Inſt.eod.& talis facultas eſt mixti imperij, ſecundum glo.in d.§.nos autem; ideò illi ſolum poſſunt dare tutores, quibus hoc à lege fuerit commiſſum Senatuſconſ. vel à Principe, in d. glo. §. nos autem, & tutores ſiue ſint iuriſdictionis, vel ratione originis domicilij, aut poſſeſsionis, ex glo.in d.§.ſed hoc iure, & ſat erit iuriſdictionem habere in perſona tutoris, licet non in bonis, ſecundum communem relatam à Syluest. ad d. glo. §. ſed hoc iure. Bonis autem datur curator à Iudice, in cuius territorio ſunt bona, per glo.& Syluest.in dicto loco, & de ijs latè in tit. C. qui dare tutores, vel curatores poſſint, quod indiſtinctè in

C. q dare tutores, vel Curatores poſſ.

in omnibus ſeruatur, exceptis tutelis filiorum Illuſtrium, quibus dabatur in Vrbe à decem Senatoribus, & à Præfecto Vrbis in principijs à Curialibus, vt in tit. C.tut. & curat. Illuſtrium, & ibi in l.1.& hoc eſt priuilegium conceſſum tantum Illuſtribus viris Romanis, ibi
21 glo. viri illuſtres ſunt habentes ordinariam iuriſdictionem, ſicuti Præfectus Prætorio Orientis, & Illirici, ac Vrbis Romæ; alij erant Spectabiles, vt Præfectus Auguſtialis, alij minores Clariſsimi, vt Præſides Prouinciarum, ex glo.in Auth. vt ab Illuſtribus, §.quæcunq; in verbo poſt magnificentiſſimos, & C.vt dignitatum ordo ſeruetur, l.omnes, lib.12.& hoc quia ſigno quodam honorifice, vt cingulo, vel ſimili fuerant illuſtrati, vbi glo. illuſtrare eſt cla-

C. tut. & curat. Illuſtrium.

22 eſt clarificare, ſeu illuminare, ideò dicimus Sãctos illuſtraſſe homines in Eccleſia, hoc eſt
illuminaſſe ſanctis moribus,& doctrinis,cap.1.de reliq.& venerat.Sanct.lib.6.Qui ad latus
Principis aſſumitur, Illuſtris efficitur,l.1.C.de præpoſ.lib.12.in foro Eccleſiaſtico qui ſint
Illuſtres, vide Spec.in tit.de act. verſ.Item Illuſtres.
23 Primo itaq; loco ponitur teſtamentaria tutela, eo quod teſtator rei ſuæ eſt moderator,
& arbiter, ſic filijs ſuis legitimè prouidet, l.1.ff.de teſt.tut. deficientibus teſtamẽtarijs per-
petuo, locus eſt legitimo tutori, l.ſi quis ſub conditione, §.fin. ff.de teſt. tut. & l.eadem, §.
quod ſi pater, ff.eod. eo deficiente, locus eſt datiuo à Iudice, l.3.§.& ſi aliquis, ff. de legit.
24 tut.vnde qui tutorem habet, quãdo alium tutorem petere poſsit habetur in tit.C.in quib.
caſib. tut. habenti tutor dari poſſit, vt ſi eſſet datus ad certum tempus, aut ſub aliqua con-
ditione, aut aliquo temporali non perpetuo impedimento,deficientibus legitimis, l.licet,
25 C.eod. Cõceditur etiam tutor ex cauſa litis, ſic ad illum actum litis tantùm, ſed hodie da- C.
tur curator, vt in tit.C.de in litem dando tut. lis ſumitur pro inſtantia cauſæ, C. de iudic. de lit dando tutorum.
l.properandũ, in princ.§.1.& cap.1.de procur.lib.6.& Bart. in l. poſtquã. liti. C.de pact.&
pro lite venit omnis actio, l.lite nomen, ff. eod. & infra latius his locis dicetur.
Conſiderantur in iure plura de tutelis, §.qui petant tutores dari, ſicuti mater, vel auia,
26 quæ ſtatim vel infra annũ à die mortis mariti, vel patris, coram Prætore tenetur pro earũ
filijs, vel nepotibus petere tutorem, l.matris, l.amita,& l.matres, C.qui tut. petant,& idẽ ff. C.
habetur in tit.ff.eod. quo caſu Iudices à defenſoribus Ciuitatum, vel ab alijs, qui ſuccede- qui petant tutores.
re ſperant, informationes de idoneis tutoribus aſſument, necnon à cognatis, affinibus, a-
micis, & educatoribus, l.vnica, C. vbi petantur tutores; animaduertendum tamen eſt ne C.
talis tutela detur inuita matre, vt in l.vnica,C.ſi contra matris voluntatem tutor datus ſit, ſi cõtra Matris volũtatum tutor datus ſit.
voluntas eſt animi motus ad aliquid adipiſcendum, vel non imitandum, 15.q.1. in princ.
ſic contra voluntatem dicitur, quod fit contra animi motus.
27 Conſideratur pariter curam quo Iudice tutores petantur, veluti coram Prætore loci mi
noris, vnde ipſe duxit originem, vel ex perſona ſua, aut patris, vel matris, ſi vulgo ſint cõ-
cepti filij, vel in loco, vbi ſunt facultates, vel ſi alibi morantur, & haberent domiciliũ, l. C.
28 vnica, C.vbi petant. tut. ſi vbi pro loco ſumitur. Tales quibus tutela defertur, aliquan- vbi petantur tutores.
do à tali munere excuſantur, ideò rubricatur de excuſationibus tutorum, vt in ff. & Inſtit.
29 Eſt autem excuſatio alicuius iuſtæ cauſæ allegatio, propter quam arctari non debet ad ſu-
beunda munera, vt in rubr. C.de excuſat.muner. lib.10. per l.1.in pri. reſpon. ff.de vacat.
muner. ideò dicit glo.in l.1.§.initium, ff.de poſtulat. in verbo (aut caſu) illos ſe excuſare,
qui inuiti non cógantur ad aliquid faciendum, ſed volentes, admittuntur, vt ex §.minores,
Inſtit. de excuſat. tut.
30 Impropriè ſumitur excuſatio pro eo, qui cogi non poteſt ad illud faciendum, ſicuti ma-
ritus, qui etiã volens, non admittitur ad curam vxoris, ex d.glo.per l.maritus, C. qui tut.
dare poſſ.
31 Excuſationũ autem differentiæ ſunt quædam temporales, quædam perſonales, aliæ per-
petuæ, vt in d.rubr.C.lib.10. de excuſat.muner. Temporales cenſentur de eo, qui muneri-
bus vacat durante officio, vel adueniente conditione, vt dum nauis venerit ex Aſia, l. his,
qui naues, ff.de vacat.muner. Perſonales, vt de eo, qui minor eſt ætate, vt in l. in honorib.
in princ. ff.eod. Perpetua, vt qui perpetuo impedimento detinentur, l. Prætores, ff.de va-
cat. mun. in princ.
32 Datur & alia differentia, nam quædam excuſatio dicitur plena, vt dum quis perſonali-
bus tantum muneribus grauatur, plenior dum ab honoribus, non autem à patrimonialibus
excuſatur, l.2.§.qui patrimonium, l.pen.§.qui duo, ff.de vacat.muner. Alia pleniſsima, dũ
excuſatur etiam à patrimonialibus, l.his honoribus, §.agnatorum, ff. eod. & l.fin. §.penul.
ff.de muner.& honor. at non datur talis excuſatio, quæ omnes excuſationes cõtineat, quo- Inſtit.& ff. de excuſat.tut,
niam & Imperator quandoq; non excuſatur, vide cauſas latiſsimè explicatas in tit.ff.& In-
ſtit.de excuſat.tut. &q; paſſim in eorum rubricis declaratur, veluti, qui numero liberorũ gra C.
33 uaretur, vt tres Romæ, vel quatuor in Italia, aut Prouincijs ſuperſtites haberet, vt in Inſt. qui nu. liberorũ ſe excuſant.

eod. §. 1. & in tit. C. qui numero liberorum ſe excuſant, Inſt. eod. §. filiæ, quod intelligitur tam de exiſtentibus in poteſtate, quàm de emancipatis eorum legitimis, & naturalibus, non autem de adoptatis, vel arrogatis, glo. in d. §. 1. ex §. adoptiui, idem dicitur de nepotibus exiſtentibus ſub Aui poteſtate, Inſt. eod. §. item nepotes, & ibi glo. licet viui non ſint, dummodo in bello pro patria deceſſerint, nam tunc perpetuò viuere intelliguntur, ex d. §. filię, & dicũtur Perire in acie, licet alibi moriãtur vulnus, ibi ſuſceperint, ex glo. ibi numerus pro pluribus ſumitur, vide Dyn. in rég. pluralis, de reg. iur. in 6. quod poteſt verificari ẽt
34 in vno. Excuſantur etiam multi cauſa Reip. dum illius cauſa abſunt, vel de proximo eſſent abſuturi, Inſt. eod. §. item qui, & ibi glo. & in tit. C. ſi tutor Reipub. cauſa abeſſe cœperit, l. non ſolum, ff. eod. Reſpublica regulariter pro Vrbe Roma ſumitur, vt in rubr. C. de iure Reipub. ſed hic pro cæteris Vniuerſitatibus, & norat Bar. in proœ. C. lib. 10. in nu. 5. quod Reſpub. accipi poteſt quatuor modis; Primò, pro toto vniuerſali Imperio; Secundò, pro Repub. Romanorum; Tertiò, pro Repub. cuiuslibet Ciuitatis; Quartò, pro Repub. cuiuſlibet municipij, & nomine Reipub. continentur omnia, quæ ad iuriſdictiones, & honores Imperij pertinent, ibi num. 14. & in dubio an intelligatur de Romana, vide Bart. in l. cum Rempub. C. qui potiores impugnare habeantur, num. 2. Verum eſt, ſi propriè ſumatur, intelligitur de Romana, impropriè pro qualibet alia Ciuitate, niſi ratione adiuncti, aliter declaretur, & Bald. in l. iampridem, C. communia de vſucap. num. 2. Alex. in l. cum qui, de verb. ſignif. ſic in propoſito poteſt intelligi de qualibet Ciuitate, cum ſimus in fauorabilibus, Iaſ. in l. cum quidam, ff. de acquir. hæred. nu. 4. ad glo. ibi, Reſpub. eam diſtinguendo ſoluit, dum propriè loquamur abeſſe cauſa Reipub. eſt cum quis mittitur à Principe, vel Repub. Romanorum, aut mittitur ad eos impropriè, quũ mittitur ab vna Ciuitate ad aliã, cauſa intelligitur finalis, vt quia propoſitum fuerit principale abeſſe ex cauſa d. Republ. Bald. in l. non verè. ff. quib. ex cauſ. Maior abeſſe dicitur, qui eſt in alieno territorio, Bart. in l. in duobus, §. ibi duo, ff. de duobus reis, num. 19. & in l. abſentem, ff. de verb. ſignif. dicimus illum abſentem, qui non eſt eo loci, in quo petitur, ſi fortè extra continentiam Vrbis ſit, abeſt, cæterum vſq; ad continentiam non abeſſe videbitur, & glo. ibi declarat quot modis quis dicatur abſens, & Bald. in l. præſens, ff. de procurat. num. 1. & Bart. in l. minores, ff. de in integr. reſtit. num. 2. & 3.

C. ſi tut. reip. cauſa abeſſe cœp.

35 Habens vltra tres tutelas, vel quatuor, poteſt ſe excuſare ab alijs, Inſt. eod. §. item tria, & admittitur huiuſmodi excuſatio, licet patrimonium eſſet vnum, & filij duorum fratrum, & hoc ne patrimonium confundatur, quia difficultas cadit in adminiſtratione tutelæ, & quãdiù durat impedimentũ, tandiù durat excuſatio, vt in tit. C. qui numero tutelarũ ſe excuſ.

C. qui numero tutelarũ ſe excuſat.

36 Excuſantur etiam infirmi, Inſt. eod. §. item propter, ſicuti ſurdus, mutus, & alia mala valetudine detenti, & requiritur ad excuſationem, quod morbus ſit perpetuus, l. poſt ſuſceptam, ff. de excuſat. tut. Bart. l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matr. & quando teſtamentarius, vel legitimus perpetuò morbo laboraret, tunc locus eſt datiuo, & glo. in d. §. item, & in tit. C. qui morbo ſe excuſant, morbus eſt habitus cuiuſcunq; corporis contra naturã, qui vſum eius ad id facit deteriorem, id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere, namq; totius corporis morbus eſt febris, partis, vt cœcitas, licet homo ita natus ſit, ex l. 1. §. ſciendum, & l. ob quæ vitia, & ſeq. de re iud. & glo. in d. §. ſciendum, in verb. (dixiſſe) morbum dicitur ſpectare ad debilitatem corporis, & eius temporalem, imbecillitatem, vitium eſt in animo perpetuum impedimentum, & ex l. quæſitum, ff. de re iudic. & Hoſtiẽ. de Clerico ægrotante.

C. qui morb. ſe excuſ.

37 Aetas pariter ſuam excuſationem inducit, & duplex habet extremum, vnum continet minorem exceſſum 25. aliud maiurem 70. annorum, qui à munere tutelę immunes ſunt, Inſt. eod. §. item minor, & in tit. C. qui ætate ſe excuſant.

C. qui æta ſe excuſãt.

38 Milites non tantum excuſantur, ſed nec volentes, admittantur, Inſt. eod. §. item, etiam milites, quod verum dum militiam exercent, & ſunt in expeditione, ſed ſecus de veteranis, qui ſemper excuſantur, niſi pro tutela alterius conueterani, l. ſed, & milites, §. 1. C. de excuſat. veteran. De veteranis infra dicetur.

C. excuſ. veteran.

38 Sunt

Digitized by Google

39 Sunt, & aliæ excuſationum cauſæ, vt in tit.de excuſar. tut.veluti adminiſtratores rerum
fiſci, durante officio, Inſt. eod.§.item diuus, l. adminiſtrantes, ff. eod. & qui publico officio
funguntur, inſt.eod.§.& qui,& l.non tãtum, §.ſanè, ff.eod.Habens litem,cum pupillo,præ-
ſertim omnium bonorum, inſt.eod. §.item propter litem.Pauper,qui ſuis laboribus viuit,
inſt. eod. §. ſed & propter paupertatem.Rudes licterarum, qui pœnitus legere, & ſcribere
ignorant, & inepti, circa peritiam regiminis, inſt.eod.§.ſimiliter, l.Athletæ, §. fin. ff. eod.
aut ſi ſuperueniunt inimicitiæ, aut antea aderant, inſt.eod. §.item ſi propter inimicitias, §.
inimicitiæ, & l.ſpadonem, §.1.ff.eod.at maritus à tutela ſuæ ſponſæ excuſatur, inſt. eod.§.
item non recipiunt, l.1.§.fin.ff.eod.

40 Ne pupillorum patrocinium deſereretur, ſub huiuſmodi excuſationis cauſa, ideò tem-
pus ſtatutum fuit ad excuſationes allegãdas, primo dierum quinquaginta à die habitæ de-
creti notitiæ, l.quinquaginta, ff.de excuſat.& C.de excuſat. tut. qui ſi in d.tempore cauſas
propoſuerint, vſq; ad complementum quatuor menſium computatis dictis diebus 50. po-
terunt excuſationes propoſitas iuſtificare, ex d.l.quinquaginta, in fine, & glo.& Syluest.in
d.§.qui autem, inſt.de excuſat. tut. At ſi fuerint abſentes (ſaluis dictis 50.diebus) pro quo-
libet vigenario miliario datur vna dieta (hoc eſt) ſi minor fuerit diſtantia, etiam vnius mi-
liarij ead.dieta conceditur, l. itinere, ff. de verb. ſignif. & iſtis dietis exceptis, datur etiam
menſis ſpatium 30. dierum, vnde ſi quis per centũ, & decem milliaria ab fuerit prius quin-
quaginta dies habebit, deinde decem, poſtmodum dies ſex, ad rationem 20. millia riorũ,
pro qualibet dieta,& ſi longius commorabitur, idem tempus retinebit,ſalua tantum dieta,
pro ratione milliariorũ, ex eod.§.qui aũt, inſt.eod.& ſic vr̃ deterior cõditio illius, qui lon- C. excuſat.tut, & curat.& eorum temporum.
gius diſtat,glo.ibi in verb. cõputari,& legitur in tit.C.de excuſ.tut. & eorum temporum.

Qui falſis excuſationibus niteretur, non erit audiendus, inſt. eod. §.ſi quis autem, & l. 1.
C. ſi tutor, vel Curat. falſis allegationibus excuſatus ſit, falſa allegatio dicitur vbi veritas
fuit dolo mutata, cum falſitas ſit mutatio veritatis, Auth.de fide, inſt.coll.6. in prin.glo.in C. ſi tuto. vel curat. falſis alleg. excuſat. ſit.
41 d.§.ſi quis autem, & l.quid ſit falſum, ff.ad l.Cornel.de falſ. ibi Bar.& latius de falſo, infra
lib.5.dicetur in propoſito, pro mutatione veritatis ſumitur.

Si tutor excuſatione non repellitur, confirmatur à Iudice, hoc eſt approbatur,vt ſeruet,
quæ tenetur, Hoſt.in cap.2.de off.leg.& habetur in tit.ff.de confirmat.tut.vel Curat. & ſic
42 confirmare ſumitur pro approbare,& in quibus caſibus fiat ibi legitur; In tutela teſtamen-
taria non requiritur Iudicis confirmatio, l.2.l.qui à patre, ff.eod.inſt.de ſuſpect.tut.§.1.niſi
ex teſtamento nullo, vel inualido,vel ſi plures teſtamento dati eſſent tutores,& nemini de-
terminata adminiſtratio, tunc Iudex decernere debet adminiſtrationem, vni, vel pluribus
ipſorum, inſt.de ſatiſdat.tut.§.ſed, & ſi teſtamento, l.teſtamento, cum l.ſeq.ff.de teſtamen.
tut. l.3. ff.de admin. tut. l.legitimis, §.in legitimis,verſ.an igitur, ff.de leg.tur.Bart.in l.tu-
tor, tenet quod teſtamentarius debeat confirmari, per l.4.ff.de aut.tut.niſi teſtator remiſe-
rit, at Iudex teſtamentariam tutelam non confirmat, ſed adminiſtrationem decernit.

Legitimi verò confirmantur, ſicut datiui, l.tutores, C. de adminiſtr. tut. l. tutor, qui re-
pertorium, ff.de admin.& peric.tut. & Bart.l.fin. C.eod.declarat ea,quæ tutor tenetur an-
te adminiſtrationem; de his plura alibi.

Tutor confirmatus ſatiſdat rem pupilli ſaluam fore, & hoc potius legitimo, quam alio
tutori conuenit l. legitimus, §. 1. ff. de legit. tuto. licet hoc omnibus videatur conuenire,
rem pupilli, ſaluam fore, l.ſed ſi ad præſens in fine, ff.rem pupilli, ſaluam fore, & d. l.legi-
timus, at magis legitimo, quia teſtamentarius probatur à teſtatore, datiuus à Iudice, l. non
dubium, l.non omnium, C.de tut.& Curat.ſed tunc datiuus,ſicut legitimus, ſatiſdat in con-
43 firmatione, rem pupilli ſaluam fore, & illum indefenſum non relinquere, l.fin. § defenſio-
nem, C.de adminiſtr.tut.& ex glo.in d.l.tutores,& l.qui repertorium, ff.& C.de adminiſtr.
tut.& de his latius, in tit.inſt.de ſatiſdatione tutorũ, §. 1.latiſſimè legitur,confirmatos tuto- Inſt. ſatisdat.tutorum.
res ſatiſdare debere.Eſt autem ſatiſdatio aduerſario pro eo,quod petit ita cauere, vt is hoc
nomine ſecurus fiat, datis fideiuſſoribus, l. 1.ff.qui ſatiſd.cogant. licet loquatur, ibi de iudi-
cio ſiſt. per Procuratorem ſatiſdandum eſſe, vt ex glo. ibi tamen idem colligitur ad fauo-
rem

Digitized by Google

rem pupilli, vbi tutor tenetur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore cū fideiuſſoribus, glo. in §.
1. inſt. eod. per l. non quaſi, ff. rem pupilli ſaluam fore, & in eo, ff. de fideiuſſ. tut. vel Curat.
ſicuti diuerſimodè præſtatur à Iure, & etiam municipalis, ita non ſemper vno ſumitur ſen-
ſu, aliquādo eſt pignorum præſtatio, l. promiſſor ſtichi in fine de conſti. pecun. & ibi Bar.
& in l. prætoriæ, de prætorijs ſtipulat. l. 4. & l. 1. quis ſatiſd. cogār. ita intelligitur aliquādo,
cum fideiuſſoribus, aliquando non, vt ex glo. in d. l. 1. ff. qui ſatis cogant. & glo in l. diuus, ff.
de hæred. petit. in verbo ſatiſdatio, & Bart. in auth. de execut. num. 3. & in l. quoties, nū. 1.
44 C. de dignit. lib. 12. ponit regulam nullum ſuo nomine conuentum ad ſatiſdationem, te-
neri, ſed ſic ſi alieno nomine vocaretur, continetur ſatiſdatio, rem pupilli ſaluam fore præ-
torijs edictis, ita cautum fuit, vt in tit. ff. rem pupilli ſaluam fore (ſaluam) dictio eſt reſer-
uatiua præcedentium, glo. ſing. l. item labeo, ff. famil. herciſcun.; ſic tutor fideiuſſoribus ſa-
45 tiſdat bona pupilli reſeruare integra pro pupillo, fideiuſſoribus, & eſt ille, qui alienā obli-
46 gationem in ſuam recepit, vel ſuſcepit fidem, & dicitur quaſi iuſſu alterius ponens fidem
ſuam, inſt. in princ. de fideiuſſ. & l. 1. & 2. ff. eod. & de eo latius ſuo loco, nam hic ſat eſt pro
intelligentia præpoſiti tituli; Qui teneantur ad huiuſmodi ſatiſdationem, in loco materia-
rum dicetur; Qui ſatiſdare recuſauerit, ad tutelā, vel curā non admittitur à Iudice, nec con-
firmatur, nec illi adminiſtratio decernitur, l. 1. C. de tut. vel Curat. qui ſatiſdationē non de-
47 derit intellige, de his, qui tenentur, ſecundum glo. ibi, & geſta, abſq; ea ſunt ipſo iure nul-
la, l. in dubium, C. eod. qua de re tutor tūc ſolum modo, quo tempore ſunt peritura exer-
cet, vel præiudicium neglecta pupillo inferrent, l. fin. C. eod. at ſi inopia ſatiſdare non po-
terit, à tutela remouetur, l. cum tutorem, C. eod. tit. in qua ſatiſdatione promittuntur, ſe-
cundum Ang. in §. 1. num. 4. inſt. eod. tit. pupillum indefenſum non relinquere.

ff. rem pupil. saluā fore.

C. de his, qui ſatiſd. nō dederit.

48 Inuentarium facere, & recipere adminiſtrationem de Iudicis mandato, & ex §. ſciēdum,
inſt. eod. & Sylueſt. ad glo. in verbo (ſubſidiaria) ſi teſtator alicui ex pluribus tutoribus ad-
miniſtrationem commiſerit ille ſatiſdat, §. ſed, & ſi ex teſtamento, Inſt. eod. l. legitimos, §.
49 in legitimis, ff de legit. tut. l. ſi plures, ff. de adminiſt. & poteſt tut. ſi ſecus non deputauerit,
tunc vnus non cogit alterum, ſed offert, ſi nullus offert, coguntur à Iudice eligere admini
ſtratorem, & ſorte non erit extrahendus, quia à iure hoc non eſt expreſſum, glo. cōmuniter
probata, in §. ſed, & ſi, Inſt. eod. vnde Iudex debet dare modum cui adminiſtratio ſit con-
cedenda, vt in §. ſed, & ſi, Inſtit. eod. l. teſtamento, cum ll. ſequente, ff. de teſt. tut. & l. 3. ff.
de adminiſt. tut. & habetur in tit. C. de diuidua tut. & donec adminiſtratio non erit diuiſa
omnes tutores, æque principaliter tenentur, l. ſi diuiſio, C. eod. Eſt autem diuiſio innume-
50 bilis materiæ breuis compoſitio, glo. in §. 1. Inſt. de obligat. Sic de pluribus tutoribus eli-
gere vnum, & potius dicitur diuiſio, quam partitio, quia illud eſt, vt genus in ſuas ſpecies;
partitio totius in partes, licet aliquādo vnū pro altero ſumatur, l. ſtipulationes non diui-
duntur, ff. de verb. obligat. Quapropter ante decretam adminiſtrationem inſolidum om-
nes tenentur, l. 1. C. ſi ex pluribus tut. vel curat. ſed facta diuiſione vnus non conuenit pro
adminiſtratore, l. fin. C. eod. At ſi Magiſtratus negligens fuerit in dandis fideiuſſoribus vel
minus idoneis, ipſe actione ſubſidiaria tenetur, Inſt. de ſatiſ. curat. §. ſciendum; Plures di-
ctio tres ad minus exigit, glo. ſing. in §. & ſæpè, Auth. de trient. & ſemiſſ. aliquando ſignifi-
51 cat plura, ſecundum ſubiectam materiam, l. ſed ea. ff. de leg. & duo non continentur ſolū,
ſed tres, cap. prudentia, de offi. deleg. Sic ad plures quam duos, cap. 2. de filijs presbyt. ibi
Archid. & extenditur vſq; ad centum. l. vnica, §. vbi. C. de cad. toll. De hac dictione vide
Bart. in l. ſeruo, de optione leg.

C. diuidua tutela.

C. ſi ex pluribus tuto.

Tunc his peractis, decernitur à Iudice adminiſtratio, & tutoris periculo, bona pupilli
remanent, vt in tit. ff. & C. de adminiſtratione, & periculo tutorum; ſumitur autem admi-
52 niſtratio diuerſimodè in iure, aliquādo cū dignitate, vt l. 1. ff. de offi. præſid. cap. cum illis,
de præben. lib. 6. Aliquando pro iuriſdictione, ſic pro Iudice, Auth. ad hoc, C. de Iudic.
at hic ſumitur pro officio tantùm, l. alienam, C. de procurat. & in d. tit. ſic plures ſpecies
adminiſtratorum, veluti Reipub. vt in C. eod. tit. Principis, Tutorū, & ſimilium, ille dici-
tur Adminiſtrator, qui alterius negotia gerit, glo. in rubr. C. de adminiſt. Reipubl. lib. 12.

ff. & C. de admini. & peric. tuto.

Inde

Inde cui pupilli bona ſunt commiſſa, dicitur tutor, & adminiſtrator pupilli.

Periculo pariter eius manet, ſi quid culpa, vel cauſa, eiuſdem damni patitur pupillus, vt
leg. damni, ff. de damno infecto, in princ. Periculum eſt nomen generale, & continet
53 etiam caſum fortuitum, vti ſpeciem, Dec. in conſ. 152. nu. 2. ſic ſtare periculo alterius idem
eſt quod ſub fide, & cuſtodia illius ſe committere, qui de adminiſtratione ſua obligat bo-
na, ſi quid damni pateretur, vt ex d. tit. colligitur, & ibi l. 1. in princ. Propterea tenetur fa-
cere inuentarium bonorum pupilli, & ſi ammiſiſſet, repelletur tutor ab agendo, & remo-
uetur tanquam ſuſpectus, l. fin. C. de arb. tut. l. 3. §. qui repertorium, ff. eod. & contra ipſum
iuratetur in litem, l. tutor qui, ff. eod. l. pen. C. de arb. tut. niſi inuentarium eſſet remiſſum
à teſtatore, l. fin. §. illo, C. de arb. tut.

Si quis autem tutelas aſſumeret, hoc ordine prætermiſſo dicebatur falſus tutor, vt in tit.
ff. quod falſo tutore, aut geſtum eſt, ità legitur in edicto his verbis; *Quod falſo tutore* ff.
54 *auctore, qui tutor non fuerit, geſtum erit, dabo in integrum reſtitutionem*, & ſunt tria re- quod falſo tutore.
55 media contra doloſum tutorem, aliud contra eum, qui dolo fecit, vt non tutor auctorita-
tem tutoris interponit; Tertiò, datur reſtitutio in integrũ, contrahente cum pupillo, ideò
falſum dicitur, quod caret veritate, cap. tua nobis, de off. vic. aliquando ſumitur pro in-
iuſto, §. ead. Inſtit. ex quibus cauſ. man. Falſus tutor dicitur, qui tutor non eſt, l. Paulus, ff.
de verb. ſignif. Sic falſitas eſt mutatio veritatis, & tria requiruntur, mutatio veritatis, do-
lus, & alteri noceat, l. quid ſit falſum, C. ad l. Cornel. de falſo.

Legitimè accepta tutela, tutor ſua vtitur auctoritate, & præſtare auctoritatem eſt pro-
bare id, quod agitur, vt ſuum effectum ſortiatur, l. etiam, ff. de aut. tut. vnde pupillus nil ff.
56 agere poteſt in ſuum præiudiciũ ſine auctoritate tutoris, Inſt. eod. §. 1. & l. obligari, ff. eod. auctoritate tutorũ.
l. pupillus, ff. de acquir. rer. dom. Sic conſenſus tutoris requiritur ad authorandum actum.

57 In alienationibus bonorum pupilli, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet Iudicis decretum, cauſa
ſit iuſta, præſentia tutoris, & eius conſenſus auctorantis, l. fin. C. ſi propter pub. perſ. & in ff. rebus eorum, qui
tit. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela ſunt. ſub tutela ſunt.

Si tutores inutilia geſſerint contra pupillum, & vtilia prætermiſerint, ſuſpecti tunc re-
putantur in tali adminiſtratione, vt in tit. Inſt. ff. & C. de ſuſpect. tutoribus; nam ſuſpectus Inſt. ff. C.
58 dicitur, qui non ex fide adminiſtrat, Inſt. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectus; & talis ſuſpicio naſci- de ſuſpect. tut.
tur ex moribus tutoris, non ex facultatibus paruis, ſic fraudolanta, & callida conuerſatio
in rebus pupillaribus tutelam non commendat, l. 1. C. eod. & l. ſuſpectus, ff. eod. & induci-
tur hoc ex l. 12. tabularum, Inſt. eod. §. 1. & d. §. ſuſpectus. percipitur culpa ex actu admini-
ſtrationis, Syluеſt. ad glo. in d. §. ſuſpectus, Doct. in d. l. 2. C. eod. tit. & talis fides tutoris per-
cipi poteſt, tam ante adminiſtrationem, quam poſtquam fuerit decreta, & ſatiſdatio non
mutat animum maleuolum, inſt. eod. §. nouiſſimè, l. ſuſpectus fieri, l. ſeq. l. ſuſpectum, ff. eod.
& plures deſcribuntur cauſæ, quibus ſuſpicio mala inducitur, in corpore dictorũ titulorum.

Finitur tandem tutela, vt in tit. inſt. quibus modis tutela finiatur finis eſt terminus, & li- Inſt.
mes negociorum, §. deinde, & §. eo quoq; inſt. quibus modis ius pat. pot. ſol. ſicuti diuerſi- quib⁹ mo-
modè negocia terminantur, ita datur diuerſitas finium, inde dicimus terminare fine Cano dis tut. finiatur.
59 nico, vt in cap. 1. in fine de cõſang. & affin. Sic mors dicitur finis, vt §. deinceps auth. de nu-
ptijs, dicimus etiam finem celerrimum, vt l. 1. §. fin. C. de vet. iur. enuclean. ita tutela multis
modis finitur, vt in d. tit. quos collige, vt in tractatu materiarum. Finita itaq; tutela, fini-
tur eius effectus ſ. tutoris auctoritas, & adminiſtratio, Syluеſt. ad glo. in d. §. fin. Inſt. eod.
poſtmodum tutor cum ſuum complenerit officium, rationem ſui muneris puberi tenetur ff.
60 reddere, & ſi quid dolo culpa lata, vel leui geſſerit, ad id obligatur pro indemnitate pu- de tutela, & rationi
pilli, vt in tit. ff. de tutela, & rationibus diſtrahendis, & ibi l. 1. Sic non datur ante ipſam bus diſtra
finitam, l. ſed non datur, ff. eod. & non ſolum, qui finita ætate pupilli, ſed & qui ad tẽpus hen.
determinatum datus eſt rationem reddit, l. ſi tutor, ff. eod. Ratio pro adminiſtratione ſumi
poteſt, vel pro ſcriptura, cauſa mutuæ negociationis, edita de datis, & receptis, Azo in ſũ-
ma de edend. Diſtrahere eſt reſoluere, l. 2. ff. de diuort. & §. pen. Inſt. de obligat. ex quaſi
contractus; diſtractus; dicitur cõtractus, quando erit reſolutus, ſic agitur de diſſolutione tu-
telæ, & mutuæ negociationis, ea de cauſa cõtractæ, vt in tot. corpore d. tituli legitur. *Sum-*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Cura ſequitur tutelam.*
2 *Quibus detur Curator, & 4.*
3 *Quare dicatur cura.*
5 *An detur prodigo, & furioſo.*
6 *Legitimus Curator quis.*
7 *Quando prodigo detur Curator.*
8 *Prodigus quis dicatur.*
9 *Furioſus quis.*
10 *Differentia inter furioſum, & mente captum.*
11 *Curator, quando detur infirmis.*
12 *Perpetuus morbus quis.*
13 *Quando detur in defectum tutoris.*
14 *Quid eſt dare in litem.*
15 *Lis quid ſit, & quare ſic dicatur.*
16 *Curatorum differentia quæ.*
17 *Differentia inter curatorem, & tutorem.*
18 *Minor omnis quis, & quot modis dicatur.*
19 *Minor ſi aſſeruerit ſe maiorem, qua pœna puniatur.*
20 *Veniam ætatis impetrare, quid ſit.*

DILVCIDATIO XI. DE CVRA.

Inſt. de Curat.

1 FINITA Tutela, ſubintrat Cura, l.quod habet in princ.ff.de tut.l.curator,
ff.de tut.& curat.& durat vſq; ad 25. annum completum, §.1.inſt.de Cu-
rat.olim non minoribus, ſed dementibus,& furioſis,ex lege lectoria con-
2 cedebatur, at Marcus Antonius philoſophus primus, *adultis Curatorem*
dedit, Syluest.in add.ad glo. in d. §.1.Inſt eod.ſic Curator datur ad bona,
Bart.l.de Curatore, C.de curat.bonorum dand.& eo nomine ſumitur cu-
3 ra,pro tutela bonorum, l.etiam, §.ex cauſa, ff.de minoribus,& quia labor eſt prædicta age-
re, ideò cura nuncupatur, & dicitur, quia coturit, Auth.de hæred. & falcid.in princ.cap.ſi
quis Epiſcopus,21.q.1.ponitur aliquãdo Curator,pro ratione Curæ, l.minor, ff.de minor.
aliquum pro Procuratore, in d.l.de Curatore, verſ.& ſi qua, & in Auth. de trient.& ſemiſ-
ſe, §. ſi verò his.

4 Datur Curator minoribus 25.annis, tam maſculis, quam fœminis, qui propter ætatem
ſua tueri, ſeu curare nequeunt, vt Inſtit. eod. §. 1. & hoc duplici modo, vel generaliter ad
omnia negocia, vel ad certas cauſas, & tunc minor Curatorem gerit, Inſt.eod.§.item inui-
ti, & ex gloſſ. ibi, & ſumitur tunc tamquam Procurator, & curare eſt bene negocia alie-
na adminiſtrare.

5 Datur etiam, & prodigo, atq; furioſo, Inſt.eod.§.furioſi, ſolet dubitari an dicatur legi-
timus Curator datus minori furioſo, dicitur in d.§.furioſi, Inſt.id quod, ex l.12.tabularum,
ita diſponitur, & ibi glo. notat, quod in his duobus caſibus, tantum datur Curator legiti-
mus, attamen veritas eſt, qod impuberibus non datur legitimus Curator, glo. in §. 1. Inſt.
de fideiuſſ.tut.in verbo puberes, ſed furioſo tantum, & prodigis legitimus Curator decer-
6 nitur de communi tenet, Syluest.ibi,& cum eo, Ang.in d.glo.quia in alijs caſibus fit diſpo-
ſitio teſtatore, vel prætore minoribus ſ. 25. annorum, ſed in his duobus prouidet tantum
7 lex, vt in tit.ff.& C.de Curat.furioſ.necnon prodigo etiam datur curator, poſtquam fuerit
ei interdicta adminiſtratio bonorum, l.1.ff.eod.ex l.12.tabularum, & talis prohibitio fit à
8 Iudice auctoritate legis, glo.in d.l.1.in verbo (lege) Prodigus ille eſt, qui ſine tempore, &
modo,ac fine,bona ſua diſpẽſat.l.1.§.1.ff.de Curat.furioſ.& l.is,cui bonis,ff.de verb.oblig.

ff. C. Curat. furioſ.

9 Furioſis durante furore conceditur, l.1.ff.eod.& cauſa tutoris Iudex cognoſcat, l.obſer-
uare, ff eod. & maſculis, & fœminis furioſis datur, l. furioſe, ff. eod. & iſtis Curator datur
non ſolum ad bona, ſed etiam ad ſalutem, l.conſilio, ff. eod.

10 Furioſus eſt, qui continua mentis alienatione omni intellectu caret, l.diuus, ff.de off.præ-
ſid. quandoq; habet lucida interualla, l.fin.C.eod.& l.furioſum, C.qui teſt. fac.poſſ.differt
furioſus à mente capto, quia ille agit quoddam animi furore, mẽte captus eſt magis inquie-
tus, ſine ſignis exterioribus, Doct. §. 1.Inſt.de Curat.

11 Datur

11 Datur etiam ſurdis, & mutis, vel aliquo perpetuo morbo laborantibus, vt in d.§.furioſi;
perpetuus dicitur morbus, vbi nulla ſpes ſubeſt ſanitatis, l. ſi cum §. ſi maritus, ff. de ſolut.
matr. vnde eo impedimento durante, durat Curat.
12 Datur etiam in defectum tutoris, Inſtit. eod. §. interdum, quod multipliciter continge-
13 re poteſt, veluti ſi legitimus tutor non fuerit idoneus, aut teſtamentarius, aut quia ad tem-
pus datus fuerit; vt in §. interdum, & §. item ſi teſtamentatius, §. item loco tutoris, aut ſi
ſuſcepta tutela, tutor aliquo impedimento ſuperueniente impediatur ab illius adminiſtra-
tione, l. 1. §.fin.ff.de tut.& §.furioſus, Inſt.qui teſt.tut.dar.pot.ſi tutor habet bona in diuer-
ſis prouincijs poterit habere curatorem in illis bonis, l.licet, §.fin.ff.de excuſat.tut.l.fin.C.
in quibus cauſis habent, tut.item ſi tutor fuerit relegatus, vel remotus, ſi cauſa erit tempo-
ralis, datur Curator, Syluest.ad glo.in d. §. interdum, hoc idem durante excuſatione tuto-
ris, Inſt.eod.§.item loco tutorum, ſic collige, quod Curator datur in defectum tutoris, du-
rante impedimento, vt legitur in C.in quibus caſibus tutorem, vel Curatorem habenti tu-
tor, vel Curator dare non poteſt, & §.interdum, Inſt.eod.& ibi, d.l.1.& 2. Datur etiam ad
vnam cauſam tantum, & non tenetur facere inuentarium, vt in l. fin. & l.ad protegendum,
C.de in litem dan.tut.& ſic poteſt dari ad litem, & negocia, lis pro inſtãtia cauſæ ſumitur,
14 C.de Iud.properan.in princ.§.1.& cap.1.de procurat. lib.6.& dicitur lis à contentionis li-
15 mite, cap.foras, de verb.ſignif.in medio, & ſignificat etiam actionem, ſiue in rem, ſiue in
perſonam, l.litis nomen, ff.eod.& quando res dicatur litigioſa, vide Bart.in l. quamquam,
ff.de acqua pluuiali arcen. l.1.C.de litig.

C. in quibus caſib.tut. vel Cur. habent.
C. in litẽ dar. tut.

Datur etiam Curator bonis vacantibus, & indefenſis ad inſtãtiam creditorum, vt in tit.
ff.de Curat. bon.dat.vt dum iacet hæreditas, l.1.ff.eod.etiam in bonis viuentis, l.de cura-
tore, l.ſeq.ff.eod.at iſte habet diminutam auctoritatem ab alijs Curatoribus, vt ex glo. in
16 rub.& l.1.C.eod.l.tutor bonorum, ff. ad munic.& nullum poſſunt inferre damnum Domi-
no, ſine decreto Iudicis, l.magis puto, §.ne paſſim, ff.eod.necnon ſi lis eſſet, inter tutorem,
& pupillum, tunc datur Curator, Inſt.de aut. tut. §.fin.& plures numerantur caſus.

ff. C. de Curat. bon. dat.

17 Differentia inter tutorem, & Curatorem colligitur ex his, quæ ſupradicta ſunt, præſer-
tim, quia tutor principaliter datur perſonæ, Curatot principaliter bonis, Inſt.qui teſtamẽ-
to tut.dari poſſ.§.ad certa, ſecundò, tutor datur minori 14. Cura. minoribus 25. vltra 14.
annis, vt in §. 1. Inſt.de Curat. tertiò, Curator datur ad tempus, & durante impedimento,
& non ſolum minoribus, ſed prodigis, furioſis, & perpetuo morbo laborantibus datur Cu-
ra, tutela verò ſolummodo minoribus, cœtera de Curatoribus, à quo Iudice dẽtur, & qua
forma latius in ſuo tractatu dicetur.

Multa ſunt ad fauorem minorum 25. annorum inducta; cum ætas firma non ſit, ſic conſi-
lio indiget, & quia facilis eſt illi ætati deceptio, propterea non ſolum ſubuenitur tutore, &
Curatore, ſed ad male geſta reſtituitur etiam, vt de ſimilibus plura, in tit.ff.& C.de mino-
18 ribus 25. annis; ſic minor eſt, qui nondum impleuit 25. ſuæ ætatis annum, cap.1.de reſtit.
in integ.& in d.tit.de minoribus. Minor annis dupliciter intelligirur, vel quia eſt minor 14.
aut minor 25. ex cap. in præſentia, de probat.circa medium, at cautum fuit in iure, contra
19 fallacias multorũ, ne quis auderet, ſe maiorem affirmari, cum ſit minor, nam tunc repellitur
ab huiuſmodi beneficio, vt in tit. C.ſi minor, ſi maiorem dixerit.
20 Princeps aliquando indulget minori ætati, & priuilegium concedit, ac ſi fuiſſet maior,
vt in ætate 20. annorum, vir & mulier 18. efficiatur maior, & tunc dicimus conceſſam eſſe
illi veniam ætatis, vt in tit.C.his, qui veniam ætatis impetrarunt, & ibi, l.omnes, ſic ætas
ſumitur pro minori, & pro Indulgentia veniæ, vel remiſſione temporis, vt cap.peccati, de
reg. iur. lib. 6. pro impunitate.

ff. C. de minoribus 25. annis.
C. ſi minor ſi maiorem dixerit.
C. his, qui veniã ætatis impetrarunt.

SVMMARIVM.

1 Maioritas quot modis ſumatur.
2 Maior quis dicatur.
3 Officium quid ſit.
4 Artificium quid ſit.

5 Officia quomodo conſiderentur.
6 Artificium quare neceſſarium.
7 Diuiſio officij, & artificij.
8 Agricoltura quid.
9 Cenſitus quid.
10 Colonus quid.
11 Colonorum diuiſio.
12 Conditionales qui.
13 Dominici qui.
14 Illirici qui.
15 Capite cenſiti.
16 Paleſtina qui.
17 Trhacenſes.
18 Originarij qui.
19 Palatini qui.
20 Partiarij qui.
21 Ad nummum qui.
22 Superficiarij.
23 Aſcriptilij qui.
24 Perpetui qui.
25 Inquilini qui.
26 Piſtores qui.
27 Officium eorum quale.
28 Validi mendicantes qui.
29 Mendicare quid ſit.
30 Nauta qui.
31 Nauicularius qui.
32 Nautarum officium.
33 Nauale qui
34 Caupones, & tabernarij qui.
35 Stabularij, & Stratores qui.
36 Ponderatores, ſeu Ligoſtrati.
37 Decoctores qui.
38 Metallarij qui.
39 Scrupulus quid.
40 Fabricenſes qui.
41 Suarij qui.
42 Tractatores qui.
43 Murilegali qui.
44 Conchilegali qui.
45 Hirnectarij.
46 Baghrarij.
47 Limptharij.
48 Lintearij.
49 Donitarij.
50 Monitiarij.
51 Vaſtagarij, ſeu Beſtigarij.
52 Cartopatry.
53 Hurnaſchus.

DILVCIDATIO XII. DE MINORIBVS, ARTIFICIIS, ET MINISTERIIS.

1 POST minores ſequuntur maiores, & iſta maioritas hic conſideratur in
annis, nam multiplicem ſenſum habet; aliquando refertur ad cauſam, vt
Criminalis cauſa maior ſit Ciuili, Auth. vt omnes obed. Iud. prouinc. §.
ſi igitur ambo, aliquando ad partes, l. maiorem. ff. de pact. & quando ma-
ior pars præualeat, vide Bart. in l. quod maior, ff. ad municip. aliquando
maior, ideſt, quod magna, l. 1. in fine. ff. de his, qui ſui ſunt, ſic maioritas
quadrupliciter cõſideratur, Ordinis, Prælationis, Dignitatis, & Senectutis, Abb. in cap. ſta-
tuimus. de maior. & obed. & in rubr. eod. Felyn. Accipitur aliquando pro aſcendentibus
vſq; ad Tritauum, l. quicunq;, §. parentes, ff. de ius vocan. & glo. in cap. 1. de verb. ſignif. &
ita maior natu ſumitur, Arch. in cap. lex, d. 2. Inſt. de adopt. §. maiorem, at in propoſito no-
2 ſtro, pro eo, qui 25. annum compleuit, vt Inſt. de fiduc. tut. §. fin. & l. fin. C. de legit. agnat.
tut. & l. fin. C. de his, qui veniam ætatis, & tunc dicitur ætas perfecta, & venit deinde ætas
virilis, l. 1. & l. fin. de minori. nam vſq; ad illam ætatem, quia ætas creſcit, dicuntur adolo-
ſcentes, l. non aliter, ff. de leg. tertiò, deinde virilis ætas, poſtmodum Senectus, l. ſi pater,
§. 2. ff. de adopt. l. vnica, C. qui ætat.

Tales maiores, diuerſimodè conſiderantur in iure, vel ratione artificij, officij, iuriſdictio-
nis, de quibus ſingulariter dicendum erit, & ne per ignotos terminos gradiamur, declarã-
dum eſt, quid pro officio, quid pro arteficio ſumatur. In terminis noſtris officium eſt gene-
3 rale nomen ad omne miniſteriũ, ſic omne arteficium, poteſt dici officium, ita appellatur
Mercatoris, Procuratoris, Aduocati, Nautæ, & ſimiliter officiũ, glo. in l. legatis, ff. de leg. 3.
4 Alio modo ſumitur pro iuriſdictione, vt officiũ diuerſorum Iudicum, aliquãdo pro digni-
tate, vt officium Imperatoris. Artificia potentiora ſunt, quia quadam animi perpetuitate
addi-

addiſcuntur cauſa percipiendi commodiorem, & vberiorem quæſtum, ſed officia dantur,
propter neceſſitates, qua de re in officio conſiderantur quædam, vt miniſteria, ex glo. in d.
l. legatis, §. 1. ff. de leg. tertiò, in verbo, ſi ex officio, ideò ita Artificium deſcribitur, quod
5 fit animo perpetuò, ad vberiorem quæſtum Miniſterium, quod fit ad commoditatem Do-
minorum officium, quod fit ad tempus, propter neceſſitates.
6 Dicimus Artificium neceſſarium in homine, ex quo percipitur commodum, l. ſi ſeruus,
ff. de pignorat. act. Cuius appellatione in beneficijs, & legatis, veniunt etiam addiſcentes,
non autē in priuilegijs, l. legatis, §. ornatricibus, Bart. ibi de leg. tertiò, & nuncupatur etiam
diſciplina, & magiſterium, l. 1. C. de excuſat. art. lib. 10. inde artificium extinguit nomen
officij, ſed officium non extinguit nomen exercitij, Bart. in d. l. legatis, §. ſi ex officio, ff. de
leg. tertiò, licet inter artificia detur alia diſtinctio, ſicuti quædam liberalia, vt in tit. de pro-
feſſ. & medicis alia manualia, vt in rub. C. de excuſationibus artific. l. 1. vel dic. quidam no-
biles, aliàs ignobiles, vt Monetarij, Piſtores, Stationarij, vt qui portas Ciuitatis cuſtodiũt,
vel tenent ſtationem de vili mercede, vt de oleo, ſale, & cœpa, vel eſt ſaltuarius, aut Cu-
ſtos porcorũ, vel pecorum, vt in l. ne quis, C. de dignit. lib. 12. tales vilia exercēt artificia.
Datur, & alia diſtinctio inter artifices, l. inter artifices, ff. de ſolut. veluti ingenij, ſcili-
cet naturalis doctrinæ, quia doctior, & ſic clarius docet, inſtitutionis hoc eſt ordinationis
faciendę pro opere, vel inſtitutæ doctrinæ, vt ibi glo. tamen ſub nomine artis, exercitij, mi-
niſterij, vel magiſterij, ſub rubricis poſita ad faciliorem intelligentiam adiungemus, eodē
ordine ſeruato, quo naturæ conuenire magis videbitur, veluti quædam miniſteria ordina-
7 ta cenſuerunt ad vitæ noſtræ ſuſtentationem, ſicuti agricultura, ſed Agricolæ, Coloni,
Piſtores, & ſimili; quædam alia reſpiciunt perſonarum tutelas, & bonorum, ſicuti militia,
inde milites, vel iudicium, vt Iudices, Aduocati, Procuratores; quædam verò ad neutrum
iſtorum ſunt ordinata, veluti exercitium voluptatis, vt Athlet. Venatores, gladiatores, &
ſimili; hac diſtinctione præmiſſa, ſingula his adoptantur locis.
8 Inter artificia pertinentia ad victum, agrorum cultura, ſic Agricola venit in nominatio
ne, & eſt nomen genericum pro omni perſona, colente agros diuiſos in octo ſpecies Co-
lonorum, & Agricola dicitur, quaſi colens agros, vt in tit. C. lib. 10. de Agricolis Cēſitis, C. lib. 10. Agricolis Cenſ. & Colon.
& Colonis, ſic Agricola eſt laborator terræ, Auth. vt nulli creden. Agricolæ. Rubrica-
tur de Agricolis Cenſitis, quidam dicunt eſſe duo nomina ſubſtantiua, Agricolæ, & Cenſi-
ti, quaſi cenſuales, l. 1. ff. de tut. At verius eſſet dicere, Agricolæ nomen eſſe ſubſtantiuum,
& Cenſiti adiectiuum, quaſi cenſuales, quia cenſibus erant aſcripti; Nam cenſitus ille eſt,
9 qui ex aſcriptio naſcitur, vel quia annuatim certæ rei præſtandæ obligatus eſt. Aſcripti-
tius autem obligatur ad incertam partem, veluti ad tertiam, vel quartam partem fructuū,
10 alij perpetui erant Agricolæ, Sequitur & de Colonis; Eſt autem Colonus, qui prædium
11 habet colendi cauſa, & ſunt in duplici differentia, quidam ſunt ſimplices, qui ſub certa an
nua mercede in pecunia numerata, prædium ad colendum accepit, ad ſimilitudinem loca-
12 tionis, quia locatio non eſt ſine pecunia, l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. de reperit. Alij ſunt condi
tionales, quaſi ſua conditione teneantur colere agros certo tempore, ſic temporis curſu,
13 ſe liberare poſſunt, l. cum ſcimus, C. de Agric. & Cenſ. lib. 10. Secus in aſcriptitijs, alij Do-
minici appellantur, qui Domini. ſ. Imperatoris agros colunt, vt in tit. C. de prædijs, & om.
14 rebus lib. 12. Alij Illiricani, vel Illirici, quia ſunt de illa regione, l. cum quærebatur, C.
vnde, & gloſſ. 1. C. de coll. Illiri. lib. 11. eorum conditio, eſt quod perpetuò ſunt aſcripti
terrę, & ſine pœna aufugere non licet, vt in tit. C. de Colonis Illiricis. Illirica Prouincia C. lib 11. de Colo. illiricis.
eſt, quæ hodie *Schiauonia* nuncupatur.
15 Alij dicebantur Capiti cenſiti, eo quod pro ſingulo capite cenſum ſoluunt, vt in titulo
C. in quibus caſibus col. cap. cenſ. & non poterant cogi ad maiorem ſummam, quam de-
bitam, & contra Dominos grauantes accuſationes procedebant, l. 1. & 2. C. eod. C. in quibus caſib. ca. cenſ.
16 Quidam Paleſtinæ dicebantur Coloni; Paleſtina Prouincia eſt in Aſia, vnde quia regio
nem illam colebant, perpetuò erant terræ aſcripti, fugientes vbiq; à Dominis vendican-
bātur, erāt præ cæteris priuilegiati, quia Paleſtina Prouincia cæteras Prouincias laudibus

 excel-

C. de Colon. Paleſt.

excellebat, eò quod ibi natus fuerit Saluator mundi, glo. in rubr. C. de Colon. Paleſt.

17 Alij erant Trhacenſes, qui Trhaciam Prouinciam perpetuò colebant, & tributa ſoluebant Dominis de terris, quas colunt, detinentes inuito Domino, puniebatur duabus libris auri, vt in tit. C. de Colon. Trhacen.

C. Col. trhacen.

18 Alij erant Coloni Originarij, & ſunt filij Coloni prædefuncti, & cum conditione ſui authoris, & originē ſequūtur, ſic eadē nati vī, & ſatis eſt natos eſſe in Colonia, vt ꝑpetuò agros colāt, quos ſui anteceſſores coluerunt, & differunt ab Adſcriptitijs, qui nunquā ſicuti Originarij, qui temporis curſu liberantur, l. cum ſcimus, C. de Agric. & cenſ. lib. 11.

19 Alij dicebantur Coloni Palatini, vt in tit. C. lib. 11. ſicut ij, qui agros diuerſorum Ciuiū Palatinorum colebant.

C. Coloni palatini.

20 Quidam ſunt Coloni Partiarij, eo quia ad commune commodum, & damnum terram colunt, & fructus ad partes reddunt, & potius videtur Societas, quam locatio, Ang. Inſtit. de locat. §. 1. nu. 5. Sed ſi pręſtatio eſſet magnæ quantitatis, potius eſſet locatio, eò magis ſi pecunia ſolueretur, ſecundum Ang. ibi.

21 Sunt etiam Coloni ad nummū, qui tamdiù durant, donec fructus ſeparant à ſolo, & comparantur vſufructuarijs, qui tamdiù eſt vſufructuarius, quādiù fructus capit, Io. in l. Apes. ff. de furt.

22 Alij ſunt Superficiarij, qui aream conducunt ad ædificandum, vel domum altius tollendo, & circa ſuperficiem verſatur.

23 Aſcriptitij Coloni erant alligati perpetuò Glebbę, ſcriptura ſic alienata Glebba, cum
24 ea tranſibant. Perpetuo aſcripti, ſi corpore non erant validi, liberabantur, & iſtę ſunt diuerſę ſpecies antiquorum Colonorum, vel Agricolarum.

25 Sunt & alij Inquilini Coloni, qui cum colonis cōditionalibus participant, l. diffinimus. C. de Agric. & Cenſ. lib. 11. tamen Inquilinus minus aſtringitur, quam conditionalis, qui non pteſt cum ſua familia diſcedere à fundo, necnon poteſt conducere domum in alia parte, quam loci agricolturæ, quod non poteſt Colonus Partiarius, ideò ille erit Inquilinus, qui rem vrbanam conducit, ſecundum glo. in l. emptorem, C. locati; & dicitur quaſi vrbanum colens prædium.

26 Sunt etiam & Piſtores homines, exercentes artem excoquendi, & cōficiendi panes pro victū cuiuslibet, & quidam ſeruiebant palatio Imperatoris, & iſti erant ſub poteſtate Dominorum Horreorum, & erant, vt mancipia, eorum Iudex erat Procurator Cæſaris, vt in tit. C. lib. 10. de Piſtoribus.

C. de Piſtor.

27 Alij diſpenſabant panem cœteris de loco, ſed quidam mendicabant huiuſmodi panem ſimulantes eſſe debiles, & imbecilles, vt poſſent ſuo ſudore victum quærere, quapropter factum fuit, vt diſtributio panis fieret tantum, inter infirmos, & iſti validi mendicantes reij-
28 ciunt, vt in tit. lib. 10. C. de mendicantibus validis, validi hic pro robuſtis, & ſanis ſumuntur, ſecundum Azzo. in ſum. hoc eod. tit. quidam ſe fingebāt eſſe infirmos, alios plagis, alios debilitate membrorum, ſicuti ſunt Spanaldi, & Galliatores, vt refert Azzo tales, de iure antiquo, ſi erāt ſerui, proditor illis potiebatur, ſi liberi, ipſorum fruebatur perpetuò colonatu, de iure nouo ſerui reddebantur ſuis Dominis, liberi operibus publicis deputabantur, ſecundum Lucam de Penna, ibi in rub. eod. per Clem. 1. §. ideoq; de reliq. & venerat. Sanct. tales mendicantes ſunt in ſeruitutem redigendi.

C. mendicāt. validis.

29 Mendicare eſt agere, & ab alijs neceſſaria ad victum quærere, & dicitur mendicus, quaſi manudicens, 12. q. 1. volo, vel à mene, hoc eſt defectus, & dico, dicis, quia dicens ſuos defectus in petēdo elemoſinam, ſecundum Iſid. dicitur quaſi minus habens, Arch. in cap. quorundam, de elect. 106. in verbo mendicantium, & cap. non ſatis, diſt. 77. Malus ſtatus, iuxta huius mundi ſenſum eſt mendicitas, nam ſi petit rubore confunditur, ſi non petit, egeſtate conſumitur, vt petat neceſſitate compellitur, ex Alber. in ſuo Dictionario.

30 Sunt, & alij diuerſa profitentes exercitia ad vitam humanā neceſſaria, ſicuti Nautę, Caupones, & ſtabularij, ſunt autem Nautę, qui nauem conducunt gubernando, & miniſtrando, ea quæ ad illius vſum pertinent, l. 1. & l. 2. ff. nautæ caupo. & ſtabul. & qui nauem aſcendunt,

H

& illam

Digitized by Google

& illam conducunt naulo obligantur, l.debet, ff.eod.ibidem reputatur magiſter, qui illam
regat, l.1.§.cum ea, ff. ad l. Rod. de iact.
31 Nauicularius tribus modis ſumitur, ſecundum Bart.in rub.C.lib.11.de Nauicularijs,vel
nauclearijs, vel pro illis, qui naues fabricant, ſecundò pro ijs,qui ſubſtantiam ſuam ponunt
in mercatura nauium, tertiò, pro ducentibus illas.
Tenentur Nautæ ad cuſtodiam rerum, & mercium depoſitatum in naui, & Magiſter na-
uis exercitor nuncupatus curam ſumit;de his habetur, in tit. C. lib. 11. de Nauicularijs, & C.lib 11. Nauical.
intelligitur, tàm de conducentibus merces per mare, quàm per flumina,etiam in Tiberi,vt C. Nautis Tiberinis.
in tit.C.de Nautis Tiberinis.
32 Nautarum officium erat triplex, vel circa refectionem, & inſtructionem nauium ver-
ſabantur, aut illas de nouo cõponendas, vel circa peritiam nauigandi, & conducendi mer-
ces, tertiò, circa ipſarum nauium conductionem.
33 Nauclei erant, qui conducebant annonam, ſeu victualiam conſeruandã de loco ad locũ,
qui multis gaudebant priuilegijs, l.3.ff.de iure immun.l.ſemper, §.negociarores, C.de Na-
uicularijs, & tut.in toto itinere habebantur, l.1. C.eod.
34 Caupones differunt à Tabernarijs, nam raberna eſt locus, vbi comeſtibilia venduntur,
& comedentes ad ſumendum cibum hoſpitantur, ſed non ad cubandum, Cauponæ autem
recipiunt aduenas, non ſolum ad comedendum, ſed etiam ad dormiendum, at non ad ſta-
bulandum, ex glo.in l.palam, ff.de ritu nupr.in verbo raberna. Tales itaq; caupone, dum
peregrinos hoſpitantur bona eorum, ſub ſua retinent cuſtodia, eò quod mercenarij ſunt,
ſic ad cuſtodiã tenentur, l.1.ibi glo.ff.eod.& l.ſicut, & caupo.ibid.glo. & quum deleui cul-
35 pa teneatur, vide glo.in l.& ita,ff.eod. Stabularij ſunt hoſpitatores hominum æquitantiũ,
glo.in l.1.ff.eod.in verbo ſtabularij, & hoſpitanrur animalia, ea conditione, qua caupones
hoſpitantur homines, alio nomine dicuntur ſtratores, vt in lib.10.C.de Stratoribus, Srra- C.lib.10. de Strat.
torium dicitur ſtabulum, ſic Stratores à Sternendo, quaſi præſint in ſtrato æquis ſtantibus,
vt ex d.tit.colligitur.Stratores etiam birruarij nuncupantur, ſecundum glo.in l.obſeruare,
ff.de off.procõſ.& legat.Strata via appellatur mattonata ex viuis, ſeu coctis lapidibus,Bar.
l.1.ff.de via pub. num.1.
36 Sunt etiam, & Ponderatores Auri, qui præerant publicis ponderibus. ſub græco nomi-
ne ligoſtrati, vt in tit. Cod. de ponderat. auri, & l. 2. Cod. eod. eorum officium erat ap- C.lib.11. de ponder. Auri.
probare, vel reprobare aurum, quod in communem vſum ducebatur. propterea, & alij
erant auri perſecutores curantes ne aurum redigeretur in maſſam, qui alio nomine deco-
ctores appellabantur, vt in tit. C. de perſecuroribus auri. C. perſecutorib⁹ auri.
37 Aurum propriè ſumitur, quod ex alia materia confectum non eſt Archid.in cap. ſi Pau-
lus, 32.q.5.illud purgatiſſimum erat, ex quo corona Imperatoris fuerat confecta, vt in tit.
C.d'auro coronario, ideò aureus factus eſt ad commodiorem hominũ vſum,& vnc.72.con- C. Auro Coronari.
ſtituebant olim libram, vt ex glo.de argent.C.eod.lib.10.hodie vnc.96. requiruntur; De-
cius in conſ.806.& quantum aureus antiquus valeret, vide Alciar.lib.3.diſputat.cap.9.
38 Metallarij aliud exercitium conſtituebant, qui ad effodienda metalla tantum eranr or-
dinati. metallum eſt nomen genericum ſignificans omnes mineras, veluti auri,argenti,fer-
ri, aeris, ſtamni, & plumbi. Metallarij in duplici erant differentia, quidam erant damna-
ti ad metallum, quidam erant deſtinati ad opus metalli. illi erant ferro ligari, vt onere, &
labore grauati ad effodiendum metalla, ad opus metalli erant deſtinati ad effodiẽdum,ſed C. de Metallarijs.
tamen libertatem habebant,& fodientibus miniſtrabanr, glo.inſt.§.penæ quibus modis ius
pat.pot.ſolua.& latius de iſtiſ.in tit.C.lib.11.de metallarijs.
Quidam erant aſcripti in matricula metallorum, & ſinguli octo ſcrupulos eius metalli,
quem effodere volebant, ſoluebant l. 1. C.eod.& cum fuerit incorporatus, & in matricula
39 aſcriptus ſingulis annis perſoluebant ſcrupulos ſepteni, l.per annos, C. eod. ſcrupulus eſt,
24. pars vnciæ, tres ſcrupuli faciunt dragmam,& de metallis erant vnciæ quatuor,pro ſin-
gula libra, licet decem facerent libram, ſecundum Azo.in ſum.eod.tit.
40 Erant,& Fabricenſi, qui arma pro Repub.in publico fabricabant, & ſic adaptata Primi-

Digitized by Google

cerio militiæ reddebantur, vt in publicis armarijs cuſtodirentur, hac ratione factum fuit, vt alteri non liceret, nec arma facere, nec vendere, vel transfere, vt in tit. C. de fabricenſibus; & eo nomine appellantur à fabrica, cui deſeruiunt, differunt ab armifactoribus, quia iſti ſunt de priuatis illi de publicis; & pro quolibet percuſſore ferri, l. ferri, ff. de verb. ſignif.

C. de fabricenſibus.

C. de Suarijs.

41 Suarij dicuntur, qui Ciuium porcos cuſtodiebant in paſcuis, vt in tit. C. de ſuarijs, vnde ſuarij porcarij dicuntur, ſeu porcionarij, quorum officium erat porcos in paſcuis cuſtodire, & quot annis; vel menſibus aſſignabant quintum animal pro reparatione menſæ dominicæ beſtiagarijs, ex Azzo. in ſum. eod. tit.

C. de tractatoribus.

42 Tractatores ſunt, qui animalia publica tractabant, & ſua coercebant, nec non equos ſacro vſui deſtinatos curabant, vt legitur in tit. C. de tractatoribus. iſti licentiam habebãt adducendi equos in curſum publicum, ſecundum Plinium in epiſt. ſic nemini licebat tales equos tractare, quam ipſis, ideò tractatores, inde tractatoriæ literæ datæ pro licentia ad tractandum, vel puniendum criminoſos.

C. de menſoribus.

43 Sunt & Menſores, quibus cura menſurandi menias, iuxta caſtrum erat ea miſſa, ſecundum glo. in rub. C. de caſtrenſian. vel menſurandi columnas, aut frumenta, l. menſores, ff. de excuſat. tut. l. fin. ff. de iure immunit. & in tit. C. de menſoribus, ſic menſor proponitur quandoq; ad hoc, vel tempore ædilitatis, vel tempore expeditionis, glo. in l. menſores, ff. de excuſationibus.

de murilegulis.

44 Erant, & murileguli, qui murices perſas pro tinctura ſacræ purpuræ legebant, & quia in
45 muribus legendis, hoc eſt colligendis verſabantur, ideò eo nomine appellabantur, ſicuti, & conchileguli, qui conchilia legebant, vt ex ijs piſcibus encauſtum regium conficeretur, & regalis purpura tingebatur. hi enim cum ſuis vxoribus, & liberis cuiuſcunq; ſexus perpetuò his artibus erant aſcripti; & ſolum militia poterant ſe liberare, vt in tit. C. de murilegulis, l. murilegulí, & l. fin. l. hic qui, & refert, Azo in ſum. eod. tit.

46 Hymeciarij ſunt textores pannorum, inde Ginicium, vel ginitiarum, & eſt locus, in quo panni cõficiuntur, l. 1. C. de veſtibus oloberis lib. 11. à Gynos, quod eſt nudũ, ſic cooperiẽdus.

47 Baphiani ſunt tinctores pannorum, inde baphros græcè, latinè eſt tingere, & Baphiarius dicitur tinctor, glo. in l. 2. C. de murilegulis.

48 Limpharij, qui limpham cuſtodiunt ad lauandos pannos, ſic & lauantes pannos, eo nomine appellantur.

49 Lintearij, qui linteamina fabricant, vt ibi Azo. in ſum. de murileg.

50 Erant, & procuratores Gynitij, hoc eſt præſidentes Gyneſiarijs, qui ad procurandũ non accedebant quin prius fideiuſſoribus cauerent de reddenda ratione, l. fin. C. eod.

51 Monetarij, qui publicam cudebant monetam, & formabant forma Principis.

52 Vaſtagarij, quaſi Beſtiagarij, qui ruſticos ad quintũ animal ſingulis annis fiſco præſtandum compelluntur, l. quod alias, ff. eod. tit. dicuntur vaſtagarij à ſtrage animalium, quam faciunt noſtro vulgari nomine Macellarij, ſeu beccharij appellantur, ex Azo. in ſum. in tit. C. de murileg. lib. 11.

C. Collegiatis.

53 Chartopatrij, qui per emptionem chartæ oblatis precibus colligiatorũ Collegio aſcribuntur, & ideò eorum nomina, quæ in matricula erant annotata deſcribebantur in charta, vt in l. fin. C. de Collegiat.

C. de Irenarchijs.

54 Irnachiæ, qui diſciplinæ publicè in corrigendis moribus præferuntur, l. fin. §. 2. ff. de muner. & honor. & in tit. C. de Irenarchijs: dicti quaſi arcentes iram. inde eorum officium erat ſedare rixas, & diſcordias, & procedere ad pœnam contra turbatores.

SVMMARIVM.

1 *Militia quid.*
2 *Miles qui dicatur.*
3 *Miles quot modis ſumatur.*
4 *Militia quotuplex.*
5 *Requiſita in milite.*
6 *Qui poßint militare.*
7 *Negotiare quid ſit.*
8 *Militum veſtis qua.*

9 Eman-

9 *Emanſor qui.*
10 *Deſertor qui.*
11 *Error qui.*
12 *Veterani qui.*
13 *Tironi qui.*
14 *Militaris veſtis qua.*
15 *Meati qui.*
16 *Caſtrametare quid.*
17 *Epidimiteti qui.*
18 *Caſtra quid.*
19 *Erragare quid.*
20 *Annona quid.*
21 *Capitatio quid.*
22 *Tributum quid.*
23 *Commeatus quid.*
24 *Luigama.*
25 *Lictus quid.*
26 *Iter quid.*
27 *Hoſpes qui.*
28 *Arma quid veniat.*
29 *Primipili qui.*
30 *Cohortales qui.*
31 *Apparitores.*
32 *Catholicani.*
33 *Cornicularij.*
34 *Stratonarij.*
35 *Athleta qui.*
36 *Haſtiludium quid.*
37 *Gladiatores.*
38 *Spectacula quare dicantur.*
39 . . . . *quid.*

DILVCIDATIO XIII. DE MILITIA.

1 DE militia dicendum ordinata ad corporum bonorum noſtrorum tutelam tùm nil proficerent ordinata ad victum per artificia, & miniſteria ſupra- 1
poſita, niſi armis vim vi repellendo, perſonas, & bona tuerentur, eſt autem militia durities quædam pro communi bono ruendo Principis con-
2 ſenſu inducta, vt ex ſequentibus colligitur, inde dicuntur milites, vt legitur, in l. 1. §. miles, ff. de teſt. milit. vel à militia hoc eſt duritia, aut à multitudine, aut à malo, quod ſolent milites arcére, aut à numero mille hominum, vel ſecundum glo. fin. ibid. quia de mille vnus ſtrenus eligitur à numero millenario, èx Romuli inſtitutione, qui millenario numero hominum turbatur, ſub Fabio Duce fines ſui Regni. Miles itaq; eſt, qui iurauit à ſignis non diſcedere, nec recedere, l. pen. ff. ex quibus cauſis maior. Vegetius de re militari ſubdit non ſolum miles iurat non recedere, ſed nec euitaturũ mortem pro ſalute Reipub. ſuſtinet dura, veluti calores, algores, incendia, & alios labores de his plura, in tit. ff. & C. de re militari. Hoc nomen militis multis modis ſumitur in iure. ali-
3 quando pro officio, vt Aduocatus, l. aduocati, C. de aduocat. diuerſ. iud. glo. in verbo (Aduocati) militares iudices, l. 1. C. vt omnes, tàm Ciu. quàm mil. Pro Clerico, cap. 1. de Cler. ff. C. de re militari.
egrotante, aliquãdo milites hoc eſt fœderati deſignantur, vt auth. neq; miles, neq; fed. coll. 7. interdum dicitur nuncius communis, ſiue Præco, aut executor, l. 1. ff. de cuſt Reorum, inde milites iuſtitiæ, l. obſeruare, §. 1. ff. de off. proconſ. legat. & ibi glo. & militari manu dicimus, quando executoribus negocia agimus, l. qui reſtituere, ff. de rei vend. & glo. ibi, ſed nos loquimur de militia, de qua Valerius Max. dixit in lib. 12. de milit. diſcipl. militaris diſciplina acriter retenta Principatum Italiæ Romano populo peperit, & licet ſit inermus tamen dicitur, vt in cap. militem in fine, 13. q. 1. & milites caligati nuncupantur armati, §. hoc autem; quibus modis nati effic. ſui.
4 Triplex itaq; eſt militia Clericorum, cap. 1. de Cler. egrotante, & dicitur celeſtis militia, cap. degradatio de pœnis lib. 6. Alia equeſtris, alia legalis, glo. in l. pen. ff. de teſt. milit.
5 De equeſtri militia hic tractatur, & requiſita in vero milite erant iſta, ſecundum Syluest. in glo. rub. inſt. de teſt. milit. primò, quia cingitur enſe, per l. pen. ff. de teſt. milit. ſecundò, in matricula militum ſcribebatur, l. ex eo tempore, ff. de teſt. milit. tertiò, iuramento firmabat non ſolum mortis periculum non euitare, vt de ſua Repub. bene mereret, verùm & in acie fortior dimicare, & à ſuorum ſignorum latere nunquam diſcedere, l. 2. §. miles. ff. his, qui not. infamia, & in d. l. pen. ff. de teſt. milit. quartò, ſtigma hoc eſt publica nota ſuis in brachis deſcripta deferret, l. 3. C. de fabricen. lib. 11. quintò, in examine peritus in arte

Digitized by Google

militari ſit repertus, l. 1. C. qui milit. non poſſ. lib. 12. ſextò, ne eſſet negociator, l. 1. C. ne-
gotiatores ne militent lib. 12. qui aufugiſſet graui multabatur pœna, l. deſertorem cum ſim
ff. de re milit. ſeptimò, eſſent ſani membris, poterat autem quis vno tantum teſticulo mili-
tare, ſicuti Silla, & Cotta militarunt, l. qui cum vno, ff. de re milit.

Non omnibus erat cõceſſum in ea matricula militari aſcribi, vt legitur, in tit. C. lib. 12.
C. qui militare poſſ. 6 qui militare poſſunt (veluti vilem artem exercentes à militia arcebantur, ita & negocian-
tibus, ſic non ſul natalis origo tantum verum, & arteficium notabantur, l. 1. C. de præfectis
dignit. & ſic libertus militabat, l. ſi duobus, ff. de teſt. milit. & latius de his legitur, in tit. C.
C. Negociatores ne militent. lib. 12. negociatores ne militent milites, itaq; venationi, aut piſcationi non vacant, l. offi-
7 cium, ff. de re milit. nec alicui priuato operi, negociator propriè eſt, qui vẽditionis, & em-
ptionis cõtractus exercet lucri cauſa, vt in diſt. 88. cap. eiciens, & idem de his qui mercibus
mercantur, cap. forus, de verb. ſignif. & vide, quæ notantur in l. legatis, ff. de leg. tertiò, &
8 ibi Bart. Militum delicta ſunt transfuga, vt qui ſuum deſerit vexillum ad hoſtes fugit, vt
ſub eò contra Dominum militet, vt in l. poſtliminium, §. transfugæ, ff. de capt. & poſtlimin.
reuerſ. l. item ei, ex quibus cauſis maior, l. ſi quis, ff. de pœnis, l. eiuſd. §. fin. ad l. Cornel. de
ſicar. & tales impune deciduntur, ſecundum l. 3. ff. de ſicar. Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſt.
& iur. in 3. q. princ.

C. Deſert. militæ. 9 Emanſor, qui diu vacatus ad caſtra reuertitur, l. deſertorem õium, ff. de re milit. §. 1. &
de pœnitent, diſt. 1. cap. antefacta.

10 Deſertor, qui per prolixum tempus euagatus reducitur, vt in l. 1. C. de deſertore, lib. 12.
11 & l. deſertorem, ff. de re milit. Erro, qui nunquam redit, l. quis ſit fugitiuus, §. erronem, ff.
de ædelit. ædict. vbi his verbis dicitur erronem ſic diffinimus, qui nõ quidem fugit, ſed fre-
quenter, ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius domũ redit.

12 Duo erant ſpecies militum veteranorum, & tironum, veterani milites nuncupantur, qui
C. de veteranis. diu in militia verſati ſunt quorum meritis militiæ vacare poterant, vt in rub. C de vet. mi-
lit. ſic veteranus ſenex appellatur, l. ſicut, C. de erog. milit. ann. lib. 12. ſumitur etiam non
ſolum pro legionario, ſed pro omni, qui honeſtè militauerit, l. veterani, ff. de excuſat. tut,
13 Tironi verò, qui adhuc inter fortes aſcripti non ſunt, l. ex eo, ff. de teſt. milit. & habetur
C. de tironib. in tit. C. de tironibus, ſic qui à principio operam dabant militiæ, erant tamquam diſcipuli
veteranorum, ſed cum aliquid egiſſent ſtrenuè, tunc in matricula deſcribebantur, & mili-
tum priuilegijs gaudebant, ac cum diu in militia fortiter dimicauerint, eo ipſo inter vete-
ranos connumerabantur, inde hoc nomen non ſolum militibus cõuenire legitur, ſed etiam
aduocatis, qui cum nouiter poſtulent tirones appellantur, l. prouidendum, C. de poſtulan.

De militibus plura ſunt in iure diſpoſita, veluti de veſtimentis, cibarijs, & ſimilibus.
C. de militari veſte. 14 Militaris veſtis dicebatur Clauis, fortaſſe ſic dicta, quia fibulis claudebatur, hoc erat Rei-
pub. Rom. onus ſuos milites in expeditione de gẽtes bis in anno militari veſte, veſtire, Ca-
lendis Aprilis, pro æſtiuo tempore, Nouembris pro hiemali diſtributio indumentorũ fie-
bat. Alij autem Thraciæ ſorthiæue, aut egipt. commeantibus quolibet anno veſtis vnica,
ſeu aureus vnus tradebatur, vt in tit. C. de militari veſte.

Hoſpitia pariter militibus parabantur, & Præfecti incolorum, ac militum indemnitate
prouidebant, vt vnicuiq; eorum, circa caſtra commorari liceret, & neceſſaria prouidere
15 Cinibus autem ſpecialiter erat conceſſum, ideò datus erat certus modus recipiendi, alios
ad Caſtra, vt in tit. C. de meatis. Meati erant milites qui vallo in terris ſuorum caſtrorum
16 ſe tuebantur, & hoc caſtrametare apppellabatur, terminabatur omnibus finis ſui caſtri, vt
17 aditus eſſet præcluſus. Alij erant Præfecti milites militibus hoſpitia, qui Epidimiteti di-
C. Meatis, & epidim. cebantur, ab Epiſcopi, quod eſt ſuper metis, hoc eſt meatis, ac ſi diceretur de his, qui ſu-
pra milites demetiuntur, & diuerſis diuerſa aſſignabantur officia, vt habetur in tit. C. de
18 meatis, & epidim. & præd. declarantur in rub. dicti tit. vt caſtrametare hoſpitia recipere,
& ſimilia, nam caſtra hoſpitia ſignificant, l. omnes, in prin. C. de metatis, & etiam locum.
vbi exercitus collocatur, inde legitur, in 1. Reg. 13. Saul in caſtris pugnaturus, & filij Iſrael
caſtrametati ſunt, vide etiam cap. plerumq; § plerumque, 2. q. 7. & glo. in l. qui mittuntur,
§. fin. in

Digitized by Google

§.fin.in verbo in caſtra, ff.ex quibus cauſis maior: ita & Epidemati erant quidam officiales militũ, glo.in l.1.C.de metatis lib.12.& l.2.glo.1.vlterius, & de victu erat militibus prouiſum, ne fortuito viuerent, ideò tales erant ordinati Præfecti, qui cibaria, & frumentum prouiderent, & inter milites pariter tempore debito diſtribuerent, vt in tit. C. de erogat. C. erogat. milit. annonæ.
19 milit.annonæ, inde erogare eſt reponere, l.pen. ff.de leg.tertiò, l. ſi quis cum falſo, ff.ad l.
20 Corn. de falſis, aliquando pro expendere, & diſtribuere, l.Ciuitatibus, ff.de leg.primò, vt in præſenti ſumitur, tit.pro annona ſumuntur omnia victualia, vt in l.annona, de extraord. crimin.ſub qua etiam continetur vinum, l.iubemus, C.eod.tit.ſumitur etiam pro ſalario, vt in auth.vt iud.fine.quo ſuffrag.§.ſicut igitur annonæ militares, vt in terris noſtris dicuntur viſtualia, quæ ſingulis diebus militibus errogabantur, vt in l.fin. C.eod. Aliquando pro eo quodcuiq; pro remuneratione dabatur, vt in tit.C.de ann.& trib. lib.10.ſecũdum Azo.ibi,
21 ideò quod pro capite, id eſt ſuperiori dabatur capitatio appellabatur, quod & tributũ ma-
22 giſtratibus debitum ſolui ſolitum in auro, vel argento, & in hoc differt ab annona, quæ in fructibus cõſiſtebat, ex glo. in rub.C.de annon.lib.10.interdum pro pane, l.1.C.de fru.vrbi, Conſtant.eſt, & alia annonæ ſpecies, veluti quæ iudicantibus ciuitatibus, vel omnibus in tempore neceſſitatis per ſingulos dies errogabatur, & vtilis erat, l.2.C.de annon.& trib. ciuiles ſunt annui redditus, quos fiſcus percipiebat annuatim, vt pro pub. ſeruarentur, glo. in l.hac edictali, §. his, C.de ſecund.nupt. C. de annon. & tribut.

Cum ad victũ Panis coctio neceſſaria videretur, nec ſufficeret annonę prouiſio, ideò & de excoctione panis ad militum vſum prouidetur, in tit.C.de excoctione milit. annonæ, nam ſub grauibus pœnis militum Procurator, ſi hoc neglexiſſet multabatur, vid. l.2.C.eod.tit. millites pariter circa caſtri limites commorari tenebantur, niſi commeatus cauſa diſcede- C. de excoctione milit. annonæ.
23 re contigiſſet, commeatus .n. ſunt alimenta, quæ militibus in expeditione prouidetur, qua de re, vt neceſſitati conſulerent certis militibus hoc erat commiſſum, ne omnibus ea occaſione ſumpta à caſtris diſcedere liceret, vt in tit.C.commeatus, eſt autem cõmeatus quaſi libet diſceſſus, vel tranſitus, & ſumitur etiam pro quacunq; re ad victum publicum neceſſaria, vt ibi in tit.C.commeatus, ſi quis autem militum contra huiuſmodi ſanctionem, ex caſtris diſceſſiſſet, tanquam deſertor, & occultator militiæ plectebatur, vt in tit.C.deſertoribus, & occultatoribus militiæ. C. cõmeatus. C. Deſert. & occultat. milit.

Idcircò cautum erat, vt è caſtris in expeditione nunquam milites proficiſcerentur, vlterius vt tutiores in expeditione redderentur Caſtris itineribus, ac fluminibus cuſtodiæ parabantur, vt hoſtes arcerentur, & exercitui neceſſaria conſeruarentur, vt in tit. C. delictorum, & itinerum cuſtodia, conſuluerunt etiam ne milites cibaria, extra caſtra aſportarent, quod non ſolum ipſis priuatis militibus victum, ſed & comitibus Tribunis, & præpoſitis C. delictorũ, & itinerũ cuſtodia.
24 fuerat denegatũ, nec ligna, aut oleum ſalgama, & ſimilia extraherentur, erat .n. ſalgama fulcitra ex pilis caprinis contexta pro ſtragulo accommodata, vt in tit. C. de ſalgam Ho- C. ſalgma no ſpit. non pręſtand.
25 ſpit.non præſtan. Lictus propriè eſt Maris, & extẽditur quouſq; prouenit maximus à naui
26 vnda, ſeu fluctus, l.lictus, ff.de verb.ſignif.ripa eſt fluminum, iter hic ſumitur pro quocunq; ſolo, per quod graditur, & ſic pro omni actu, & via, de quibus in lib.tertiò, vide Inſt.de ſeruit.in prin.Cuſtodia pro obſeruantia ſumitur, vt in 12, q.4.cap.1.ibi Archid. vel eſt tam-
27 quam coerctio facta cum diligentia, l.1.§.vnuſquiſq; ff.de fugitiuis. Hoſpes ſumitur, tàm qui recipit, quàm qui recipitur, l.1.§.magiſtrũ nauis, ff.de exercit.glo.in verbo, vel vectoribus, ſic nemini licet præſtare, hoc eſt dare, l.qui inſulã, §.fin.ff.locat.vel tradere, l.ex empto, ff.act.empti; aliquando pro commodare, ſic de omni actu videtur intelligi, ne in neceſſarijs miles deficiat.

At cum arma militibus expediãt, & illis præcipuè ſit datus vſus armorum, ideò lege cauebatur non ſolum, extra exercitũ arma extrahere, ſed nec publicè illa fabricare, ſine Principis auctoritate, ita & priuata erant prohibita exceptis cultellis paruis ad vſum quotidianum aptis, & fabricare, ac vendere priuatis perſonis, vt in tit. Autl. de armis, & in l.1.C. de vſu armorum. C. de armis, & vſu armorum.
28 Arma ſunt non ſolum ſcuta, gladij, galea, & ſimilia defenſiua, ſed etiam fuſtes, lapides,

& que-

Digitized by Google

& quelibet res fabricata ad offendendum, l. armorum, ff. de verb. ſignif. Inſt. de pub. iud. §.
lex cornelia, & glo. in l. pacti in agro, de ſtatu monachi in verbo (arma.) Quapropter, vt
prædicta debito ordine ſuum ſortirentur effectum.

29 Plura militaria officia erant ordinata, inde quidam dicebantur Primipilij, vel Primipi-
larij hoc eſt primi adminiſtratores pili, ſcilicet teli, vel haſtæ, quibus milites vtebantur, l.
C. Primipila.
ſolita, l. ordinatiorum, C. de cohort. & in tit. C. de primipilarijs, & glo. in rub. eiuſd. tit. eo
nomine pariter Centurio decime legionis appellabatur, ſecundum Liuiũ in ſua Hiſt. lib. 7.
ab vrbe condita, vide etiam glo. in l. quiſquis, C. de Epiſcopis, & Clericis in verbo primi-
30 pilaribus. Alij dicebantur cohortales Principum, vt qui officio aſtricti erant curiæ Prin-
C. Cohortalibus Princip.
cipis aſſiſtere, vt in tit. C. de cohortalibus Principum. Erat cohors, habens decem alas mi-
litũ, & decem cohortes faciebant legionem, quæ ex ſeptem millibus, & centũ peditibus, ac
730. equitum conſtabat, prima vocabatur milliaria, continens peditos 1105. equites ſo-
ciatos 136. ſecunda, dicebatur quingentaria, continens peditos 555. & 66. equites. Exer-
citus .n. erat collectio totius militiæ, continens ſex legiones, ex glo. in verb. cohortis, de
his, qui notantur infamia.

31 Alij dicebãtur apparitores magiſtrorum militum, ſicuti qui militarunt in off. magiſtro-
C. Apparitor. mag. milit.
rum equitum, & peditum, vt in tit. C. de apparitoribus magiſtrorum militum, & iſtorũ no-
minum plura leguntur, in eod. lib. 12. veluti de apparitoribus Præfectorum Prætorij; qui
Cornicularij alio vocabãtur nomine, quorum erat officiũ ſonare cornu ad concitãdum mi-
C. appar. Præfecti Prætor.
lites ad bellum, vt in tit. eod. legitur, ita de de comite orientis, Præfecto annonæ, Præfecto
vrbis, & Proconſuli legali. Apparitores erant officiales, qui reos coram Iudice apparere
32 cogebant, alio nomine catholiniani dicebatur, ex Luca de Penn. in rub. C. de apparit. lib.
12. & ex apparitione, ſeu comparitione nuncupabantur apparitores, ſecundũ Iſid. de ethi-
mologia verb. nos hodie iſtos appellamus, veluti Præcones, Bidellos, ſeu nuncios, vel exe-
cutores, iux. varietatem officij, cui inſeruiſſent.

33 Officiales Præfecti Prætorij, alij ſtationarij, alij corniculaeij dicebantur, cornicularij erãt
milites gerentes cornua, vel autem in bello, & ad aures Principum vota proficiebant ſua,
vt in l. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. pro adiutoribus, ſeu officialibus Principis cuſtodis, ſe-
34 cundum Alciar. ſic eorum officium erat ſeruare cornua ad prælium, l. 1. C. eod. & ibi glo.
1. in ver. de apparitoribus, l. ſolita, C. de cohort. Princ. Ita & ſtationarij erant, qui limitibus
C. diuerſis off. appar.
ſtabant aliter dicebantur limenarchiæ, C. de cohort. l. 1. vide plura in tit. Cod. de diuer-
ſis off. apparit.

Ommiſſis alijs tit. de officijs militaribus, vt in lib. 11. & 12. ne curioſis potius, quam vti-
libus lectionibus grauetur iuuenum, ac legentium intellectus, cum prædicta quilibet ſuo
poſſit ediſcere ſtudio, veniemus ad alias vtiliores materias.

Cum militia, apud Romanos ſumma teneatur in obſeruantia, ideò in his iuuennes, vt
plurimum verſabantur exercitij, quibus agiliores, audaciores, & promptiores redduntur
ad pugnam, quapropter alij Athletis, alij iactui quidam venationibus, & ſimilibus inten-
debant pugnis, de quibus modò aliquid dicere non erit inconueniens, vt ſaltem præmiſſa
militaris obſeruantiæ quantum apud Antiquos, & Imperatoriam maieſtatem viguerint
cognoſcamus.

35 Athlectæ genus pugne erat ad inſtar iactus, vnde qui tribus vicibus continuatis vincebat,
vti priuilegiatus premium cõſequebatur, ex lib. 10. C. de Athletis, nam virtutis gratia ho-
C. de Athletis.
mines auctoritate Principis in certaminibus verſabantur, l. Athletas, C. de Athlet. l. gre-
cè, ff. de fideiuſſ. mand. & victori corona in premium concedebatur. Athleta eſt certator ad
luctam, vt in d. l. Athletas, & in tit. ff. de his, quæ notãtur infamia, inde veniunt omnes ho-
mei, ideſt luctatores, curſores Pugiles, ſaltatores, ſecundum Bud nulla itaq; adiuncta mer-
cede, ſed virtutum cauſa, circa prædicta ſe exercebant, l. Athletas.

Sumitur etiam pro pugnante in ludis, qui fieri ſolebant, l. vnica, lib. 10. C. de Athletis, &
in d. l. Athletas: aliquando pro pugnante cum beſtia dentata, l. 1. ff. de poſtul. vide cap. nec
tales, de conſecrat. diſt. 5.

36 Interdum haſtarum iactu ſe exercebant, nam qui fortior erat, eo longius haſtas projicle-
bat, & victor in haſtiludis appellabatur in ludo gladiatorum Diſcum in altum iaculabat,
vt eo actu fortiores experirentur.

37 Erant, & alia ſpectacula ordinata, vt agiliores ad bellum ſe exponerent, inde gladiato-
res, & hoc fiebat dum homines ſimul certabant ſtrictis gladijs, vel contra beſtias agebant,
cum beſtijs autem veluti leonibus famelicis, & ſeptem diebus ieiunis ſerui pœnè pugnabat,
qui ſi victores pœnam euadebant, vt in tit. C. de gladiatoribus, & C. de venatu ferarum,
vbi talia ſpectacula cruenta in otio ciuili prohibentur, vt ibi in l. 1. C. de Gladiat. ſed ludi C. venatu ferarum.
permittebantur ad letitiam populi, l. 1. & 2. C. de ſpe. lib. 11.

38 Spectacula dicta ſunt ab aſpectu, eo quod populus currebat, vt ſpectaret, quæ rapreſen-
tabantur, l. 1. §. ſpecus, ff. de riuis, veluti ludos, & iocos, vt in tit. C. lib. 11. de ſpectaculis. C. ſpectaculis.

39 Alter ludus dicebatur maiuma, qui cum de Menſe Maij celebraretur illud ſortitum eſt
nomen, lectitiæ cauſa tranſacto hieme adueniente florido vere iuuenes floribus, & arbori-
bus frondoſis ſe ornabant, vt in tit. C. de Maiuma, quem nunc dicimus (Regina) & ſecun-
dum alios græca eſt dictio ingreſſum æſtatis ſignificans, vt ibi glo. & licet videatur hoc ex- C. Maiuma.
tra militiam, tamen inter ludos letitiæ poſt cruentos appoſuimus.

Hæc digito tantum (vt fertur) de militia tetigimus, tironibus accommodata, veteranis vero ſuo marte cœtera legere conceditur.

SVMMARIVM.

1 Officium quot modis ſumatur.
2 Artificium quid.
3 Officiorum diuiſio.
4 Diſcuſſores qui.
5 Cancuſſores qui.
6 Exactores.
7 Ius exactoris.
8 Tabularij.
9 Tabellionis.
10 Hirnaclij.
11 Apparitores, & 13.
12 Cornicularij.
14 Palatini.
15 Caſtrenſiani, & Miniſteriani.
16 Decani.
17 Magiſtri militum.
18 Aduocati diuerſorum Iudiciorum.
19 Procuratores, & 24.
20 Actores.
21 Negotiorum geſtor.
22 Oeconomus.
23 Apocriſarius.

DILVCIDATIO XIV. DE OFFICIIS DIVERSORVM.

AD tutelam perſonarum, & bonorum noſtrorum non ſolum armis, ſed etiam legibus progredimur, vt in proœ. Inſt. præterea, quæ de militia in iure tractentur, ſatis ſupra demonſtrauimus, modò quibus modis legibus nos tueamur dicendũ erit, ideò officia plura data ſunt, cum vnus plurium partes, nec benè, nec apte explere valeat.

1 Sumitur officium diuerſimodè in iure, aliquando ſine dignitate, & iu-
riſdictione interdũ cũ dignitate, & iuriſd. vt in l. 1. C. de dignit. lib. 12. aliquãdo à dignitate,
veluti Aduocati, Procuratores, & ſimiles etiã inferiores, Bart. l. Sertorius, §. ſeruis lectica-
rijs, ff. de leg. tertiò, inde dicimus officium, cuiuslibet artificij, nam arteficium eſt ipſe actus
2 exercendi officium, arteficis ſic eſt regula, qua artifex artem exercet, ita & ſumitur pro eo,
quod homo homini debet in genere, Bart. l. 1. §. mandatum, ff. mandati, de differentia offi-
cij ab arteficio habet, apud Bart. in l. legatis, §. ſi ex officio, ff. de leg. 3.

3 Diuiduntur officia, nam quædam ſunt publica, quædam priuata, Bart. l. placet, C. de ſacr. ſanct. Eccl. Bal. in l. incert. C. de interd. aliud habet annexam dignitatem, & nobilitatem, Bart. l. 1. C. de dignit. lib. 12. quædam alia dicuntur vtilia, ſecundum Bart. in l. humilibus, C. de ſuſcept. lib. 12. veniunt officia, vel à lege, aut legis miniſterio, aut ab homine priuato, Bal. l. falſus, C. de furt.

4 Exor-

C. de diſcuſſoribus.

4 Exordiemur ab illis in quibus nulla viget dignitas, legitur in tit. C. de diſcuſſoribus, erat etenim diſcuſſor, qui nomina debitorũ redigebat in ſcriptis, l. 2. C. eod. & pretia rerum ſtatuebat, dum venderentur, l. nullus, C. eod. alij diſcuſſores hominum facultates diſcutiebãt, vt illis collecta imponeretur, l. proſequatores, C. de Cenſibus, alij curabant, vt agri deſerti redderentur fertiles, & de Colonis diligẽs habebatur diſcuſſio, vt eo accuratius colerentur fundi, glo. in rub. C. de diſcuſſ. latius declaratur, qui ſint diſcuſſores.

C. diſcuſſoribus, & cõcuſſorib.

5 Erant, & concuſſores, qui ſub publici officij protextu terrebant viros, vt ex ead. rub. glo. C. de diſcuſſoribus, & concuſſoribus, ſic operis diſcuſſor, l. Sancinnis, C. de diuer. iud. & iudex dicitur diſcuſſor, qui cauſas diſcutere debet, l. properandum, §. ſin autem, C. de Iud. ſic diſcutere eſt ſeparare, l. 2. ff. de don. inter virum, & vxorem.

C. de exactoribus.

6 Exactores diuerſa tributa debita populo Romano exigebant, & ſecundum numerũ exactionum nomina ſortiebantur, vt ducenatij, centenarij, ſexagenarij, & ſimiles, qui vel ducentos, aut centum, aut ſexaginta denarios exigebant, l. pen. C. d'apoch. pub. l. prohibitum, C. de iure fiſci, & in rub. & tit. C. de exactoribus.

Alij verò alio nomine, quam tributorum exigebant, qui induplum tenebantur, vt qui grauabant populos in exactione petendo, vltra id quod debetur, & dicebantur ſuper exactores, quia ſuper debitum petebant, & puniebantur capitaliter facta reſtitutione eorum,

C. ſuper exactoribus.

7 quæ ſuper fuerunt, l. fin. C. de mœtus cau. & habetur in tit. C. de ſuper exactoribus.

C. tabularijs.

8 Tabularij ſunt, qui ſcribunt nominatos ad honores, & munera, & tributa ſoluta, quod nomen ab officio venit, vt in glo. rub. C. de tabularijs, & ſic cum plura eſſent officia, ſic plura erant appoſita nomina, præterea alij dicebantur librarij, qui ſingulis ciuitatibus præerant in conficiendis publicis inſtrumentis, l. ſi librarius, ff. de reg. iur.

Auth. tabellionibus.

9 Tabelliones, vel tabularij ſunt perſonæ publicæ, cuius officium erat inſtrumenta in publicam formam redigere, & ſacramẽto aſtricti illa conſeruare; ſolus Princeps illos creabat, vt in Auth. de Tabellionibus. Alio nomine ſcribæ nuncupantur, qui ad negocia, & acta Principum conſeruanda fuerant deputati, inſuper & ſcriptores à ſcribendo, Notarij à notando libellos, memoriales, pragmaticales, epiſtolares, & excerptores appellabantur. Sographi, qui publicis rationibus deſcribendis deputati ſunt, quaſi ratio legum dicti, ex glo. in rub. Cod. de tabularijs; alij numerarij, l. duos, C. de ſuſcept. qui nomina Ciuium in matricula notabant, & chartopatri erant, vt in tit. C. de Collegijs, & chartopatris, alij cenſuales, qui cenſus ſcribebant, l. quicunq; C. de tabul. qui omnes vno nomine generali tabularij, ſeu tabelliones dicuntur his temporibus talia nomina indeſuetudinem abierunt, & notiora retinetur; olim nullus erat Ciuis Romanus, qui plures ſeruos notarios in ſuo ſeruitio non retineret, poſtmodum verò in deſuetudinem abierunt.

C. Hirnaclijs

10 Erant, & Hyrnachij, qui in ſedandis diſcordijs præerant, & dicti quaſi ab arcenda ira, vt in tit. C. de Hyrnachijs.

C. Apparito. Præfecti Prætorij.

11 Appatitorum officium erat triplex, ſecundum Azo. hic in ſumma, & ex eorum ſignificatione ſumitur, pro eo quod apparent, vel præſto ſunt ad obſequium, ſicuti officiales publici, qui curãt, vt homines in iudicium vocati appareãt. Alio nomine catholicani, quaſi communiter ſeruientes, veluti bidelli, mandatarij, & ſimiles, ex glo. in c. veritatis de dolo, & contum.

C. Apparito. Præfecti vrbis.

12 quidam erãt apparitores præfectorum, prætorio alio nomine corniculatij, qui cornuã militum euntium ad bellum cõſeruabant, l. 3. C. de apparit. præfect. prætor. l. ſciant, C. de off. diuerſ. iud. & habetur in tit. C. de apparitoribus Præfecti Prætorij.

C. Apparito. mag. milit.

13 Quidam alij dicebantur apparitores Præfecti vrbis, qui multa adminiſtrabant officia in prouincia; & finito officio, non ſicuti cœteri principis apparitores purpura venerabantur, vt in tit. C. de apparit. Præfecti vrbis.

C. Apparito. Proconſ. leg.

Alij erant magiſtri militum, qui & numerarij appellabãtur, quorum officium erat præſto eſſe apud magiſtros equitum, & peditum, l. numerarios, C. de appar. mag. milit.

Quidam erant apparitores Proconſulis legati nu. 40. aſſiſtẽtes miniſterijs officij, vt in tit. C. de apparit. proconſ. legat.

C. Apparito. Comitis Orientis.

Alij erant ſubiecti miniſterio officij comitis, quorum numero non exceſſerat ſexcentos, vt in tit. C. de apparit. comitis orientis. Alij

Alij deputati erant ad exactionem annonæ, vt in tit. C. de apparit. Præfecti ann. ſumitur annona pro omnibus victualijs, l. annona, C. de extrar. iud. & etiam pro vino, l. iubemus, C. de erogar. milit. ann. Inſuper, & vltra prædictos erant, & alij Apparitores diuerſorum iudicum, qui ſi conueniebant ſub quodã magiſtro officiorũ, vbi redderentur iura in cœteris caſibus, vt in tit. C. de diuerſ. off. & apparitoribus iudicum.

C. Apparit. Præfecti annonæ. C. Diuerſ. of. & appari. iud.

Ne apparitores prædicti dum vagantur per prouinciã inferrent alicui præiudicium prouiſum fuit, vt iudex, ſub cuius officio apparitores exercerẽt de illorum delicto teneretur, vt in l. 1. C. de executoribus, & exactoribus.

C. Execut. & exactor.

14 Vicarij militũ in quibuſdam caſibus Principis vices gerebãt, & anno elapſo reuertebantur, glo. in l. 1. de palat. & ſacr. larg. & vtebantur liberali cingulo dignitatis, l. placuit, C. eod. dicebãtur palatini, quia in palatio Principis per excellẽtiam habitant. Palatini autẽ ſunt ſecundũ glo. l. fin. C. de reuind. venditi, ſed verior eſt ſententia, quod omnes in palatio principis militantes, & inſeruientes, palatini vocantur, l. 1. C. de off. com. ſacr. larg. & glo. in l. 1. C. de off. com. ſacr. larg. & glo. in l. 1. de off. comit. palat. ſed hic pro vicarijs palatinis. Alciat. hic pro palatinis. Intelligit pro habitantibus in palatio, aut in domo Auguſti, qui comitatenſes dicuntur. Comitatum autem locum appellabant, in quo vitam ducebant Imperatores, qui in prouincias mittebantur. Mittendarij erant à nuncio miſſo, in add. ad glo. in rub. C. de palatinis.

C. Palat. & ſacr. larg.

15 Quidam alij dicebantur Caſtrenſani, ſic dicti quaſi caſtris principum præeſſent in ordinandis, & mutandis, erant plures numero electi de cõmuni, alio nomine miniſteriani à miniſterio, vt in tit. C. de Caſtrenſianis.

C. Caſtrenſianis.

Decani alij erant à verbo græco Deca latinè decem, quia decem viris præerant, & cœ
16 teris alijs antiquioribus officio; propterea tenebant primum locum, qui elapſo biennio
ad officium primiceriatus aſſumebantur, & alijs ſubrogabantur in eorum locum, vt in tit.
C. de Decanis.

C. Decanis.

17 Magiſtri militum in arte militari, ita dicti, quia militibus neceſſaria prouidebant, tam pro victu, quam pro militia, & habebant in milites iuriſdictionem, tam ciuilem, quam criminalem, vt in C. de off. mag. milit.

C. De offic. mag. mil.

Prædicti dati ſunt ad tuendam perſonam, & bona armis; ſunt & alij, qui pacem legibus conſeruant, ſicuti Aduocati, & Procuratores.

Sunt autem Aduocati, qui cauſas dicunt coram præſide pro ſuis cliẽtulis, vt in certo foro ius defendant, l. 1. §. Aduocatus, ff. de var. extraord. iud. olim erant in triplici differentia,
diuerſorum iudiciorũ, diuerſorum iudicum, & fiſci. Aduocatus diuerſorum iudiciorum eſt
18 ille, qui coram omnibus iudicibus, & Prætorijs cauſas diuerſorum generum agit poſtulando, & tuendo ea, quæ in eo ſunt opportuna, vt in lib. C. de Aduocatis diuerſorum iudiciorum. Eſt autem iudicium legitimus actus duarum perſonarum, actoris, & rei, ſuper eadem quæſtione, ſub eodem iudice, glo. in cap. forus, de verb. ſignif. in verbo iudicium, & infra in lib. 4. iudiciorũ autem quoddam criminale, aliud ciuile, aliud mixtum, aliud ſpirituale ſpecul. in §. pen. tit. de cenſib. & §. 3. iuxta princip. l. 2. de ſepul. viol.

C. Aduoc diuerſorũ Iudicior.

Aduocatus autem diuerſorum iudicum eſt ille, qui coram certo Præſide cauſas dicit poſtulando, & differt à ſuperiori tit. vt ex glo. in rub. C de Aduocatis diuerſ. iud. in pluribus, illi ſunt, qui in officio exiſtunt iſti depoſuerunt, vt in l. 1. l. iubemus, §. ad hæc, C. eodem, necnon in primo tit. agitur de Aduocatis ſcriptis in matricula percipientibus ſalarium de ære publico, in iſto de alijs Aduocatis, vel melius in primo tit. loquitur de illis Aduocatis, qui neceſſe habebant poſtulare in certis iudicijs, vel in certis locis, vt Romæ, Siciliæ, & ſimilium; Hic de illis, qui neceſſe habebant poſtulare, coram certis iudicibus, in quacunq; eſſent prouincia, ciuitate, vel loco, vt in d. glo. rub. C. Multa erant neceſſaria eorũ officio. Inde nemini licebat aſſumi in numerum aduocationis, & in eorum Collegio adſcribi, niſi prius probatus fuerit in examine viri clariſſimi, rectoris prouinciæ, ex qua oriundus eſt; & iſte rector ſit præſens examini. Si verò abſuerit coram defenſore ſui oppidi geſta conficerentur, & debet probare non eſſe aſtrictum cohortali conditione; hoc eſt vili; Nam co-

ff. C. Aduocati diuerſor. Iudicũ.

hortales ſic erant homines vilis conditionis, & debet approbari à Doctoribus, qui iuramẽto illum eſſe peritum teſtentur, dum erit ſubrogandus. Qua de re numerus certus erat deputatus in qualibet Prouincia, vt in Orientis Prouincia erant numero centum, & quinquaginta filij Aduocatorum, & alij, qui ſubrogandi ſunt tempore debito. Poterant negocia perorare, coram Præfecto Auguſtali, vel Comite Orientis, vt legitur in l.nemini licere, C. de Aduocatis diuerſ. iud. Inſuper eorũ nomina in matricula Collegij, cum adiectione temporum, deſcriptionis, & approbationis annotabantur, l.petitionem, C.eadem. Iſti aduocati non poterant eſſe Collectores Collectorum, neq; volentes, neq; nolentes, l.ne quis ex corpore, C. eodem fruebantur immunitate perſonali, excepto in eorum officio, vt conſulendo, arbitrando, vel iudicando, l. ſancimus, C. eodem, propterea militibus æquiparantur, & militare dicuntur; nam pari præſidio præſto ſunt Reip. l. Aduocati, C. eod. & Aduocati Comitis rerum priuatarum, Principis, & Proconſulis depoſito officio Clariſſimi efficiuntur, l.1. C.de Aduocatis diuerſ. iud. nec poterat, quis eo fungi officio, niſi quinquennio ſtuduerit, l.petitiones, C.eod.

C. Aduocat. fiſci.

Alia ſpecies Aduocatorum erat fiſci. Fiſcus autem erat ſaccus regius, vbi bona præſcriptorum hominum delinquentium recondebantur, l.ſed ædes, §. fiſcus, ff. locati: ſic ſaccus, vel vaſculum, ex criminibus contextum, vbi bona prius recondebantur dicebatur fiſcus, & Theſaurarius regius cuſtodiebat, Azo. in ſumma de Priuileg. fiſcl. Sed propriè fiſcus erat ſacculus, vbi præmebatur oleum, ſecundum d.l.ſed ædes, §.fiſcus, & ſumptũ eſt nomen pro ſacculo, vel arca ad continendas pecunias damnatorum, l. in prouincijs, C. de numerarijs, & pro Camera, ſeu burſa regis, vt notatur in rub.de iure fiſci. Satius de iſtis infra. Dicuntur Aduocati, quia procurabant bona damnatorũ pro rege conſeruare, vt in tit. C.de Aduocatis fiſci: Hæc de tribus Aduocatorum ſpeciebus.

Cum aduocati, & factum, & ius, quod ex eo prouenit coram iudice proponere teneantur pro defenſione ſui Clientuli; Ideò ſi aliquando errauerint, corrigere poterunt, vſq; ad ſententiam; l.error, ff.de iure, & facti ignorantia, l.non confitetur, ff.de confeſſ.quod intelligitur de errore facti, & antequam dominus acceptauerit, l.1. C.eod.ſi in iure, & quia intentauerint actiones non competentes, vel exceptiones indebitas propoſuerint; Tunc aliquandò corrigere pariter poterit, vt in tit.C.de errore Aduocatorum, & talis ſententia lata errore aduocati reſcinditur, ad fauorem ſui Principalis, ſi tria concurrant, dolus aduerſarij corrumpentis Aduocatum; & Aduocatus ſcienter falſas allegationes porrexerit, & ſententia lata fuerit contra abſentem, vt notatur, glo.in l.1.C.de Aduocatis diuerſ.iud.

C. Vt quæ di cunt Aduoc.part. Iud. ſupple.

Quapropter ad euitandas fraudes iudex ſupplet negligentias Aduocatorum, circa ea, quæ ſunt iuris; facti autem tantum ea, quæ ſunt nota; vt ante ſententiam diſputando iura partium, opponendo, quærendo, inueſtigando veritatem, glo.in cap.bene, de poſtul.prælati, l.vnica, C.quæ deſunt Aduocatis partium iudex ſuppleat, & in glo.rub.diuerſitas ſupplementi notatur. Vt ſi Aduocatus allegat ius, ſed ſine lege iudex ſupplet, vel allegaret non bonam, tunc iudex corrigit inducendo bonam; Ideò ſupplere eſt addere ad perfectionem, glo.in d.l.vnica, & in glo.in verbo proferre, vbi plures numerantur caſus.

19 Dati ſunt etiam Procuratores in iudicio. Eſt autem Procurator generale nomen ad omnes perſonas gerentes aliena negocia. Inde non ſolũ Procurator appellatur, ſed Actorum Oeconomus; negociorum geſtor, Apocriſarius, interdum, & Curator, Sylu.ad glo.in §.fi. Inſtit. de curati.

C. Actores à tutor.vel procura. dati.

20 Actores dicuntur petentes in iudicio, l.tribus, ff.de iud.l.iudicium, ff. finium regund. & ſic qui defendit cauſas alienas agendo dicitur actor, l.item eorum, §.ſi decuriones, ff.quod cuiſcunq; vniuerſ.qui pro factore aliorum negociorum, aliquando ſumuntur, l.fin.ff.de off. Præfect. vel pro Procuratore, l.cum alieni, ff.de neg.geſt.& Sylu.cum glo.in d. §. fin.Inſt. de curati. Interdum pro procuratore conſtituto à tutore, vel curatore, qui alio nomine adiutor nuncupatur ad negotia, & lites, ſecundum d.§.fin.Inſt.de Curat.& ibi glo. & latius in tit. C. de actore.

Negociorũ geſtor eſt, qui ſine mandato aliena negocia gerit, Inſt.de oblig.ex quaſi con-

trh.§.

Digitized by Google

21 trh.§.1.& habet locum duplici de cauſa, vt in l.ait Prætor, ff.de neg.geſt.vel dum aguntur negocia viuentis, vel mortui, aut Dominus abſens in longinquis partibus de facile non eſt reuerſurus, vel ignoratur, vbi ſit, ne bona eorum diſtrahantur; ſic dicuntur gerere negocia deſerta, ex quo à Domino non fuit prouiſum, Prætor prouidet, l. 1. ff.de negot.geſt. ff. Nego.geſ.

22 Oeconomus eſt, cui à prælato committitur cura Eccleſiæ, l.iubemus, C.de ſacr.ſanct.eccl. & l.omnes, §.hunc, C.de Epiſcop.& Cler. vnde Oeconomus eſt de re eccleſiaſtica, mãdante Epiſcopo, vel alio gerente curam bonorum Eccleſiaſticorum, cum conſenſu Capituli, vel fratrum.

23 Apocryſarius eſt nuncius Papæ, quaſi Secretarius, cap.ſeptuaginta, diſt.16.à verbo Græco, quod eſt deceſſio, & reſponſio, qui in longinquas partes proficiſcũtur, Auth.quomodo Epiſcopi, §.ſi verò, coll. 1.

Procurator eſt, qui mandato alicuius plura negotia adminiſtrat, vel vnum tantum, l. 3.
24 §.negocia, ff.de neg.geſt.vel ſic ſeruandum, l. 1. ff. de procur.qui aliena negocia mandato Domini adminiſtrat, vt ibi,& ſic procurator datur ad negocia, & lites, l.item, ff.eod.Conſtituitur abſens, ſed requiritur certioratio, & conſentiat, l.dummodo, ff.eod.& factus cum fuerit Dominus litis, per conteſtationem non mutatur, niſi cum cauſæ cognitione, in l.poſt litem, & l.ſequens, ff.de procurat. & de his latius in tit. de Procurat. ff. Procurat.

Conſtituuntur Procuratores, non tantum à particularibus perſonis, de quibus generaliter intelligitur tit.de Procuratoribus, ſed etiam ab vniuerſitatibus, ſiue agant, ſiue excipiant, qui propriè actor, ſiue Syndicus nominatur, ex glo. in rub. ff.quod cuiuſq; vniuerſ. l. 1.§.quibus, & actor vniuerſitatis eſt actor ſingulorum, l. ſi municeps, ff.eod.& latius de his in tit. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis. ff. Quod cuiuſq; vniuerſit.

Erat, & alter Procurator, qui dicebatur Cæſaris, qui Cæſaris negotia gerebat cõtra delinquentes, alio nomine Procurator fiſcalis appellabatur. Erat Cæſaris, quia coram præſidibus comparebat, pro camera, ſeu burſa Principis, vt dictum eſt de Aduocato fiſcali, vt in tit. C. lib. 10.de off. procur. Cæſaris, & hoc magis eſt officium, quam magiſterium, vel miniſterium. C. lib. 10. de procur: Cæſaris.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio quid.*
2 *Quare ſic dicatur.*
3 *Iuriſdictionis diuiſio.*
4 *Imperium quid.*
5 *Imperij diuiſio.*
6 *Merum Imperium quid.*
7 *Mixtum quid.*
8 *Maius quid.*
9 *Magnum quid.*
10 *Minus quid.*
11 *Minimum quid.*
12 *Mixtum, & eius partes.*
13 *Paruum quid.*
14 *Simpliciter Ciuilis, & politica iuriſdictio, quæ ſit.*
15 *Iudex quid, & quare.*
16 *Iudicum diuiſio.*
17 *Præſes quid.*
18 *Rector prouinciæ quid.*
19 *Prætorum diuiſio.*
20 *Præfecti qui, & eorum diuiſio.*
21 *Conſules qui.*
22 *Proconſules qui.*
23 *Comites qui, & eorum diuiſio.*
24 *Quæſtores qui.*
25 *Magiſt. officium.*
26 *Officium Aſſeſſorum.*
27 *Defenſores qui.*
28 *Magiſtrat. municip.*
29 *Iudices pedanei.*
30 *Vicar. officium.*
31 *Locum tenentes qui.*
32 *Arbitri qui.*
33 *Arbitratus quid.*
34 *Iud. miles quis.*
35 *Cartularij qui.*
36 *Ciuilium Iud. officium.*
37 *Diuerſorum Iud. Officium.*
38 *De ſindicatu.*

DILVCIDATIO XV. DE IVRISD. OMNIVM IVDICVM.

1 SVPEREST, vt de iuriſdictione,& officijs in hac dilucidatione tractetur, vt de perſonis dilucidatio fere completa videatur. Eſt autem iuriſdictio generale nomen, propterea dicunt eſſe poteſtatem publicam inductam, ex neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, ex glo. & Bar. in l. 1. & 3. § fi.ff.de iuriſd.om.iud. Azo in ſum.eod. tit.& dicitur quaſi à iure, &
2 dictione; hoc eſt poteſtate, ſic quaſi poteſtas iuris, Inſt. in proœ.§.quorũ; ſecundum aliquos, quaſi à iuris dicent; vt de his in tit.ff.de iuriſd.omnium iudicum.

C. Iuriſdict. omn.iud.

3 Iuriſdictio generaliter ſumpta diuiditur in Imperium,& iuriſdictionem, l.Imperium, ff. eod.quæ ſub eod.nomine continentur, glo.in d.l.Imperium. Alia diuiſio eſt, in ſimplicem, maximam, maiorem, magnam, pauram, & minimam, vt in albore iuriſdictionis habetur. Iuriſdictio ſimplex eſt illa, quæ officio Iudicis mercennarij expéditur, & reſpicit priuatam vtilitatem, Bar. in d.l. Imperium. Maxima eſt in qua verſatur res magni præiudicij ſtatus, ingenuitatis,& ſimiliũ, l.placet, C.de peda, Iud. maior ex cauſa deſcẽdẽte, ex delicto, vt qui non habet in bonis, luat in corpore, l.quicunq; C. de ſeruo fugit. Magna, quæ exequitur, vltra trecentos aureos, & non poteſt delegari, niſi ex longa abſentia, glo. in d.l.Imperium. Parua, quæ eſt circa tercentum aureos, & non poteſt delegari. Minor eſt arbitrio Iudicis, eo quod à iure non eſt aliquid determinatum, l. 1. §. fin. ff. de iure delib. & ex d. l. Imperium.

Datur, & alia diuiſio, ordinaria, & delegata. Ordinaria, quæ à lege, conſuetudine, vel priuilegio, cap. duo ſunt, de off. ord.delegata, quæ ab ordinaria depẽdet; nam ordinarius in caſibus à iure expreſſis poteſt delegare, glo.in d.l.Imperium.

4 Imperium eſt iuriſdictio, quæ officio Iudicis nobilis exercetur, Bart. in l. 1. ff. de teſt.ſic duplex officium Iudicis nobilis, & mercennarij. Nobile, quod exercetur, ſine inſtãtia partis, & ſine mercede, ſed ex ſuo arbitrio, aliud, quod cum mercede, & dicitur mercennarij.

5 Imperium diuiditur in merum, & mixtum, maius, & minimum, ſecundum Bart.in d.tit. ſed Iaſ.ibi pro vno gradu ponit maius, & magnum, & pro alio paruum, & minus.

6 Merum Imperium eſt iuriſdictio, quæ officio Iudicis nobilis,vel per accuſationem exercetur, publicam vtilitatem reſpiciens; dicitur merũ, quia ſimplex eſt iuriſdictio, l.qui res, §. mihi, ff.de ſolut.& glo.in verb. Merum, & exercetur, vſq; ad mortem, Inſt. de pub. Iud. §. 1. fine commodo pecuniarum.

7 Maximum Imperium eſt iuriſdictio condendi leges, Bart.in d.l.Imperium,atq; congregare concilium generale, ſecundum Inno.in cap. ex tranſmiſſa, de elect. & publicare bona delinquentis, & ſimilium.

8 Maius eſt adimere vitã corporalem, & particularem habet poteſtatem in hòmines,glo. in d.l.Imperium,& glo.in §.per contrarium, Inſt.de hæred.qualitate, & different, glo.in l. Iudiciorum, ff.de accuſat.& glo.ſing.in l. 2.ff.de arb. fruct.Cæſ.

9 Magnum eſt iuriſdictio, qua poteſt imponi pœna deportationis, ſic amittere ciuitatẽ, glo.in d.l.Imperium. Paruum eſt relegare, glo.in l.nulli, C.de ſenten.inter.

10 Minus eſt modica coërctio, quæ competit omnibus magiſtratibus, l.Magiſtratibus,ff.de iuriſdictione omnium Iud.

11 Minimum eſt, per quod imponitur pœna pecuniaria, & mulcta, l.fi.C.de modo mult. l. 2. C. de ſpecta.

12 Mixtum Imperium eſt iuriſdictio officij Iudicis nobilis, priuatam reſpiciens vtilitatem, Bart.in d.l.Imperium, dicitur mixtum, quia componitur,ex Imperio, & iuriſdictione,glo. in d. l. Imperium, & dicitur quaſi media poteſtas, & infertur ex eo omnis pœna, excepta capitali, glo.in l.1.ff.eod.

Maximum mixtum eſt, quod ſoli Principi placet, & eſt actus voluntarius, l.1.C.his,qui veniam neci. Maius eſt agnoſcere, de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo, à quo non

quo non poteſt appellari, quod ſoli Principi conuenit, l.1.C.de off.præfect.Præt.Magnum eſt cognitio cauſarum, quæ importãt plenam cognitionem, & coerctionem realem,& perſonalẽ, vt mittere in poſſeſſionẽ, reſtituere in integrũ,l.ea, quæ.§ magiſtratus.ff.ad munic.

13 Paruum eſt cognitio de cauſis, quæ habent plenam cognitionem, licet non habeat plenam coerctionem realem, vt dare poſſeſſionem, interponere auctoritatem in alienationibus,quæ delegari non poſſunt, l.4.in princ.ff.de damn.infect.quæ omnia habẽtur,apud glo. & Barr. in arbore. iuriſdictionis.

14 Alij verò aliter iuriſdictionem diuidunt; ſicuti in naturalem, politicam, & ciuilem.Naturalis eſt, quæ ab ipſa natura originem duxit, veluti poteſtas ambulãdi, loquendi,& ſimilia,& de ea, quam pater habet in filios,& dominus in ſeruos,naturali æquitate inducta.Politica habet duo membra, ſuprema, & inferior poteſtas; Suprema, quam nulla ſuperat, vt creare leges, & magiſtratus; dicitur politica, quaſi ciuilis.

Inferior politica dependet à ſuprema, reſpicit bonam, & quietam vitam, & eſt, vt finis omnium poteſtatum, & iuriſdictionum, ex l.congruit, ff. de off. præſidis. Differt à ſuprema, quia iſta leges condit, inferior exequitur, & diuiditur iſta in realem, & legalem,realis reddit vnicuiq; ius ſuum, & alio nomine emendatiua dicitur, & eſt publica poteſtas, per quam quis operatur in iuſto, reali, ſeu emendatiuo, præpoſita actione, ne pars vna ſit in damno, alia in lucro, & ne quis iniuſtè patiatur damnum, vt ſunt inuenta de iure gentium, ante ius ciuile. Poſtea ciuilis iuriſdictio appellata, veluti obligationes, l.ex hoc iure,ff.de Inſt.& hæred.à iure ciuili probatur ſolemnitatibus, §.omnium, Inſt. de obligat.

Legalis iuriſdictio verſatur, circa miſtum legale, circa ea, quæ facienda, vel fugienda; Iudex dum exequitur mandata legis iuriſdictionem legalem exercet, & habet iſta quatuor ſpecies, primò, verſatur circa poteſtatem condendi leges, ſecundò, creationem magiſtratus, & iudices, tertiò, circa Imperium, quartò, dationem tutorum. nam tutores dantur ab eo, cui à lege conceſſum eſt, l. mutuo, §. tutoris, ff.de tut.

15 Iudex eſt ius dicens,& eſt iuſtitia animata, cap.ferus,de verb.ſignif.& plenius in V.ethicorum, ſicuti iuriſdictionum alia ordinaria, alia delegata, ita & iudicum. Iudices ordinarij ſunt illi, quibus à lege, vel imperiali poteſtate competit ius dicendi, 2.q.6.cap.à iudicibus, l.1.ff.de off.eius, glo.in l.nec quidquam, §.vbi decretum, ff.de off.Procõſ. Doct.in l.1. ff. de off. eius. Delegata, quæ non à iure immediate, ſed mediate, vel ab habente ordinariam iuriſdictionem, Spec.in 1.par.in tit.de legatis.

16 Iudicum datur alia diuiſio, quidam ſunt Auditores, alij Aſſeſſores, Arbitri, & Arbitratores,ex Spec.in d.tit.de legatis. Ita & alij maiores, alij minores. Inde maximi ſunt perilluſtres, Magni illuſtres, medij ſpectabiles, minimi clariſſimi, infimi, pedanei, quorum nomina diuerſa erant, de quibus infra dicitur.

17 Præſes erat nomen generale, comprehẽdens omnes, qui prouincias, & ciuitates regunt, l.1.ff.de off.præſid.& poterant eligi de numero Senatorum,& proconſulum; ſic ſub nomine præſidis veniunt proconſules, legati Cæſaris, & omnes regentes prouincias, licet Senatores ſint, vt in d.l.1.differt, quia Proconſul eligebatur de numero conſulum, Præſes verò non, glo.in d.l.1.& iſte in prouincia habet maius Imperium,poſt Principem, l.Præſes prouinciæ maius, ff. eod. cũ poſſit adoptare, emancipare filium, & manumittere ſeruũ, l.præſis*(la prima)*ff.eod.Et punit nõ ſolum omnes cõprouinciales,ſed extraneos ibi habitantes, l.præſes*(la ſeconda)* & latius in tit.ff.de off.præſidis, & C.de Rectore prouinciæ. Sunt autem in iuriſdictione, & officio pares, nomine tantum differunt, rectores à regendo.Præſes, ff. Off. præſidis. C. Rectores prouĩciæ

18 quia præſit omnibus, & cum generale ſit nomen, ideo comprehenduntur Proconſules, legati Cæſaris, rectores, Iudices, & moderatores prouinciæ, vt in d. l.1. ff.eod.nec non Gubernatores gubernantes prouinciam, & ſimiles.

19 Romæ reſidebat Prætor, qui à Senatu electus iura populo reddebat, l. 1. C.de off.Præt. eius inſtitutio fuerat, ante imperium, quo tempore prætor condebat iura, quæ dicebantur ædicta Prætorum, alio nomine ius honorarium, quia magiſtratus honores ei dederunt,l.1. C.eod.& Inſt.de iure naturali, §. Prætorum, ex eo, locus, vbi iura redduntur Prætoriũ fuit

 nuncu-

Digitized by Google

nuncupatum. Tres Prætores à Senatu eligebantur in vrbe ſingulis annis, l.tres tantummodo, C.eodem de off.prætoris, olim erant decem, & octo, ſecundum glo.ibi; eligebant qui proprium larem in vrbe habebant, non autem prouinciales, vt in d.l.tres, C.de off.Præſid. Appellabatur vrbanus, quia primus in vrbe iura reddebat. Alter peregrinus, quia peregrinis confluentibus ad vrbem ius miniſtrabat. Alter fidei commiſſarius, qui cauſas vltimarum voluntarum, & fidei commiſſæ cognoſcebat, l.neceſſarium, ff.de orig. iur. reſpondebat his verbis. Ius dabo, vt ibi, vide in tit.ff.& C.de officio Prætoris.

ff. C. Officio prætoris.

20 Aderat, & Præfectus, qui partitus erat in plura officia. Inde Præfectus vrbis; Præfectus prætorio; Præfectus vigilum; Præfectus Auguſtalis; Præfectus Annonæ, & ſic de ſimilibus. Præfectus dicebatur, quia negotio, ſeu iuriſdictioni commiſſæ præerat.

Præfectus vrbis maximam in vrbe, & extra, vſque ad centeſimum lapidem in ciuilibus, & criminalibus iuriſdictionem exercebat, vt in l.1.ff.& C.de off.præfecti vrbis, & per totum.

ff. C. Offi.præf. Vrbis.

Præfectus prætorio exemplo magiſtrorum militum fuerat inſtitutus. Dicatores in expeditione ſummum Imperium ſibi vindicabant, propterea, vt eo facilius negocia expedirentur, ſocios magiſtros militum nuncupatos eligebant; ad iſtius inſtar princeps, ſibi ſocium, ſeu collegam aſciuit, qui in dicendis cauſis aſſiſteret, qui præfectus prætorio dicebatur; & erat maximum officium diuiſum ad plura negotia, ſicuti præfectus vrbis, de quo ſupra. Alter præfectus Orientis, Africæ, & Prætorij illirici; qui apud Principem aſſiſtebant in regimine, vt in tit. ff.& C.de off. præfecti Prætorio. Caput omnium erat Præfectus vrbanus, qui Principis perſonam gerebat, & omnes de prouincia ei obediebant, l.præfectura, l.omnia, C.de off.præfecti vrbis.

Præfectus Orientis, & illirici in illis prouincijs perſonam principis gerebat, condebat leges, & à ſua ſententia non appellabatur, l.2.C.eod.ſumpſit initium à ſupraillustribus cõſulibus, vt in tit. C.de off.Præfecti Prætorio Orientis, & Illirici.

Præfectis Africæ erat commiſſa iuriſdictio in Africa ei, qui Cartagini reſidebat, quam milites armata militia, pro Romano Populo cuſtodiebant, poſtquam à Ghotis fuit liberata, l.1.& 2.C.eod.tit.& in diſceſſu, cum Præfectus Alexandriam acceſſiſſet, eius iuriſdictio expirabat, l.vnica, ff.eod.

ff. C. Offi.præf. Pretorio

ff. C. Offi præf. præt. Africæ.

Præfectus Auguſtalis Aegipti prouinciam regebat; Auguſtus ibi primò Præfectorũ poteſtatem conſtituit, ex quo populum tributis grauauit, & dicebatur ſpectabilis, l.1.C.eod.

ff. C. Offi præf. præt. Auguſtalis.

Præfectum vigilum Populus Romanus cenuit nulli magis conuenire pro defenſione ciuitatis, quam Cæſari. Ideò ſeptem erant ordinatæ cohortes, cuſtodiẽtes ſingulas vigilias noctis, ne incendio ciuitas damnum aliquod pateretur: qui cohortibus præerat, erat præfectus vigilum, l.3.ff.eod. Cognoſcebat de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & ſimilibus, niſi iniuria eſſet valde atrox, vel ageretur cum perſona famoſa; tunc Perfecto vrbis remittebatur.

Vnaquæque cohors tuetur binas regiones vrbis, præfectus ſingulis noctibus ciuitatem luſtrabat, calceatus calceis ferreis, & indutus armis, admonendo Inquilinos domorum, ne cum negligentia, & culpa incendium oriretur, & vnuſquiſque in cænaculo aquam ſeruaret, vt in l.3.& in toto tit.ff.& C.Præfecti vigilum.

ff. C. Offi. præf. Vigilũ.

Præfectus annonæ, curabat publicas functiones debitas ſoluendas eſſe, & de priuilegio ſe excuſantium cognoſcebat, qui ſi contumaces, & inobedientes forent, mulcta 30. libras auri eos condemnabat, l.1.C.de off.præfecti annonæ, dicebatur annona, quia alimẽta vnius anni, ſeu alimenta Præfectus curabat, vt ſupradictum eſt.

C. Offi.præf. Annonæ.

21 Erant, & conſules in vrbe inſtituti exactis Regibus duo, de quibus latius, apud feneſtellam, & Titum Liuium. In die creationis in ſignum lætitiæ, pecunia coram populo effundebatur, quæ miſſilia dicebantur. Sed in deſuetudinem abierunt. Erat apud eos ſummum ius, ſed in caput Ciuis Romani, ſine iuſſu Populi animaduertere non poterat. Præcedebant ipſis ſemper 12. lictores portantes fuſtes, & ſecures, vt legitur late in tit.ff.de off.Conſulum.

22 Loco Populi Romani in prouincijs Proconſules ordinaria iuriſdictione iudicabant, & cum loco Conſulum eſſent; ideò Proconſules dicebantur, ſed à Populo Romano creaban-

ff. Offi. proconſ.leg.

Digitized by Google

bantur, vt prouincijs præeſſent, conſeruando eas tributarias, & ſex faſcibus cum ſex lictoribus vtebantur, l. Proconſules, ff. eod. ex vrbe egreſsi iuriſdictionem habebant, l. 2. ff. eod. ingreſsi prouinciam Legatos creabant, l. obſeruare, de his omnibus, vide in tit. ff. de off. Procul. legat.

23 Inde creabantur etiam comites, qui alios comitabantur, l. item, apud §. Comitem. ff. de iniurijs, & eorum diuerſa erant officia; quidam erat Comes domorum Principis horreorum, & ſimilium. Comites conſiſtoriani, qui conſiſtorio Principis aſſiſtebant, vel qui caſtris ordinandis præerãt, l. 1. C. de Com. ibi §. conſiſtoriani lib. 12. erant, & Comites ſacri patrimonij Imperatoris, qui Palatini comites dicebãtur, & quod in Palatio Principis ſtantes, Iudicũ, & notariorũ negligentiã arguebant, & à prouincialib. tributa exigebãt, & nulla vtebãtur iuriſdictione cõtẽtioſa, de his vide in tit. C. de off. comitis Palatij, & ſacri patrim.

C. Offi. com. palatij.

Aderat Com ſacratum largitionum, qui vti procurator Reip. principis ſtipẽdia largiebatur, l. vnica, C. de off. comitũ ſac. larg. Præcipuè Palatinis hæc erat cura commiſſa, qui à Comite committebãtur in exequutione ſui officij, & legitur in tit. C. off. Comitis ſac. larg.

C. Offi. com. ſac. patr.

C. Offi. com. ſac. larg.

Comes rerum priuatarum erat procurator Cæſaris, ſiue priuatæ rationis illius, inter ſpectabiles, ſecundum aliquos, vel illuſtres, non alios connumerabatur. Ideò dicitur priuatarum, quia Cæſaris priuatas rationes gerebat; vt in tit. C. off. comit. rerum priuat.

C. Offi. com. rer. priu.

Comes Orientis Cæſaris pariter procurator erat earum rerum, quas Cæſar in Oriente poſſidebat, vt notatur in eod. tit. C. de off. Comit. Orientis.

C. Offi. com. Orient.

24 Item eſſet dicendum de Quæſtoribus, qui à quærendo dicuntur, & tribus modis præerãt, quidam tributorum pecuniam per prouincias quærebant, & exactam ſeruabant. Alij capitalibus cauſis præerant: quidam verò ſtabant, vt libros legerent, & candidatus principis appellabatur, l. 1. ff. de off. quæſt. Alio nomine quæſtores dicebantur ærarij, l. 2. §. exactis, *(la ſeconda)* ff. de orig. iur. vel patricidij, quaſi capitalibus cauſis præeſſent, vt in d. §. exactis, & ex l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. Inſt. in proœ. & ibi glo.

ff. C. Offi. Quæſtoris.

25 Magiſtri officiorum mediam gerebant adminiſtrationem, Authen. de rebus Eccleſiæ non alienan. §. fin. officium erat ſignificare merita militum, vt debitis ſtipendijs ſuis temporibus decorarentur, & caſtrorum ſeries ordinabant, vt in C. de off. magiſt. officiorum.

C. Offi. mag. officiorũ

26 Erant, & aſſoſſores, iudices collaterales, ſcilicet Prætoris; nam aſſeſſor eſt ille, qui rogatur ab eo, qui ius dicendi, vt in cognitione cauſarum aſſideat, & cum debito fine cauſam inſtructam decidat; ſic verſantur in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, & epiſtolis, l. 1. ff. de off. Aſſeſſorum.

C. de off. Aſſeſſ.

27 Defenſores ciuitattum erant alij iudices minores; cum .n. nec merum, nec mixtum haberent Imperium. Authent. de defenſ. ciuit. §. nulla, coll. 2. ſed tantum habebant modicam coerctionem, l. vnica, per tot. Auth. C. de defenſ. Ciuitat. vbi plura de eorum officio.

Authẽt. Defenſ. Ciuit.

28 Magiſtratus municipalis vtebatur auctoritate defenſorum ciuitatis, qui eligebantur tribus menſibus, ante Principis electionẽ; & quia in municipio iura dicebant, ideò municipales, vt in tit. C. de magiſtrat. municip.

C. Magiſtratibus municipalibus.

29 Pedanei erant inferiores iudices ſumpto nomine ab infima parte corporis, quæ ſunt pedes; ſic de minimis cauſis cognoſcebãt, l. 2. C. de Pedan. Iudic. ſi quid maius fuerit delatum ad maiores deferebãt, vt in tit. C. de Pedan. Iud.

C. Pedaneis Iudicib.

Vicarij ordinariam iuriſdictionem habebant, & erãt, qui vices alterius gerebãt; erant ſpectabiles, & eorum officium erat nobile; eis vtebantur magiſtri militum præfecti, & alij magiſtratus, vt in tit. C. de off. Vicarij.

C. off. Vic.

30 Alij locum tenentes poterant dici, cum locum prædictorum tenerent, & de iſtis habetur in tit. C. de off. eius, qui vicem alterius, & ff. off. eius, cui mãdata eſt iuriſdictio, qui proprio nomine ſuffecti appellantur, & tunc officio loco abſentium fungebantur, eorum auctoritas ſimilis iuriſdictioni rectoris prouinciæ fuerat, non poterant tamen punire, nec ad mortem, nec ad mutilitationem, l. 2. C. eod. tit. §. antequam, Autent. de collat. vt in dictis rubricis.

C. off. eius, q vicem alterius.

ff. offic. eius, cui mandata eſt iuriſd.

31 Arbitri erant illi, qui actu plurium perſonarum in cauſa pecuniaria concordantium in aliquem, tamquam in Iudicem, qui negocia commiſſa expediat, qui nec ordinariam, nec delega-

delegatam habet iuriſdictionem, l. 1. ff. de recept. Arbitr. & dicitur Arbiter compromiſſarius, ſecus in arbitro iuris, l. ſi arbitrio, ff. qui ſatiſd. cog. & ſumitur pro viro bono, & electo, l. ſi ſocietatem, ff. pro ſocio, ſic Arbiter dicitur Iudex per conſenſum litigantiũ, l. Pomponius, §. recepiſſe, ff. de recepti Arbitris.

32 Arbitrator eſt compromiſſarius, qui poteſt iudicare de iure, & de facto, vt ei placuerit, veluti amicabilis compoſitor, & non ſeruat iuris ordinem in iudicio, ſicuti Arbiter, Doct. in cap. quintauallis de iure iuran. & in tit. ff. de receptis arbitris.

ff. Recepti arbitris.

Poſt prædicta ſequitur, & Iudex militum, qui eorum cauſas cognoſcere deberet, & magiſtri militum dicebantur, cœteras cauſas priuatorum non cognoſcebat, in tit. C. de off. milit. Iud.

C. Offi. milit. Iud.

33 Quidam alij dicebantur Carthularij, qui habitu tantũ aliqualem adminiſtrationem habebant è priuilegio Imperatoris, & erant veluti notarij, qui eo nomine nuncupantur, vt l. 1. ff. de Iud. & l. fin. C. vbi, & apud quem.

34 Ex quibus colligi poteſt, quod duplicia erant officia Iudicum, particularia quædam, alia vniuerſalia: particularia ſe extendebant, vt ad ciuiles cauſas tantum, vel ad alias, vt in rub. C. de off. Ciuil. Iud. qui certis horis diei ſedebant, ad audiẽdas cauſas, vt in l. 1. C. eod.

C. Offi. ciuil. Iud.

35 Alij Aduocati honorarij, & Iudices dicebantur, eo quod aditus ſemper patebat adeundi ad Principem, & eius conſiſtorium, & erant veluti auditorium ciuilium Iudicum ſedendo cum ipſis Iudicibus.

36 Aliud erat virile, pluribus commiſſum, vt non traherẽt honeſtas matronas ad Iudicium in cauſis ciuilibus, ſed audiatur in domo ſua, vel in Eccleſia, aut per Procuratorem, l. 1. C. de off. diuerſ. Iud. in cauſa Criminali, dato fideiuſſore, vel ſaltem cautione iuratoria, ſed ſi

C. Offic. diuerſ. Iud.

37 magna fuerit cauſa in monaſterio detenta audiatur, vt in d. l. 1. & Autent. vt nulli Iud. §. neceſſarium. Datur etiam modus, circa homines graduatos, debitum honorem eis exhibendo, in ſedendo, ſalutando, & ſimilia, ſed tantummodo illos fratres nõ appellet, l. 2. C. eod.

Traditur etiam lex Iudicibus finito officio, qui tempore iuſtificationis actorum reſident

38 in eodem loco non autem in ſua domo priuatim, nec in aliena viri potentis, aut in Eccleſia, quibus poſſit ſe tueri, ſed in loco publico coram omnibus, quo in tempore liceat vnicuiq; cauſas iniuſtitiæ receptæ proponere; & quid fuerit ab eo male iudicatum condemnetur in quadruplum, l. 3. ff. de off. Aſſeſſ. & l. 1. C. vt omnes, tam Ciuiles, quam militares Iudices, poſt adminiſtrationem depoſitam per dies quinquaginta in ciuitatibus, vel certis locis permaneant; & de hoc etiam legitur in Autent. vt Iud. ſine quo ſuffr. §. ſi quis, §. neceſſitatem, latius in tractatu, qui dicitur de Sindicatu.

C. Vt omnes Iud. tam ciuil quã milit.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas quot modis ſumatur.*
2 *Quomodo cognoſcatur.*
3 *Culmen dignitatis.*
4 *Epiſcopus quare dicatur.*
5 *Imperator quare dicatur.*
6 *Senatus quid ſit.*
7 *Decuriones qui.*

DILVCIDATIO XVI. DE DIGNITATIBVS.

C. De dignit.

1 SVNT quidam alij ſuperiores, habentes iuriſdictionem, ſed ſupremã habent dignitatem. Ideò rubricatur in C. de dignitat. quæ eſt qualitas, ſeu præeminentia inhærens perſonæ, Bart. l. 1. C. de dig. lib. 12. licet diuerſimodè ſumatur, ſecundum glo. in cap. 1. de Conſt. lib. 6. vt pro poteſtate, conditione, vel prærogatiua ſeculari, cap. adminiſtratores, 23. q. 5. quãdoq; pro præeminẽtia in Eccleſia, cap. quæuis, de verb. ſignif. vt eſt per-

2 ſonatus in choro, cap. 1. de conſuet. & plura, Bart. in d. l. 1. C. de dignit. cognoſcitur dignitas adminiſtratione, & iuriſdictione, cap. volumus, diſt. 86. & cap. adminiſtratio, diſt. 100. & ex

& ex præeminentia inter Eccleſiaſticos plura venerunt officia, ſicut Archidiaconus, Archipresbyter, Præpoſitus, Decanus, & ſimilia, glo. in cap. 1. ne Cler. vel mon.

Aliquando ſumitur dignitas, pro habẽte iuriſdictionẽ Eccleſiaſticam, vt eſt Vicarius generalis Epiſcopi, ſecundum Fabr. in rub. de off. deleg. coll. 3. verb. Vic. Generalis.

Interdum pro ſimplici demõſtratione perſonæ; vt demonſtratus aliquis, tamquam magiſter in Theologia, vel Doctor. Bal. l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fac. poſſ. nu. tertiò.

3 Culmen dignitatis Eccleſiaſticæ eſt dignitas Epiſcopalis, glo. in cap. 2. de præben. lib. 6. Dicuntur Epiſcopi à dictionibus græcis epi, & ſcopus, quaſi ſuper intendens, vel ſpeculator, quia ſuper omnes, quoad ſalutem ſuper intendit, vt in cap. Cleros, diſt. 21. & c. omnes
4 16. q. 1. & ſancti Epiſcopi vocantur, vt in tit. Authent. de ſanctis Epiſcopis. Eſt iudex ordinarius ſuorum Clericorum, l. Epiſcopali, C de Epiſcopali audiẽtia, & multa poſſũt pro ſalute animarum ſibi commiſſarum, vt in tit. C. de Epiſcopali audient. & ſub hoc nomine Epiſcoporum, veniunt omnes ea dignitate inſigniti, veluti Patriarchæ, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi, cap. Cleros, diſt. 21. & latius in tit. Authent. de Patriarch. dignit. dicuntur Patriarchæ quaſi Principes patrum. Sunt multa priuilegia conceſſa Epiſcopis, quæ & Imperatores ordinarũt in honorem Epiſcopalis dignitatis, & de vita, & honeſtate Clericorum, quorum cura ad Epiſcopos pertinet multa leguntur in tit. C. de Epiſcopis, & Clericis. Clericus. n. ſors dicitur, quaſi ſorte in miniſterium domini aſſumpti, vt in d. c. Cleros, diſt. 21.

Auth. Sancti Episc.

C. Epiſcopali audiẽtia.

C. Epiſcopis, & Cler.

5 Quapropter poſt Papam prima dignitas eſt Imperialis inter ſeculares perſonas; ab Imperio Imperator, dictus primus eo nomine fuit Auguſtus, quod Cæſar pater eius adoptiuus aufugit, ne Populus Rom. concitaretur ad iram in memoriam Tarquini regis, ſed vt animos conciliaret, noluit Dominum timeri, ſed dictatorem tantum nuncupari. Atq; poſt Aug. cœteri Imperatores ſe appellarunt Cæſares Auguſtos, vt Inſt. in procem. & in princ. ff. & C. tanta eſt ei collata à populo poteſtas, quod ab eo dependẽt iura, honores, & dignitates. Hæc ſufficiant pro notitia tantum.

Poſt regum expulſionem, ante Imperialis dignitatis erectionem Senatores erãt patres,
6 & proceres Ciuitatis, viri conſulares, quibus cura Reip. fuerat commiſſa, l. 1. ff. de iure immuniti. Alio nomine dicebantur Patres conſcripti, eo quod nomina eorum erant deſcripta in quodam diademate, quod in capite deferebatur, glo. in §. filius, Inſt. quibus modis ius pat. pot. ſol. à prima vrbis origine erant centum, qui centum patres dicebantur, l. fin. C. de petit. hæred. & iudicium centuriale, Senatores appellabantur, quia in matura, & ſenio confecta ætate eligebantur, vt in tit. ff. de Senator.

ff. De Senatoribus.

Aderãt, & alij ad regimen ciuitatis ordinati, qui decuriones vocabantur, glo. in l. nulli, ff. quod cuiuſq; maior, eo nomine appellantur, quia cùm olim nonnullæ ſub ditione Romanorum deducerentur Coloniæ, ſic decima pars earum, quæ deducebantur in publicum
7 conſilium conſtituebantur, l. pupillus, §. decuriones, ff. de verb. ſignif. vnde qui ducebat decimam partem in bonis, vel præerat militibus decem, decurio appellabatur, vt in tit. C. de Decurionibus.

C. Decurionibus.

SVMMARIVM.

1 *Infamia quid ſit.*
2 *Quotuplex ſit infamia.*
3 *Pagani nomen quid.*
4 *Saraceni qui.*
5 *Iudæi, & Hebræi qui.*
6 *Calicola qui.*
7 *Hæretici qui.*
8 *Manichæi qui.*
9 *Apoſtata qui.*

DILVCIDATIO XVII. DE INFAMIBVS, INFIDELIBVS, ET IVDAEIS.

NE quid de perſonis in his noſtris dilucidationibus, quin dictum ſit dimittatur, de perſonis infamia notatis, & deinde vltimo loco de ſeparatis ab Eccleſiæ gremio dicetur.

1 Infamia eſt læſæ dignitatis, & ſtatus alicuius moribus, & legibus reprobatus, Bart. in l. 1. C. ex quibus cauſis infam. irrog. l. 1. ff eod. tit. l. ſed ſi hac lege, §. Prætor, ff. de in ius vocan. & triplex dicitur infamia, facti, iu-
2 ris ciuilis, & iuris canonici, Bart. in l. 1. ff. de infam. infamia facti prouenit ex communi hominum opinione, ſeu loquutione, de qua per Bart. l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. vt qui ob crimen diminuitur nomine boni, ex Bart. in d. l. 1. ff. de infam.

Iuris ciuilis infamia duplex eſt, vel incurritur per ſentẽtiam Iudicis ordinarij declarantis reum alicuius criminis, ex quo irrogetur infamia, l. quid ergo, §. ex compromiſſo, ff. de his, qui notant infam. & l. 1. ff. eod. vel ipſo facto abſq; alia ſentẽtia, quia ita in iure cautum ſit, vt auferre inſignia militibus, l. quod ait, §. ignominiæ, ff. de his, qui not. infam.

Iure Canonico incurritur in infamia, quando in caſibus expreſſis Canones, ita determinãt, cap. omnes, 6. q. 1. Inno. in c. qualiter, & l. 2. de accuſat. durat durante criminis nota, cap. infames, 6. q. 1. & ibi glo. & tales infames, tam facti, quam iuris multis priuantur honoribus; & publicis commoditatibus, vt legitur in tit. ff. his, qui not. infam.

Inter infideles exiſtunt Pagani, Saraceni, Iudæi pariter in iure conſiderantur. Pagani
3 nomen dupliciter ſumi poteſt, aliquando pro Chriſtiano libero, ideſt homine, non tamen milite, C. de inoff. teſt. & dicitur à pago, quaſi villa, inde paganus colens villam, glo. Inſt. de milit. teſt. §. illis. Alio modo pro eo, qui Fidem Chriſtianam non ſuſcepit, quaſi in pagis habitans, ſeparatim à fide noſtra, vt in tit. C. de paganis, & eorum ritibus, qui cum à fide ſeparati ſint, ideò prohibetur eorum commercium, & templa tolluntur, vt legitur de Cæſare Phoca, qui Beato Bonifacio Pantheon templum donauit, l. omnia, C. eod. & legitur in tit. C. de paganis, & ſaracenis.

C. Paganis & Saracen.

4 Sunt autem Saraceni populi Orientales, degentes in Africa, & India, profecti in Hiſpaniam ad illam populandum, & videntur ſic appellati, eo quia deſcenderint à Sara Abrahæ vxore, non ab Agar ancilla, & cum Sara vnicum filium Iſaac genuerit, cuius generatio alio nomine vocatur, non crediderim ab eo ſaraceni nomen deſcendere, de his legitur in d. tit. C. de paganis, & ſaracenis, & eorum ritus deteſtantur in Eccleſia Catholica.

5 Eſt alia natio eorum, qui verum Deum, & hominem crucifixerunt, Iudæi appellati, à Iudæ tribù in prouincia Paleſtinæ, & Iudææ, & ciuitate metropoli Hieroſolyma olim militantium. Alio nomine Hæbræi dicebantur, ab Heber, qui verum Dei cultum, ante Saluatoris aduentum tenuit, vt alij idolatriam non committerent. Et cùm obſtinati, Dei Saluatoris noſtri aduentum negent, ideò in incerta ſede, ſine Principe, ſine Religione, ſine Sacerdote, ſub dictione Chriſtianorum degunt. priuati ſunt inter Chriſtianos omni publico commercio, & ſeparati viuunt ab eis, l. fin. C. de Iud. & Cœlicolis, & ibi plura.

C. Iudæis, & Cœlicol.

6 Cœlicolæ ſunt populi idolatræ adorantes aſtra, cœlum ſcilicet, & ſtellas, qui alio nomine Planatiſtæ dicuntur, & ſunt de ſpecie Hæreticorum, & falſi ſunt Chriſtiani, & niſi reſipiſcant, vt hæretici puniuntur, vt ibi in d. tit.

7 Sunt alij hæretici, & Manichæi, & hæretici appellantur, qui ea, quæ ſunt fidei pertinaciter negant, & illi errori ita adhærẽt, quod nec parati ſunt corrigi, vt in lib. C. de hæreticis, & venit à Græco nomine, eligo latinè, quia electa via in electione permanẽt, & pertinaces, & cap. quidam 24. q. 3.

C. Hæret. & Manich.

8 Manichæi dicti ſunt à quodam Perſa manes nuncupato, qui contra Fidem Catholicam nonnulla tenebat, & hæretici ſunt, vt in d. tit. C.

9 Apoſtatæ, qui receſſerunt à ſtatu fidei, obediẽtiæ, vel religionis profeſſæ, Bar. in rub. C. de Apoſt. Sunt aũt ita dicti, quaſi retro abeuntes, cap. non obſeruetis, 16. q. 7. vide in d. lib. C. de Apoſtat.

C. Apoſtatis.

Finis Secundi Libri.

LIBER

LIBER TERTIVS DILVCIDATIONVM IVRIS CIVILIS.

DE REBVS.

SVMMARIVM.

1 Res nomen generale 4.
2 Rei nomen continentur Corporalia, & Incorporalia 2.
3 Rei nomine plura contineri.
4 Bonum quid ſit.
5 Natura bonum quale.
6 Ciuile bonum quale.
7 Bonorum appellatione quid veniat.
8 Bonum quomodo interpretetur à iure.
9 Diuiſio bonorum.
10 Mobilia bona quæ, & 12.
11 Immobilia quæ.
13 Peculium, & bona quæ.
14 Peculium quid.
15 Peculium quare ſit dictum.
16 Peculium quot modis ſumatur.
17 Peculij ſpecies Caſtrenſe quale.
18 Quaſi Caſtrenſe quale.
19 Paganicum quid, & Aduectilium.
20 Profectilium.
21 Quibus cognoſcantur Peculij ſpecies.
22 Patrimonium quid.
23 Matrimonialia bona quæ.
24 Bona libertorum quæ.
25 Dubie res quæ.
26 Corporales res quæ.
27 Proprietas quid ſit.
28 Proprium quid ſit.
29 Quot modis dicatur proprium.
30 Proprietas directa quæ, & obliqua.
31 Plena, & nuda proprietas quæ.
32 Superficies quid ſit.
33 Poſſeſſio quid ſit.
34 Poſſeſſionis ſpecies.
35 Naturalis poſſeſſio quæ.
36 Ciuilis poſſeſſio quæ.
37 Momentanea poſſeſſio quæ.
38 Precaria poſſeſſio quæ.

DILVCIDATIO PRIMA, DE REBVS CORPORALIBVS.

1 IN tertia harum noſtrarum dilucidationum parte, de rebus tractandum erit, & qualiter in iure res conſideretur, ne per incognita tranſeamus. Primò dicimus. Res eſt nomen generale, & ſic plura continet, l. 1. §.fin. ff.ſi certum petatur, l.rei, ff. de verb. ſign. Vnde ſimpliciter ſuſceptũ pro omni habente eſſe, & ſubſtantiam ſumi poteſt; ideò ad eius ſpecialem intelligentiam, adiectiones quædam apponuntur; & ita eius ſignificatum reſtringitur, & ampliatur, præterea ſi adijciatur publica, ponitur differentia à priuatis, & ſic de ſingulis.

2 Continentur etiam Corporalia, & Incorporalia, ſub eius appellatione, Inſtit. de rebus corpora.§.1.Paul.de Caſtr.in l.rei, ff.de verb.ſignif. Interdum etiam pro his, quæ extra noſtrum patrimonium ſunt, vt res ſacræ, ſanctæ, & liber homo, glo.in d. l. rei, & l. omnia, §.

3 fin.ff.de leg.3.l.nominis, ff.de verb.ſignif. Veniunt etiam incorporalia, ſicuti iura, & actiones, l.rei, cum l.ſeq.ff.de verb.ſign.atq; debita, & quocunq; contractu venientia, in d.l.nominis. Item & nomina debitorum, l.cum aurum, §.argento, ff.de auro, & arg.leg.necnon nauis, Alex.l.pater, §.de his, ff.de dam.infect, Item venit tota hæreditas, l.licet, C.de pact. ibi Bart.num.3. Veniunt cauſæ, & iura, l.rei, ff.de verb.ſign. Et ſeruitutes, vt ibi glo. Atq; non tantum totam, ſed etiam pars, vt in d.l.rei, & dum quis reſtituit, rem intelliguntur, & fructus, l.hæc verba *(la prima)* ff.de verb. ſign.

Conti-

Continet etiam bonum, ſub nomine rei, & hoc diuerſimodè ſumitur, nam Philoſophus
pro eo, quod vtile, & delectabile eſt; iuris prudentes pro naturali, & ciuile bonum, l. bo-
4 norum, ff. de verb. ſign. Naturale dicimus eo, quod homines natura dictãte, quod delecta-
bile, & vtile ſibi eſt, appetit; Talis itaq; appetitus à Philoſopho conſideratur declarante,
quid vtile, quid delectabile, bonum lex conſiderat quatenus illud, quod bonum dicimus
reſpicit publicam, vel priuatam vtilitatem, ad quam tuendam naturæ motu, impellimur
5 natura boni eſt, vt plus commodi, quam incommodi homo habeat, l. propria bona, ff. de
6 verb. ſignif. Ciuile bonum, ſecundum aliquos, eſt omne exiſtens in noſtro patrimonio, de-
ducto ære alieno, & ſub bona fide, l. ſubſignatum, ff. de verb. ſign. Ita omne, quod ſub do-
minio noſtro eſt mala fide excluſa, dum poſſidetur, ita veniunt actiones, petitiones, & præ-
7 ſumptiones, ex d. l. bonorum, ſic diuerſa habet ſignificata, ſecundum modum proferendi,
vt ait Bart. in l. Princeps, ff. de verb. ſign. Nam ſi profertur à Principe in priuilegijs, largè
ſumitur, & veniunt etiam obligationes, vel profertur à lege, & iure, ſecundum qualitatem
diſpoſitionis interpretatur, vt in cauſa debiti, vel crediti, l. 1. ff. de bonis autem Iudicis, vel
profertur à contrahentibus, & tunc ſub nomine bonorum intelligitur omne patrimonium
deducto ære alieno, vel profertur in vltimis voluntatibus, & lata fit interpretatio, vt de fi-
deicõmiſſo continentẽ debita, & non debita, ſecundũm Bar. in d. loco.

Hoc ergo nomen recipit interpretationẽ à iure, vel à facto, à iure, dum dicitur bonorũ
poſſeſſor, à facto, bonorum poſſeſſio, Bart. in d. l. bona, ff. de bon. poſſ. num. 1.

9 Diuiduntur bona in duo capita principalia, in bona, ſcilicet mobilia, & immobilia, li-
10 cet mobilium nomen paſſiuam recipiat interpetrationem, tamen & pro actiua ſumitur, ſic
mobilia dicuntur, quaſi mouentia, l. mouentium, ff. de verb. ſign. & pro his etiam, quæ facto
11 hominis mouentur. Immobilia verò, quæ nec facto hominis mouentur, ſicuti fundus Do-
mus, & ſimilia, vnde ſi mobile adhæreat immobili efficitur immobile, glo. & Ang. in §. ſic
autem Aut. de non alienan. Mobilia appellantur pecunia, merces, & quæ venalia ſunt, Bar.
12 l. vxorem, §. legauerat, ff. de leg. 3. Quid veniat in legato mobilium, vide Spec. de reſt. ſpo-
liat. §. 1. verſ. ſed pene. at Bart. in d. l. mouentium, ex mente, glo. ibidem. Conſtituit tertium
genus bonorum, inter mobilia, & immobilia, ſicuti ſunt iura, & actiones, præterea ait, ſi
quis omnia bona ſua obligaret, iura, & actiones intelliguntur, & glo. in §. 1. Inſtit. de inut.
ſtipul. & ibi Ang. exprimenda eſſe nomina iſta iura, & actiones, ſi ſub immobilibus bonis
contineri nolunt.

Veniunt tamen hæreditatis, & iura vniuerſalia non, autẽ particularia ſucceſſionis, ex d. l.
bonorum, ff. de verb. ſig. Item in bonis non dicitur eſſe, quod nondum aduenit, ſicuti futu-
ra ſucceſſio, & ſubſtitutio, l. ſub ff. de acq. rerum dom. Sic dicimus illum aliquid habere in
bonis, quod in prædijs, l. propemodum, ff. de verb. ſign. Idcircò diuerſificantur, ſecundum
cauſas, & effectus, propterea quædam dicuntur Paterna, alia materna, alia liberorum, & ſi-
milium, vt latius infra de ſingulis dicetur, & an veniat emphyteoſis, vide Tiraq. de retract.
conſang. glo. 19. num. 2.

Licet concurrere videantur bona, & peculium in ſuo genere, quoad ſignificationem,
13 tamen bona, ſecundum ſuam generalitatem, & peculium continent, ſecundum Azo, con-
tinetur mobile, & immobile corporale, & in corporale, vt in tit. C. quod cum eo. Ita vni-
uerſitas quatuor continet, Hæreditatem, Bona, Peculium, & Patrimonium, at tit. de Pecu-
lio ſtrictè ſumitur, ſecundum Bart. in rubr. & ita deſcribit.

14 Peculium eſt quædam parua pecunia, quam ſeruus, vel filius patrimonio acquiſiuit, per
l. peculium, ff. eod. & in glo. Inſt. de act. §. actiones, & glo. in §. igitur, Inſt. per quos perſ. no-
15 bis acquir. vt in tit. ff. de peculio; Peculium dictum, quia olim bona omnia in pecudibus
poſita erant, propterea pecuniæ pecudium effigie deſignabatur, 1. q. 3. cap. totum.

ff. peculio.

16 Sumitur aut peculium octo modis, vt colligitur ex glo. & Bart. in d. rub. ff. de Peculio.
Primò, pro eo, quod reperitur in bello.
Secundò, pro eo, quod reperitur in bello, cauſa præſidij, l. Chorus, §. 1. ff. de leg. 3.
Tertiò, modò, pro Caſtrẽſe, vel quaſi, & pro aduẽtitio, & profectitio, l. fi. C. de inoff. teſt.

Quartò,

Quartò, pro rebus parafrenalibus mulierum, l.ſi ergo, ff.de iure dot. §.dotis autẽ cauſa.

Quintò, pro eo, quod ſeruus iuſtè, & naturaliter, l.quod ſeruus in fine, ff.de acq.poſſ.

Sextò, pro eo, quod Dominus ſeparauit à ſuis rationibus, & ſeruo conceſſit, vt in tit. ff. de peculio, l.peculium, & l.depoſit. §.fin.ff.eod.

Septimò, pro eo, quod quis inuenit in alieno prædio de pecunia.

Octauò, pro ſalario cuiuſcunq; l.ordinarium, C.de hæret. lib. 12.

In l.fin. in princ.C.de inoff.teſt.reducitur peculium ad tres ſpecies, ad Paganicum, Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe.

17 Caſtrenſe peculium eſt, quicquid Patri, vel Matri, aut alijs cõiunctis per filium euntem ad Caſtra militatum, acquiſitum eſt, & quod in Caſtris, occaſione militiæ, Ang.in §.igitur, num. 1. Inſt.per quas perſ.& intelligitur tam de rebus mobilibus emptis ex pecunia militari, vel occaſione militiæ acquiſitis, l.1.ff.de Caſtren.pecul.lib.12. l.ſi fortè, l.Caſtrenſe, l. de hæreditate in princ.ff.de Caſtren.pecul.hoc peculium multis gaudet priuilegijs, veluti de illis pater non ſe ingerit, l.fin.C.de inoff.teſt.quia nõ ſubiacet Patriæ poteſtati, l.ſi quis filio, §.fin. ff.de iniuſt.& irrito teſtamento, & in tit. ff.& C.de Caſtrenſe peculio. ff. C. de Caſtrẽſi pecul.

18 Quaſi Caſtrenſe dicitur ad ſimilitudinem Caſtrẽſis, & eſt illud, quod filius ex officio publico, aut ex principis benignitate, & aduocationis gratia acquirit, l.cum antiquis, §.1.ff. de inoff.teſt.l.cum multa, ff.de bonis liber.l.2. C.qui teſt.fac.poſſ.l.1. §.nec Caſtrenſe, ff.ad Macedo.& glo.in §.igitur Inſt.per quas perſo.nobis acq. Præterea acquiſita ex ſalarijs publicis, vel dignitatis adminiſtratione ſunt quaſi Caſtrenſia, glo.in d.§.igitur, & ibi Ang.& d.l.1.C.de Caſtr. pecul.

19 Paganicum idem eſt, quod aduentitium, vel profectitium. Aduentitium eſt, quod filiofam. laboribus, induſtria, vel fortuna obuentum eſt, l. cum oportet, C.de bonisq; lib. glo. & Ang.in d. §. igitur. Aduentitium dicitur eo, quod filius Patris cauſa etiam remotiſſima acquirit, l.ſocius, ff.pro ſocio, & quod pecunia patris ſua induſtria lucratus eſt, Bart.l.1.me Caſtrenſe, ff.de Collat.bon. Item, quod ab eo prouenit de cuius hæreditate agitur, Bal.l. filiæ *(la prima)* C. de collat. Vnde omne datũ filiæ contemplatione patris dicitur Aduentitium, l.ſed ſi plures, §.in arrogato, ff.de vulg. l.additio, ff. de acq. hæred. & donatum ex meritis quibus pater, vel extraneus eſſet impulſus Aduentium eſſet, glo.in Auth. de inoff. teſt. Vnde ſi parens.

20 Profectitium, quo ad filium, ex ſubſtantia, vel bonis paternis, aut facto Patris proficiſcitur, in d.l.ſed ſi plures, §.in arrogato, ff.de vulg.dummodo Pater cauſa proxima fuerit non remota, l.ſocium, ff.pro ſocio; Idem de acquiſito, ſine induſtria, ex induſtria eſſet Aduen-

21 titium, Bart.in d.l.1.§.nec Caſtrenſe, ff.de collat. Idcircò, vt cognoſcatur ſpecies peculij, ſpectanda ſunt iſta, perſona, ſcilicet induſtria, labor, quantitas, & cuius contemplatione ſit actum, & qualis fuerit cauſa, ex l.ſocium, ff. pro ſocio.

22 Inter res, & bona venit etiam Patrimonium, & eſt illud, quod à Patre procedit, vt hæreditas, l.quantitas patrimonij, ff.ad l. falcid. Intelligitur deducto ære alieno, & quaſi patris munium appellatur, hoc eſt munus, ſeu commodum filij à Patre proueniens, & venit id quod in bonis continetur, l.rei, *la prima*, ff.de verb.ſignif.& in hoc caſu veniunt bona filiorum, quæ acquiruntur ratione patris, & aſcendentiũ, quam matris, & eorumdem aſcendentium, l.1.C.de boniſq; lib. vt ibi. C. boniſq; liberis.

23 Alia bona dicuntur materna, quæ à matre proueniunt, & ſunt dos, donatio propter nuptias paraphrenalia, & ſimilia de quibus infra ſuo loco dicetur, dicuntur filiorum, quoad Dominum cum pater habeat vſumfructum, l.1. C.de bonis maternis, vt in d.tit. licet hæc regula plures patiatur limitationes, vt in tractatu dicetur. C. bonis maternis.

24 Quædam dicebãtur libertorum bona, & erant ſub Dominio ſuorum Dominorum, nam Prætor cum vellet recognoſcere beneficia à Dominis ſuis libertis conceſſa edixit, vt inter ipſos videretur contracta ſocietas in bonis ſui liberti ſuo labori acquiſitis, adeò quod erãt effecta inter Dominum, & libertum communia, quæ cum viderentur incongrua fuerunt ſublata per l.Labeo, ff.de oper.libert.& determinatum, vt Dominus ſuccedat in bonis ſui liberti, vt in tit.ff.de operibus libert. ff. operib. libertis.

Digitized by Google

Datur, & alia diuiſio rerum, quædam dicuntur dubiæ, quædam certæ, quædam corpo-
rales, quædam incorporales.

25 Dubiæ res dicuntur, quæ certis verbis demonſtrari non poſſunt, & factum pendet ad di-
uerſa, l. 1. & 2. ff. de rebus dubijs; & talis dubietas, vel dependet ex verborum ſignificatio-
ff. de reb. dubijs. ne, vt dum vno nomine conciperetur legatum, ex d. l. 1. & l. 2. ff. de rebus dub. vel dubius
eſt eius euentus, vt ſi ſimul moriatur mater, & filius in Mari, quis videretur, quod prius in-
terierit, l. ſi mulier, ff. eod. vide etiam l. in ambiguo, ff. eod. quæ verò dubiæ non ſunt, certæ
dicuntur, & iſtæ aliæ corporales, aliæ incorporales, Inſt. de rerum diuiſ. per totum.

26 Corporalis eſt, quæ tangi poteſt, & ſenſibus corporalibus percipitur, §. 1. Inſt. de rerum
diuiſ. vt fundus, homo, veſtis, aurũ, & reducũtur ad iſta, videlicet, ad proprietatẽ, ſuperfi-
Inſt. de reb. corporalib. ciem, & poſſeſſionem naturalem, vt in ſolo tit. Inſt. de Rebus Corporalibus.

Proprietas dicitur res corporalis, & eſt qualitas rem vnius eſſe demonſtrans; & diſtin-
27 guit, meum, & tuum, & quaſi propè me ſit; ideò qualitas nuncupatur, quia adiacet rei de-
28 monſtratæ; & hæc ex ſentẽtia Vaco. lib. 2. declar. 43. num. 3. Proprium meum dico, quod
meo libito diſponere poſſum, à iure non improbato, Card. in Clem. exiui. §. proinde, de
29 verb. ſign. Proprium alicuius, quatuor modis dicere poſſumus; Cõmoditate, iure rei, iure
inſtantiæ, iure officij, Bal. in l. omnis, C. de teſtamentis. Inde ſequitur aliquid mihi, & non
alteri proprium, §. 1. Inſt. de pat. pot. Et illud eſt proprium alicuius, in quo habet plenum
dominium, Inſt. de hæred. inſt. in princ. & l. certo, §. 1. ff. de confeſſ. & hoc reſpicit, tàm ip-
ſam proprietatem, quâm nudam poſſeſſionem, quæ propria illius dicuntur, glo. in d. §. 1.
Inſt. de pat. pot.

Diuiditur proprietas ex parte dominij, quod in proprietate habemus in directũ, & obli-
30 quum; Directam dicimus proprietatem, quæ dominium directum habet, obliquum, quod
facto alterius acquiritur, & retinetur, ſicuti emphyteotæ ſucceſſor, qui non à verò domino
emit, licet Iaſ. in l. naturaliter, nihil commune nullam eſſe proprietatem obliquam aſſerat;
quia non poſſidentur illa bona, vti propria, directo modo, vt infra de dominio plenius; di-
rectum, quia non mediante alia perſona, ſed immediatè dominium rei proprietatis reſpi-
cit perſonam, veluti fundi herarij immediatè dominium eſt rei, quia à ſe incipit, & poteſt
in alios dirigere, ſicuti ab alijs fuit ad ſe directum; ſed ſi daretur in feudum, tunc fundata-
rius non erit dominus directus, ſed hærus, à quo fuit translatum dominium, vt latius infra
de dominio dicetur.

31 Alia datur diuiſio proprietatis, quædam plena, alia nuda; Plena, quæ in fructu eſt; Nu-
da, quæ ſine l. mettius, §. fundo, ff. de leg. 2. ibi Bar. ſed vera proprietas eſt plena, ſed qui ha-
bet fructus ſine ſolo, habet tantum, quaſi proprietatem, glo. in l. 2. l. de interd. Vera pro-
prietas eſt in dominio directo, l. pen. C. ſi non à comp. iud. & Bal. ibi.

32 Proprietas habet duas facies, ſuperiorem, & inferiorem; ſuperior oſtendit planitiem,
eo decliuitatem, inferior ſubſtantiam, ex qua arbores, & fructus generantur, & iſta dicitur
fundi proprietas, quæ verò apparet, ſuperficies apppellatur, & diuerſa eſt ratio in fundo ab
ædibus. Aedium ſuperficies ſunt tecta, parietes, & aer, vbi ædes ædificantur in ſolo con-
ff. ſuperficiebus. ducto, quarum proprietas nuncupatur dominium ſoli, l. 2. ff. de ſuperfic. in fundo verò fru-
ctus ſic herbæ, arbores, & ſimiles ſunt ſuperficies fundi, glo. in §. 1. Inſt. de ſuperf. & in tit. ff.
de ſuperf. vbi de eius actionibus, & interdictis nonnulla declarantur, de quibus infra.

33 Altera pars corporalis rei eſt poſſeſſio, quamuis duo concurrant, ius poſſidendi, & eſt
quoddam incorporale, & ipſe actus poſſidendi, qui corporalis exiſtit, vt in propoſito, &
ita poſſeſſio eſt corporalis rei detentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente,
hæc ex Doct. l. 1. ff. de acq. vel ommitt. poſſ. ex qua notatur, quod cum ſit detentio rerũ cor-
poralium, excluduntur incorporalia, quæ non poſſunt vſucapi, nec tradi, ex quo illa non
detinentur. Datur etiam modus poſſidendi, determinatione .ſ. animi, & corporis; Ideò
poſſeſſio eſt quaſi pedum poſitio, in d. l. 1. ff. de acq. vel ommit. poſſ. Mos erat apud antiquos
in loco poſſeſſo ponere tuguria, & ibi habitare, ex quo ſumptum eſt argumentum poſſeſ-
ſionem, dictam à pedũ poſitione; Attamen ſatis eſt ſemel poſitum fuiſſe pedem, nam dein-

de poſ

de poſſeſſio retinetur voluntate, & animi affectu, l. 1. & pen. & l.quod meo, ff.de acq.poſſ. ſic poſſeſsio capitur pedibus;& retinetur animo : hoc autem intelligitur iuris adminiculo, cum nemini liceat ingredi poſſeſsionem alterius, ſine ordinatione iuris, ad euitanda furta,
34 rapinas, occupationes, & ſimilia, glo.in l.1.ff.de acq.vel ommitt.poſſ. Ex quibus duas eſſe ſpecies poſſeſsionis colligimus, naturalem, & ciuilem, cum corpore detinetur corporalis, dum iure ciuilis poſſeſsio deſignatur, l.1.ff.eod.ibi doctè;At vt clarius puteat, naturalis eſt
35 ſine aliquo animi affectu, præterea naturaliter poſsident, tam prudentes, quàm dementes homines, & animalia pariter, & cœteri, qui humanum affectum poſsidendi non habēt,l.1. §.furioſus, & §.pen. ff. eod. Ideò naturalis, quia vel natura dictante facta inducta ve ſit, vel quia ea tantum naturales fructus percipiuntur,& nuncupatur etiam corporalis, glo. in l.1. ff.eod.& in tit.ff.de acq.vel ommitt.poſſ.& in C.de acq.vel retinen.poſſ. Quid ſit acquirere, quid retinere, inferius dicemus. ff.C. acquirēda, vel ommit.poſſ. C. Acq.vel retinē.poſſ.

Ciuilis poſſeſsio, quæ à iure ciuili fuit inducta, dum animi affectu poſsidetur, ſic vnus
36 naturaliter poſsidere,alter ciuiliter poteſt, ſi quis haberet dominiū, alter eſſet vſufructuarius eiuſdem fundi, ille ciuiliter,hic qui fructus percipit naturaliter poſsidet,vt paſsim per Doctores in dd. titulis.

37 Eſt alia poſſeſsio, quæ dicitur momentanea, quæ acquiritur aliquando interdicto, vnde vi, vtrobi, retinendæ,adipiſcendæ, & quorum bonorum,de quibus infra ſuis locis. Momentanea appellatur, quia ſuccumbens momento, poteſt, ſi docuerit de bono iure obtinere, & ſic momento ille fuit poſſeſſor, glo.in l.vnica, C.de moment.poſſ.& in d.tit.

38 Adeſt etiam poſſeſsio præcaria, vt qui nec ciuiliter, nec naturaliter poſsidet, ſed precibus aliorum, veluti Colonus partiarius, & alij, qui tenutam tantum retinent, Inſt. de interd.§.ſed tutor.

SVMMARIVM.

1 *Res incorporales quæ.*
2 *Dominium quid.*
3 *Rerum dominia vnde veniant.*
4 *Naturale dominium quale.*
5 *Ciuile dominium quale.*
6 *Dominium directum quale.*
7 *Dominium obliquum quale.*
8 *Dominium nudum, & plenum quale.*
9 *Differentia inter proprietatem, & dominium.*
10 *Seruitutis ſpecies.*
11 *Realis ſeruitus quæ.*
12 *Miſta ſeruitus quæ.*
13 *Seruitus debita à perſona rei quæ.*
14 *Continuæ ſeruitutes, diſcontinuæ, vel quaſi continuæ.*
15 *Seruitus quid.*
16 *Vrbana ſeruitus quæ.*
17 *Requiſita ad eius ſtatum quæ.*
18 *Partes affirmatiuæ quæ.*
19 *Altius tollendi quid ſit.*
20 *Stillicidium quid ſit.*
21 *Proprietas tegularum quid ſit.*
22 *Tignum immittendi quid ſit.*
23 *Proſpectus ſeruitus quid ſit.*
24 *Seruitus proiciendi aquam quid.*
25 *Seruitus protegendi quid.*
26 *Ruſtica ſeruitus quæ.*
27 *Itineris ſeruitus quid ſit.*
28 *Actus ſeruitus quæ.*
29 *Via ſeruitus quæ.*
30 *Aquæductus ſeruitus quæ.*
31 *Species ſeruitutis innominata.*
32 *Aquæ auſtus ſeruitus quæ.*
33 *Perennis aqua quæ.*
34 *Aeſtiua quæ.*
35 *Ius paſcendi.*
36 *Arenæ fodiendæ.*
37 *Calcis coquendæ.*
38 *Modi acquirendæ ſeruitutis.*
39 *Vendicare quot modis ſumatur.*
40 *Modi ammittendi qui.*
41 *Permiſsione quomodo ammittatur.*
42 *Confuſione & quid ſit.*
43 *Non vſui & quid ſit.*
44 *Vſufructus quid ſit.*
45 *Poteſtas vſufructuarij qualis.*
46 *Cautio an ſit neceſſaria in vſufructuario.*
47 *Vſufructus formalis, & cauſalis qui.*
48 *In quibus rebus vſufructus conſtituatur.*

49 Quando finiatur.
50 Vſus quid ſit.
51 In quibus rebus conſtituatur, & 53.
52 Duplex vſus iuris, & facti.

DILVCIDATIO II. DE REBVS INCORPORALIBVS.

1 CONSIDERANTVR res pariter, quatenus ſunt incorporales, quæ in iure tantum conſiſtunt, ſic ius, quod rei corporali adhæret, res eſt incorporalis, veluti dominium, ſeruitutes, vſusfructus, & ſimilia, de quibus infra.

2 Dominium eſt libera facultas faciendi, alienandi, vel diſponẽdi, quod quis ſibi placuerit de re ſua, l. fœminæ, & l. in re mandata, C. mandat.

3 Veniunt autem rerum dominia, quædam à iure naturali, alia à ciuili.

4 Naturale dominium dicitur à natura introductum; Primi generis humani parentes à Deo dominium fuerant conſecuti, dum illis dixit, *dominamini piſcibus maris, & ſimilia, & terra germinet ſemen ſuum*; ſic natura, ideſt Deus, vel ſubminiſtratrix rerum natura. Homo à Deo ſuſcepit primo dominium, & naturæ illud à Deo conceſſum, glo. in l. per procuratorem, C. de acq. poſſ. Ita naturaliter dominio poſsidemus ea, quæ omnibus cõmunia ſunt, vt in §. & quidem, Inſt. de rerum diuiſ.

5 Ciuile dominium eſt, quod conſiſtit in iure, ſine poſſeſsione, l. à Titia, ff. de tranſact. l. fœminæ, C. de ſacr. ſanct. Eccl. Sic eſt ius, quod quis habet in re de iure ciuili inductum, veluti proprietas fundi, dominus ciuile habet dominium, qui fructus tantum recipit, naturale, vel vtile, at qui & ciuiliter, & naturaliter poſsidet, verum habet dominium, l. poſsideri, §. ſaltus, ff. de acq. poſſ.

Secunda diuiſio eſt, aliud dicitur directum, aliud obliquum, & talis diuiſio venit ab eius effectu.

6 Directum dominium eſt, quod manu propria acquiritur, ſine alterius facto, & dicitur eſſe in re, Bal. in l. error, C. ad l. falcid. licet translatio fiat de vno in alio, tamen hic conſideratur, quatenus tranſitus fit ſua auctoritate, & ſuo iure, & non alieno.

7 Obliquũ, quod alieno noĩe vtile eſt, quod non ſuo, ſed alio mediante acquiritur, vt in vſufructuario, qui tamdiu dominium fructus retinet, quamdiu dominus directus permittit, & concedit, l. 1. ff. ſi ager. vectig. Inſt. de locat. §. adeo; Ita conductor habet obliquum, locator directum, l. ſi poſſeſſiones, C. de fund. pat. lib. 10. & l. ſimilibus, §. fin. ff. de leg. 3.

Qua de re Bart. in d. l. ſi quis, ff. de acq. poſſ. num. 6. Iſtarum diuiſiones dominij deſcribit naturale .ſ. vtile, vel obliquum, ciuile, & ſuperficiarium.

8 Tertia diuiſio eſt, quoddam dicitur nudum; quoddam verò plenum, nudum, quod in iure tantum conſiſtit, nulla proueniente vtilitate; Plenum, quod cum fructu eſt, l. rectè, ff. de verb. ſignif. Nudum itaq; eſt, proprietas ſine fructu, l. 1. ff. ſi ager vectig. & Bart. in l. ſi quis, §. differentiam, ff. de acq. poſſeſſ. Bart. in l. 1. §. deniq; ff. de acqua pluuia arcen. addit tertiam ſpeciem dominij, quod eſt quaſi dominium, l. 1. §. minor, ff. de euict.

9 Diſtinguitur proprietas à dominio, nam illa eſt quid corporale, dominium incorporale, poteſt vnus .ſ. ab vno accipere proprietatem, ab alio dominium.

10 Inter incorporalia collocatur ſeruitus, quæ diuerſimodè ſumitur; nam quædam eſt perſonalis, vt perſona perſonæ, de qua ſupra, lib. 2. de ſeruis. Alia eſt mera realis, vt quæ fit à prædio alteri prædio, vel à re, rei, quædam fit à re perſonis, de iſtis hic dicetur.

11 Realis ſeruitus eſt ius prædio inhærens, & ipſius vtilitatem reſpiciens, & alterius prædij ius, ſiue libertatem imminuens, ex Azo. in ſum. hoc eod. tit.

12 Miſta ſeruitus, quæ de re, & perſona participat, vt quæ debetur à re perſonæ, vt vſufructus, vſus, & habitatio, glo. in l. 1. ff. de vſufruct.

13 Alij addunt quartam ſpeciem, quæ debetur à perſona rei, & quia inconueniens videtur, vt dignius ſeruiat minus digno; ideò non poteſt vti nomine ſeruitutis, l. Titia, §. Titio, ff. de cond. & demonſtr. veluti ſi legatum, ſine conditione concederetur, vt à tali loco non recedat, quod cum videatur contra libertatem, ideò non permittitur.

14 Datur, & alia principalis ſeruitutum diuiſio, vel continuæ, ac diſcontinuæ; Continuæ, quæ actualiter, & potentialiter durant, vt aqueductus, vel ſigni immiſſio, l. ſeruitutibus, ff. de ſeruit. Quaſi continuæ, quarum vſus potentialiter perpetuò durat, vt ſtillicidium. Diſcontinuæ, quarum vſus perpetuò durat, ſed non actu, vel potentialiter, vt iter, & Actus.

15 Seruitus eſt ius indiuiſibile, l. iure, ff. de ſerui. Excepto vſufructu, qui diuiditur, l. 1. §. vſufructus, ff. ad l. falcid. l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Sed plures ſunt ſpecies, vt in tit. ff. de ſeruitutibus, & Inſt. Aliæ ſunt vrbanæ, aliæ ruſticæ. Inſt. & ff. De ſeruit.

16 Primò, de vrbana ſeruitute dicemus, quæ duplex eſt, prædialis, & ruralis. Vrbana appellatur ratione ædificij; nam prædium habens ædificium, licet ſit in rure, dicitur vrbanũ, Inſt. eod. §. 2. & l. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. vrbana prædia, ff. de verb. ſign. Nam vrbanum nõ locus, ſed materia facit, & intelligitur de ædificijs factis cauſa habitãdi, inde excluduntur ædificia facta pro commoditate animalium, aut pro conſeruatione fructuum, quæ ſe-

17 quuntur naturã ruſticæ ſeruitutis, vt in tit. ff. de ſer. vrb. præd. Ideò ad iſtius ſeruitutis vrbanæ ſtatum requiritur ædificium, cauſa habitandi conſtructum, ad gloſ. Syluest. in d. §. 2. Inſt. eod. nec eſt in conſideratione, an in vrbe, vel in villa ſitum ſit. ff. Seruit. vrban. pdi.

18 Duplicis eſt conditionis, affirmatiuæ, & negatiuæ; Affirmatiuæ partes ſunt altius tollendi, ſtillicidium immittendi, ſeruitus proiciendi aquam, protegendi proſpectus hominũ, oneris ferendi itineris, ſeu actus, & ſimilia; & quia verbis affirmatiuis concipitur, ideò eo nuncupatur nomine.

19 Altius tollendi eſt ius à prædio alteri prædio debitum, quo quis tenetur ædificare, propter aliquam vtilitatem, vicino prouenientem, l. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd. & ibi glo. Negatiua eſt altius non tollendi, quo negatur alteri ſuum ædificiũ extollere, l. alteris, C. de ſeruit. & aqu. Quæ commoditas ſeruitutis, vt plurimum verſatur circa lumina, ne quis officiatur luminibus vicini, & eſt ius, quo alteri lumina mea, ſine ædificio, ſine arboribus auferre, ius non eſt, l. lumen, l. ſi arborem, ff. de ſeruit. vrb. præd. Alia dicitur affirmatiua, vt præſtare lumen ad hoc, vt Cœlum non celetur, in d. l. lumen.

20 Stillicidum affirmatiuè eſt ius debitum meo prædio, vt poſſim vti meo ſtillicidio, quod ſtillat tempore pluuiarum de meo tecto ſuper tecta, vel arcam vicini. Negatiuè eſt ius non ammittendi, quo vicinus ſtillicidium ſuum alio deuiare fas non eſt, vt cadat ſuper ſolum,

21 vel aream ſuam, tex. & glo. in l. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd. Inſt. eod. §. 2. Stillicidium dicitur, quia ſtillat ex tecto tempore pluuiarum, aut ſi caderet indirectè vi ventorum, vel directè, glo. in d. §. 2. Alio nomine proiectus tegularum, vnde aqua guttarim cadit, quaſi ſtillarum cadium, ſub hac ſeruitute venit etiam flumen, quod non cadit guttatim, ſed filo quodam perpetuò fluit, quod accidit aquarum collectione, & tunc directè non cadit, propter canale, l. ſeruitutes, §. ſtillicidium, ff. eod. & glo. in d. §. 2. Hæc ſeruitus duo continere poteſt, vel quod aquam vicinus in cloacam ſuam recipiat, aut recuſet, vt d. §. 2. Inſt. eod. Negatiua cum ſit pro libertate, ſeruitus propriè non eſt, glo. ibi in d. §. 2.

22 Tignum immitendi alia ſeruitus vrbana; & eſt ius, quo tignum. i. trabes in pariete vicini, poſſim immittere, l. 1. ff de ſeruit. vrb. præd. licet in mea pariete tamen, & in parte vicini requieſcit, l. malo, §. 1. ff. de verb. oblig. & Inſt. eod. §. 2. & in tit. ff. de tigno iniuncto, Sic duæ ſeruitutes, ſecundum Syluest. in d. glo. §. 2. oneris faciendi, & tigni immittendi; nam qui tenetur ſuſtinere onera vicini, poteſt cogi ad reficiendam parietem ſeruientem, & alter tenetur pati, vt tigna immittantur, l. cum debere, ff. eod. l. ſicut, cum glo. ff. ſi ſeruit. vend. & hoc inductum eſt, ex l. 12. tab. vt ædificia conſeruentur, immittens autem contra voluntatem domini domus, in duplum condemnatur, §. cum in ſuo, Inſt. de rerum diuiſ. ſub appellatione tigni continetur omnis materia, qua ædificia componuntur, ſicuti tegulę lapides, tecta, trabes, & ſimilia, & dicitur tignum à tegendo, l. tigni, ff. de verb. ſign. ff De tigno iniuncto.

23 Proſpectus alia pars ſeruitutis, & eſt ius, quo alteri ꝓſpectũ minus grauiorẽ nõ licet reddere, l. inter ſeruitutes, & l. 2. ff. eod. Differt à lumine, q̃a ſeruitus non facit, vt Cęlũ videã, ſed vt claritas diei ad me peruẽniat, ſic q̃ habet lumẽ, habet ꝓſpectũ, Azo. in ſum. eod. tit.

24 Seruitus proijciendi aquam eſt ius, quo ex fundo meo vrbano in ſolo vicini licitum eſt

 proice-

Digitized by Google

proicerere aquam. Seruitus protegendi, quam ex meo prædio vrbano ſuper ſuum ſolum pro recto aliquid habere poſſum.

Itineris, ſeu aditus eſt ius, quo per domum tuam poſſim ire ad meam, l. ſeruitutes, §. ſi denuo, ff.eod.& hoc de die intelligitur non de nocte, glo.in l.item, ff.comm. prædio.

26 Alia ſpecies ſeruitutis ruſtica ad differentiam vrbanæ nuncupatur, inde dicitur ſeruitus ruſticorum prædiorum, & eſt illa, quæ debetur à prædio alteri prædio, ſine ædificio, ſic ab eo fit denominatio, Inſt.eod.§.2 & ibi glo. ruſtica appellatur, quia fit gratia colligẽdorum fructuum, l.cum iure, §.ſtabula, ff.ex quibus cau.pignor. Duplici vocatur nomine, innominata .ſ. & nominata; Nominata eſt, quæ nomen habet à iure, & non ab actu, glo. in l. 1. ff. eod.ſicuti iter, via, actus, & aquæductus; Innominata, quæ nominationem ab actu recipit, nec habet à iure nomen impoſitum, glo.in l. 1. §.in prædijs, ff. eod. veluti arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, aquæ hauſtus, pecorum ad aquam appulſus, ius paſcendi, & ſimilia, in tit. ff.de ſeruitute ruſticorum prædiorum.

f. Seruit. vrban pdi. 27 Iter eſt ius eundi, ambulãdi hominis, non iumenti agendi, Inſt.eod.§.1.& l. 1.ff.eod.hoc intelligitur, ſiue homo vehatur ſolus, ſiue in ſella, vel lettica, equo, aut quouis alio animali, & quamuis poſſit ab animalibus vehi, non poteſt tamen ſeorſum à ſe ducere animal, aut vehiculum, Inſt.eod.§.1.& l. 1.l.qui ſella, l.interdicto, ff.de ſeru. ruſt.præd.& Sylu. ad glo. in §. 1.ratio eſt, quia talis ſeruitus inducta videtur commoditati tãtum eundi, ideò ab eundo dicitur iter, & aliquando non eſt ſeruitus iter, dum ab vſufructuario debetur domino fundi, l.1.coll.2. ff.ſi ſeruitus vendicetur.

28 Actus eſt ius eundi, ambulandi, agendi iumentum, vel vehiculum, vt in §. 1. Inſt.eod.& d.l.1.ff.eod.ſic, qui habet iter non habet actum, ſed ſic è contra; nam qui habet iter, nõ vtitur vehiculo ſeparato à ſe, actu autem poteſt, l.iter, l.qui ſellam, ff.eod. Inter iumenta numerantur Equi, Muli, & Boues, qui armenta dicuntur, l.boues, ff.de verb.ſign. l.legatis, §. fin.ff.de leg.3.l.ædilis, §.iumentorum, ff.de ædilit.ædict.& Syluest.ad glo.in d.§.1. Dicitur actus ab agendo, inde ius agendi eſt iumentorum, & poteſt mittere illa ante, vel retro, & etiam ſuper æquitare, non autem curru onerato ire conceditur, idcircò gratia conducendarum rerum actus inducitur, vt in d.§.1. Inſt.eod.

29 Via eſt ius eundi, agendi, & ambulandi iumento, vel vehiculo, vt in d.§.1. d.l.1. ff.eod. ſic dicitur ius eundi, agendi, & ambulandi, & continet iter, & actum, qui viam habet, poteſt trahere trabem, & lapides, glo.in d §.1.& in d.l.1.ff.eod.habet maiorem latitudinem, nam in directo habet pedum octo, in angulis 16. niſi aliter placuerit conſtituentibus, quæ magnitudo in actum requiritur, Syluest.ad glo.in d.§.1.

30 Aqueductus eſt ius aquam ducendi per fundum alienum, Inſt.eod.in d.§.1.in fine, & l.1. §. aqueductus, ff.eod.& intelligitur de quolibet inſtrumẽto, quo ducitur aqua, l.ſæpius, ff.de aqua pluui. arcẽ.& habet locum, tam in aqua inuenta, quàm inuenienda, glo. in §. 1. quod verum in aqua currenti, non ſolum, vt curſus non impediatur, ſed nec deterior fiat, veluti ſi aqua corrũperetur, & vt ſubſtãtia, vel qualitas mutaretur, poteſt lædi fundus ſeruiẽs creſcenti aqua, l.1.§.aqueductus, ff.de ſeruit.ruſtic. præd. Aquæductus duplici modo conſiderantur, aut priuati, aut publici vſus, & quolibet modo cuſtodiendi; qua de re pro eorum conſeruatione, ne aquæ alibi declinarẽt, aut corrumperentur antiqui conſeruatores, & leges ordinauerunt, vt in tit. C. lib.10.de aquæductu.

e. Lib. 10. de aquædu. 31 Innominatæ ſeruitutes ruſticæ ſunt aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, vide l.1. §. in ruſticis, ff. eod. ius.ſ.auriendi aquas ex
32 fonte, vel alio loco vicini, Azo.in ſum.C.eod.& d.l.1.ff.eod.§.in ruſticis. In hac materia aquarum duo conſiderantur, an ſit publica, vel priuata, nam in publica ſeruitus non conceditur, & ſpecies aquarum, an pluuialis, vel perennis, de pluuiali datur ſeruitus ad illam non arcendam, ſed vt vicinus illam per fundum vicini conducat, vel è contra, vt arceatur, vt in tit. ff. de aqua pluuia arcen. Pluuialis eſt, quæ de Cœlo cadit in hieme, vel æſtate, vt in d. l. 1. ff. eod.

33 Perennis aqua, quæ quotidiana eſt, tàm tempore æſtiuo, quàm hiberno fluit, quæ non venit à

nit à pluuia, ſed ſurgit è terra, ſicuti ſunt flumina, & fontes, l. 1. ff. de aqua quot. æſt. Quoti-
34 diana dicitur, quia ſine interuallo temporis fluit, glo. in d. l. 1. Aeſtiua, quæ ſolum in æſta-
te fluit, & de huiuſmodi aqua datur interd. ne quis vi, aut clam impediat, quo minus cur- ff.
rat, ne aqua detur, vt habetur in tit. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Datur ſeruitus, quod non Aqua quotid. & æſtiu.
ſolum quiſq; poſſit ea aqua, vti in fonte, ac flumine, ſed vt liceat per eundem fundum vi-
cini ad fontem, vel puteum publicum accedere, & pecora appellere ad aquæ hauſtum, §.
inter ruſticorum, Inſt. eod. quia prædiorum intereſt habere pecora ad ſtercorandum agros, C.
glo. in d. §. inter, & in C. in tit. de ſeruit. & aqu. Seruit. & aqua.
35 Alia ſeruitus eſt ius paſcendi pecoris in fundo alieno agri mei cauſa, l. 1. §. fin. ff. de ſer.
ruſt. præd. & l. qui ſeruiani, §. 1. ff. de præſcript. verb.
36 Arenæ fodiendæ eſt ius, quod in fundo vicini poſſim arenam fodere, vt ex ea fiant vaſa,
aut ædificia ruſtica, quæ expediunt prædio ruſtico, Inſt. eod. in d. §. inter, & ex d. l. 1. ff. eod.
Calcis coquendæ eſt ius, quo in fundo vicini licitum eſt calcem coquere ad vtilitatē præ-
37 dij ruſtici, ex d. l. 1. & §. inter, & ibi glo. & Azo. in ſum. eod. tit intellige de his, quæ neceſſa- ff.
ria ſunt ad domum conſtruendum, & ad fructus percipiendos, quæ omninò cōmuniter tra- Com. prædi. tam vrb. quā ruſt.
ctantur in tit. ff. communia, tàm vrban. quàm ruſtic. prædiorum.
Conſiderantur iſtæ ſeruitutes in iure, tam quo ad modum acquirendi, quàm retinendi,
vel ommittendi.
38 Acquiruntur omni contractu, vltima voluntate, & legato, & pactionibus, & ſtipulatio- ff.
nibus, §. fin. Inſt. de ſer. l. poteſt, C. communia præd. ea excepta poteſt vnuſquiſq; domum Seruit. legat.
ſuam extollere, vſq; ad Cœlum, aut prohibere ne quis ibi ingrediatur domum, vel fundum
ſuum, dum iter nocet, l. per agrum, C. de ſer. & aqua. Quod verum dum alteri ius quæſitum
non tollit, de modo acquirendi legato habetur in tit. ff. de ſeruit. legat. Si fuerit quis turba- ff. Seruit. vē dicetur.
tus in ſuæ poſſeſſionis ſeruitute licebit illam vendicare, vt in tit. ff. ſi ſeruitus vendicetur.
39 Vēdicare multis modis ſumi poteſt, veluti actione, ex teſtamēto agere, l. peculium, & ſe
extendit etiam ad perſonales actiones, l. per diuerſas, C. mand. ibi glo. Item pro defende-
re, cap. conuenior, 23. q. 8. & cap. non iure, diſt. 8. Aliquando pro retinere, l. ſeruis, ff. ad l.
40 Treb. Interdum pro excipere, l. hac noſtra, C. de præpoſit. fac. lib. 12. atq; pro liberare, l. 2.
C. de ſilent. lib. 12. vt hac actione agere pro ſeruitute tuenda.
Ammittitur ſeruitus multis modis, permiſſione, confuſione, & non vſu temporibus de- ff.
bitis, vt in tit. ff. quemad. ſeruit. ammittitur, vt ibi. Quēadm. ſer. amit.
41 Permiſſione, nam idem eſt permittere, ſeu poteſtatem dare, vt in cap. 1. de ætat. & qua-
lit. lib. 6. & eſt permiſſio indifferentis actionis, quod nec conceditur, nec prohibetur, vt ſi
in area ſtillicidij permittere ædificari, ammittitur ſeruitus, l. ſi ſtillicidij, ff. ſi ſeruit. ammitt.
42 Confuſione, nam confundere eſt extinguere, l. debitori, C. de pacti inter empt. & ven-
dit. vel vt in propoſito noſtro eſt commiſceri, l. diuortio, §. 1. ff. ſol. mar. & l. ſi cum ſortem,
ff. de cond. indeb. ſeruitutes confunduntur, ſi idem vtriuſq; prædij dominus eſſe cœperit, l.
1. ff quemad. ſer. ammitt.
43 Non vſu, vſus ſumitur aliquando pro commoditate, l. ſi quis, ff. de vſufr. & exempla de
ſeruitute leguntur in l. 2 & ſeq. ff. quemad. ſer. ammitt. ſic non vſus eſt ammiſſio ſeruitutis.
44 Alia pars rei incorporalis eſt vſusfructus, & eſt ius alienis rebus vtendi, & fruendi ſalua
rerum ſubſtantia, l. 1. & l. 2. ff. de vſufr. & Inſt. eod. §. 1. ex hac deſcriptione monſtratur, quod
hic non conſideratur vſusfructus, quatenus eſt in fructibus, vti rebus corporalibus, ſed vti
ius, quod eſt incorporale, quo admodū vtendi, & fruendi, glo. in d. §. 1. Inſt. & eſt apud do-
minum, cum cauſa, i. proprietate, vt in l. ſi cum teſtamento, §. pen. ff. de except. rei iud. ſed
tunc non eſt ſeruitus, ius itaq; demonſtrat ſeruitutem, & differentiā à proprietate, ex d. glo.
Notate etiam vſumfructum conſtitui, tam in alienis, quàm in ſuis rebus, licet propriè in
ſuis non requiratur, l. in re communi, ff de ſeruit. vrb. præd. & res in qua conſtituitur non
conſeruatur vſu, vnde non datur in pecunia, oleo, vino, & ſimilibus, ſecundum Syluest. ad
glo. in §. 1. ſed in rebus immobilibus, quæ vſu non conſumuntur.
45 Inſuper poteſtas vſufructuarij eſt duplex, vtendi. ſ. & fruendi, vti intelligitur, ſine fructu,

vt infra dicetur. æquitare eſt vſus æqui. fructus erit fœtus, ſic in fructu ſunt ædes, fundus,
ſeruus, iumenta, & ſimilia, quæ non conſumuntur vſu, §.conſtituitur, Inſt.eod.& l.3 §.con-
ſtituitur, ff.eod. Dicitur vtendi ad differentiam pignoris dati pro debito, quo vti debitor
non poteſt, fruendi ad differentiam nudi vſus, quia vſufructuarius capere poteſt fructus au-
thoritate ſua, & glo.& Sylu.ibi in §. 1. Inſt.eod.

Notatur pariter, quod ſubſtantia, in quo vſusfructus conſtituitur ſit ſalua, ex quibus duo
colliguntur; Primò, quod vſufructuarius præſtet fideiuſſores, vel cautionem, cum ſatiſda-
tione de ſaluanda ſubſtantia, ſecundum glo.Inſt.in d.§. 1.tamen iſta opinio communiter re-
46 probatur, ſecundum Sylu.ibi ad glo.eo quod cautio non eſt de ſubſtantia. Vſusfructus cum
in multis caſibus nõ præſtetur, ſed poteſt intelligi vſumfructuarium non facere fructus ſuos
nõ præſtita cautione de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, niſi ſciẽte, & patiente vſufru-
ctuario fruatur, l.1.ff.de vſufr.& quemad.cau. Bart.l.hac ædictali, §.in illud, C.de ſecund.
nupt. Alia opinio eſt ne .ſ. ſubſtantia pereat; cum tamdiu fructus conſeruentur, quamdiu
ſubſtantia permanet, Sylu.ad glo. in §.1.& poſita ſunt iſta verba ad differentiam earum re-
rum, quæ vſu cõſumuntur, cum ſit ius conſiſtens in corpore, nam eo ſublato, & ius tolli ne-
47 ceſſe eſt. Poſſunt etiam demonſtrare duo vſufructus .ſ. formalem, & cauſalem, de forma-
li intelligitur hic ſeparatim à proprietate, Inſtit. in d. §. 2. & l.3. ff.eod. cauſalis, qui eſt in
cauſa .ſ. cum proprietate, quod non intelligitur in præſenti cauſa, quoniam tunc eſt conſo-
lidata proprietas cum vſufructu, vt latius de his in tit. Inſt. & ff.de vſufruct.

Inſtit.& ff. De vſufru. ff. Vſufr.ear. rer. quæ vſu conſum.

48 Conſideratur pariter in quibus rebus vſusfructus conſtituatur, vt in tit. de vſufructu ea-
rum rerum, quæ vſu conſumuntur, & regula eſt, quod in rebus immobilibus, in mobilibus
autem cautio præſtatur de reſtituendo, idem in ſpecie non in indiuiduo, licet proprius ſit,
vti quam frui, ex d.§.conſtituitur, Inſt.eod.Præterea cautio non remittitur à teſtatore, l.1.
ff.de vſufr.& l.ſcire debemus, C.vt in pot.legat.quia idem videtur cum proprietate, ex glo.
in d.§.conſtituitur, & continetur conſeruatio rei ne deterioretur, quod fit, dum debito mo-
do fructibus vtimur, & de reſtituendo finito tẽpore proprietatem directo domino, l.ſi vſus-
fructus, ff.de vſufr.l.1.ff.eod.& latius in rubrica, ff.de vſufructu quemadm. caueatur.

ff. Vſufr. quẽadm. caueatur.

49 Acquiritur multis modis, vt in §.vſufructus, Inſt.eod.& tit.lucratiuo, & etiã oneroſo. fi-
nitur, nẽ proprietas domino reddatur inutilis, Inſtit.eod.§.vſufructus, & §.fin.veluti morte,
capitis maxima, & media diminutione, non vtendo per modum, & tempus, aut ſi proprie-
tas conſumetur caſu, vel vitio, ſi conditio fuerit impleta, §. fin. Inſt. eod.ſic & ceſſione, aut
rei mutatione, de quibus omnibus, cũ d.§.fin.Inſt.eod.& in tit.ff.quibus modis vſufr.ammit.

ff. Quib.modis vſufr. amittan.

50 Vſus eſt ius vtendi, non fruendi, ſalua rerum ſubſtãtia, ex §.1.Inſt.de vſu, & habit.ſic mi-
nus eſt in vſu, quam in vſufructu, l.1.l.planum, §.1.l.deniq; & l.ſed neq;, ff.de vſu,& habit.
in vſu fundi ſunt olera, poma, flores, ſtramẽta, ligna ad vſum quotidianum deputata, nec-
non in eodem fundo morari, dummodo domino fundi moleſtus non ſit, nec impedimento
illis, qui opus ruſticum exercet, & tale ius alteri, nec locatur, nec venditur, ex d.§. 1. Inſt.
51 eod. Venit etiam in vſu fœnum, quod eſt herba ſicca, & qui viridis herba, & calami ex tri-
tico, & ordeo, grano excuſſo in area, quæ ſtipulæ nuncupantur à ſtrando, vel ſternẽdo, quia
illis quieſcendi gratia pecora ſubſternebuntur, glo.in d.§.1.

Conſtituitur etiam in domo, vt dum vir habitat, poſſit, & mulier ſecum habitare, & fa-
milia, & hoſpites recipere, ſed alteri non cedere, l.2.§.domus, ff.eod. vſu, & habit.& Inſt.
eod.§.2. Inſuper, & in ſeruo dum illius opere, aut miniſterio vtimur, necnon pecorum, &
iumentorum vſus eſt ſterquilinium ad ſtercorandum agros, cœtera ſunt in fructu, Inſt.eod.
§. Item his, l.plenum, § vſus, & §. ſi pecoris, ff. eod.
52 Duplex eſt vſus, iuris, & facti, ſecundum Bal.in l.ſi vnus, ff.de cond. Inſt.facti, qui retine-
tur conniuentibus oculis, vide glo.in l.per ſeruum, ff.de vſu, & habit.& Auct.ingreſſi, C.de
ſacr. ſanct. Eccl.

In vſu venit etiã habitatio, quæ eſt ſeruitus perſonalis in habitãdo conſiſtens, ex Azo.in
ſum.Inſt.hoc eod.tit.nu. 17.& Inſt.eod.§. Itẽ is qui. Ideò qui habet habitationẽ poterit illã
locare, vt in §.pen. Inſt.eod. poteſt vendere ius ſuũ, l.cum antiquitas, C. de vſufr.& de his
plura in rub.ff.& Inſt.de vſu, & habit.

Inſt. & ff. De vſu, & habit.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Acquirere quid ſit.*
2 *Modi acquirendi, & 9.*
3 *Naturalis modus qualis.*
4 *Induſtrialis qualis.*
5 *Miſta qua.*
6 *Titulus, qui, & quot modis ſumatur.*
7 *Titulorum ſpecies.*
8 *Verus tit. lucratiuus, qui.*
10 *Quæ non acquiruntur.*
11 *Sacer quid ſit, & ſanctum.*
12 *Religioſus quid ſit.*
13 *Quæ acquiruntur, quo ad vſum tantum, & ſunt communia.*
14 *Quomodo publica acquirantur.*
15 *Quæ non acquirantur, quæ ſunt vniuerſitatis.*
16 *Singularia quot modis acquirantur.*
17 *Inuentione, quæ acquirantur.*
18 *Occupatione, quæ non acquirantur.*
19 *Acceßione, & alluuione, quæ acquirantur.*
20 *Inundatione.*
21 *Commiſtione, 22.*
23 *Vſucaptione, quomodo fiat acquiſitio.*
24 *Quæ non vſu capiantur.*
25 *Requiſita ad vſucaptionem.*
26 *Plures ſpecies vſucaptionis.*
27 *Quid ſit vſucapio.*
28 *Præſcriptio in quid differat ab vſucaptione.*
29 *Præſcriptio quid ſit.*
30 *Tempora ad præſcribendum diuerſa.*
31 *Longum tempus, & longißimum quale.*
32 *Quibus præſcriptio non noceat.*
33 *Contra quem non inducatur præſcriptio.*
34 *Traditione, quæ non acquiratur.*
35 *Per quas perſonas nobis acquiratur.*
36 *Modi acquirendi.*

DILVCIDATIO III. DE DIVERS. RERVM ACQVISITIONE.

VIDENDVM modò eſt, qualiter in iure res, & bona, tàm corporalia, quàm incorporalia, tàm mobilia, quàm non, conſiderētur; & certum eſt ſolummodo de modis acquirendi, vel ommittendi ea diſputare, apud legiſtas contingit, l. fin. ff. de leg. & Senat. conſ. propterea huius partis tale erit principium.

1 Acquirere eſt lucri, vel commodi cauſa recipere, Spec. de vſucap. §. ſed penè, Hoſtien. in cap. paſtoralis, de dec. Retinemus autem ea, quæ ſine vitio acquirimus, l. 1. §. rediguntur, ff. quorum legatorum, & cap. fin. de ordine cognit. Recuperamus autem ommiſſa, Spec. in tit. de primò, & ſecundò decreto, quæ omnia ſub modo acquirendi continentur.

2 Modus acquirendi diuiditur in tres partes, nam quædam acquiſitio eſt naturalis, alia induſtrialis, tertia miſta.

3 Naturalis fit de illis rebus, quas natura, ſine arte produxit, vt herbas, fructus, animalia, & ſimilia, ad victum neceſſaria, Inſt. de rerum diuiſ. §. in pecudum.

4 Induſtrialis, quæ fit ex arte, induſtria, mercatura, aut ſimili modo, vt infra, de modis acquirendi, latius dicetur.

5 Miſta acquiſitio, quæ fit de naturali, & induſtriali, vt vſufructuarius, qui ambos fructus, & naturales, & induſtriales acquirit.

Attamen omnis acquiſitio ſuam legitimam, & iuſtam cauſam habet, quæ titulis demonſtratur, ſic de titulorum ſignificatione prius dicemus.

6 Tituli nomen ad plura ſe extendit; Inde tituli largitionales in rub. C. de Can. largir. pro nomine operis à Principe ordinati, l. abſit, C. de priui. domus Auguſt.

Necnon pro deſcriptione, quæ ſolet poni in eminētiori loco domus, vt in C. nemo priuat. tit. & l. titulus, de his, quæ penæ nomine. Item pro neceſſitate, l. 1. C. qui nu. liber. Item pro detentione poſſeſſionis, l. pen. C. locat. Item pro actione, l. 1. C. de his, qui potēt. l. non eſt ambiguum, ibi C. famil. cuiſcum; Item pro rubrica, ſeu tractatu, l. 1. ff. de poſtul. l. ſi certum pe-

tum petatur, & l. 1. ff.de integ.reſt. Item pro ſcriptura Auth.de mandat.Princ.§.titulos, ſic pro abreuiatura ſcripturæ, l. 1. C.de Can.largit. Item pro Eccleſijs Cardinalium,ſic & pro Eccleſia, Inno.in ca.ex inſinuatione,de procurat.Inde dicitur titulus lucratiuus, 1.q.1.gratia, vt hæreditarius, vel ſimilis, vel onerosus, vt ex cõtractu, l.fin.C.de poſſ.glo.in cap.fin. de off. Archipresb. & glo.in cap.dudum *(el ſecondo)* de dot. In propoſito pro cauſa acquirendi dominium, ſecundum diſpoſitionem iuris, vt de cauſa lucratiua, vel oneroſa.

7 Sunt autem tituli, quidam veri, quidam verò colorati; Coloratus eſt, quando habet fictionem veram, & dicitur colorata donatio, l. publicis, ff. de donat. inter virum, & vx. & l. fin. C. mandat.

8 Verus, qui habet legitimam cauſam lucratiuam .ſ. vel oneroſam, ſic cauſæ veri tituli tunc ſunt; lucratiua eſt, quæ nullum habet damnum,vel expenſum, dum illa confertur, l. 3. ff.de in re verſ.l.ſi adiciatur, ff.pro ſocij, & glo. in l.per diuerſa, C.mand.& notatur in l.illud, C. de collat. ſic è contra oneroſa cauſa eſt, vbi impenſa æſtimatio, opus, vel labor interuenit. Huiuſmodi autem acquiſitiones, quædam ſunt circa vſum tantum, quædam circa proprietatem, quædam verò communia, quo ad vſum, & proprietatem.

ff. De acquiren. rerū dom. Inſt. de rerū diuiſ.

9 Modi acquirendi ſunt plures, de quibus in tit. ff. de acquirendo rerum dominia, & Inſt. de rerum diuiſione; Cuius diſtinctio talis erit: Primò, quędã nullo modo acquiri poſſunt, quædam alia diuerſimodè acquiruntur, vt infra dicetur.

C. ſacr. ſanctis Eccl.

Quæ nullo modò acquiruntur ſunt in nullius dominio, Inſt. eod. §.nullius, ſicuti res ſan-
10 ctæ, & religioſæ; ſanctæ,ſeu ſacræ ſunt Eccleſiæ, ſeu templa,quæ Deo dicata ſunt,vt in tit.
C.de ſacr.ſanct.Eccl.Necnon ſacra dicuntur dona ad diuinum miniſterium dicata,Inſt.cod.
§. res ſacræ, vt Eccleſia hic pro congregatione plurium ad ſeruiendum Deo, & pro Eccle-
ſia muro circundata, & bonis eiuſdem, Bal. in rub. C.eod. ſancta, quia Deo per Pontifices
11 dicata, & conſecrata ſunt tam ædes, quam dona, Inſt.de rerum diuiſ.§.ſacræ res,& l.ſanci-
mus, C.de ſacr.ſanct.Eccl. Item & locus dicitur ſacer,vbi ſacræ ædes ædificatæ fuerunt etiã
ædificio rupto.§.locus, Inſt.eod.& Bart.l.ſi nondũ, ff.de furtis. Ideò ſacri affatus ſunt Prin-
cipis reſcripta, l.ſacri affatus, C.de reſcript. Princ. & idem ſacra forma, Auth. de nupt. §.
diſponat, ſed non alienare, §.hæc igitur ſacræ Curiæ .i. poteſtate Curiæ, glo.in l.ſi quis,C.
de decur. lib. 10. Ita & ſacra poteſtas Imperialis eſt auctoritas: locus deſinit eſſe ſacer, vel
dum ab hoſtibus profanatur, vel ob remotionem earum rerum, quæ ſacrum illum redde-
bant, glo. in d. §.locus.

Sanctæ, quia puræ, & immaculatæ conſeruandæ ſunt,& qui illas violauerit, graui puniebãtur pœna, l. 1. §.fin.ff.ne quid in loco ſacro, ſicuti ſunt Eccleſiæ, Mœniæ Ciuitatis,& portæ, ac leges, Inſt.eod.§.ſanctæ, & l.ſanctæ, §.ſacræ, ff. eod. & ſanctum dicitur, quaſi firmum à verbo ſancio, glo.in d.§.ſanctæ,& ibi Sylu.in add.ad glo.refert verba legis Romuli,mœnia ſacroſancta ſunt, & Cicero lib. 2. de natura Deorũ dum ait, *muros à Pontificibus habitos eſſe ſanctos, quos violare nefas eſſe.*

12 Religionis locus eſt, non tantum ſacer, ſed etiam vbi aliqua religio reſidet,vt ſepultura Chriſtianorum, dum ibi imago hominis cognoſcatur, vt in d.§.religioſi, Inſt. eod.

Prædicta itaq; in nullius ſunt dominio, vt in §.nullius, Inſt.eod.

13 Quædam alia bona, quo ad vſum tantum acquiruntur, ſicuti bona communia, quorum vſus eſt communis, vt elementa, Aer, Aqua, Mare, lictora maris, quorum naturali iure vſus eſt communis omnibus, l. 2. l.nemo, ff.eod.

Aeris vſus conſideratur in ſeruitute, vt altiùs tollendi, ne proſpectui, vel luminibus officiatur,vt ſupra diximus,& quatenus aues nidificant in arboribus, quoniam cõmunia ſunt, quo ad vſum tantum nobis, & cœteris animãtibus naturali iure, ido dicuntur communia, Inſt.de rerum diuiſ. §. & quidem, & dicitur iure naturali hoc eſt primeuo, quia communis eſt omnibus animantibus, at qui occupat illud, eſt de iure gentium, Sylu.ad glo.ibi.

Aqua conſideratur, vel quatenus cadit de Cœlo,vt pluuia,& communis pariter vſus eſt, quamdiu de Cœlo cadit, necnon cõgregatio aquarum, ſicut eſt mare,cuius vſus eſt piſcandi, nauigandi, & illo vtendi, quod verum etiam eſt de lictore maris, Inſt. eod. §.lictorum,

& eſt

& eſt adeò communis omnibus, quod vnus alterum impedire non poteſt, Inſt.eod.§.& quidem; lictus eſt, quat.max.hibernis fluctus excreſcit, Inſt.eod.§.flumina, & §.lictorum, hic vſus earum non tantum eſt de eius aqua, & lictore, ſed etiam de his, quæ reperiuntur ibi,& iſta non acquiruntur ſingulari modo .ſ. proprietate, qua eſt eiuſdem iuris, cuius eſt mare,& quæ ſubiacet mari, Terræ, vel Arenæ, in d.§.lictorum.

14 Quædam alia dicuntur publica,tamquam ad publicum vſum deſtinata, ideò ſub particulari dominio non veniunt, vt flumina, bona Ciuitatum, riparum vſus, Inſt.eod. §.riparum, & l.riparũ, ff.eod.flumina ſunt, quæ acquis fluunt, & ſunt in duplici differentia,veluti quædam perennia, quædam ad tẽpus, ſicuti torrentia; perennia ſemper fluunt hiberno, & æſtiuo tempore, Inſt.eod.§.& quidem,& in tit.ff.de flum.vel dicitur flumen, ab aquarum fluxu, & locus, qui aquam recipit, dicitur alueus, quo munitur, appellatur ripa, de quibus infra, cum de illis plura dentur interdicta, agitur ibi qualiter vſus, vel proprietas acquiratur. ff. fluminib.

Riuus eſt locus aquarum per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrit, & iſti quamdiu ſunt ſub fundo alieno, non dicuntur publici, ſed priuati, ſed hic conſideratur quantum ad vſus aquarum, vt in tit. ff.de riuis. ff. Riuis.

Fons eſt locus vbi perennis aqua conſurgit,& apparet; quæ cum exitum non habeat,accipit formam lacus, vbi naſcitur, vt in interdicto in tit.de fonte dicitur. ff. Fonte.

15 Quædam alia ſunt vniuerſitatis,quæ ſub particulari dominio non veniunt; differt publicum ab vniuerſitate, nam publicum dicitur, quod pluribus commune eſt populis, non hominibus tantùm, vniuerſitatis, quod vnius tantùm eſt loci, glo.inſt.eod.§.vniuerſitatis, l.in tantum, §.vniuerſitatis, ff.eod.ſunt autem vniuerſitatis Theatra, forum, via publica,ſtatuæ in Palatio exiſtẽtes,quarum rerum proprietas eſt vniuerſitatis, ſic vſus eſt communis, Inſt. eod.§.vniuerſitatis, cum glo.

Theatrum eſt locus, vbi ludi inſpiciuntur, & ſpectacula publica celebrantur, & dicitur, quaſi video, glo. in d. §. vniuerſitatis.

Stadium, pro ſpatio, ſumitur vnius miliarij, quod Hercules vno habitu currebat; ſed hic pro loco, vbi homines ſe exercent ad currendum, Latinè curriculum appellatur.

16 Alio modò particulari ſingulari acquiritur, veluti inuentione, occupatione, acceſſione, commiſtione, vſucapione, præſcriptione, & traditione titulo lucratiuo, vel oneroſo. Hæc ex toto corpore, tit.de acquiren.rerum dom.& Inſt.de rerum diuiſ.

17 Inuentione acquiruntur bona, quæ in nullius dominio ſunt naturali, quoddam iure ad omnes inuentores ſpectant, veluti lapilli, inuenti in lictore maris, Gemmæ, Margaritæ, & ſimilia, Inſt.eod.§.lapilli, hoc idem de Theſauris dicendum.

Eſt autem Theſaurus depoſitio pecuniæ in quantitate,cuius memoria non exiſtit,nec reperitur Dominus certus, ſic excludũtur cæteræ pecuniæ deperditæ, vt in tit. C.de Theſauris, & in hoc tria conſiderantur, locus an ſit religioſus, quia tunc, ſecundum ius ciuile, eſſet inuentoris, ſecundum ius Canonicum, medietas eſſet Prælati; ſi in fundo ſeculari, & particulari, tunc dimidiatur inter dominum fundi, & inuentorem, Inſt.eod. §.Theſaurum, ſi ager erit emphiteoticus medietas erit ſua, alia veri domini, glo. in d. §. Theſaurus; Inuentor ſi fuerit mercennarius, ſua erit mercede contentus, quam recipiet pro Theſauro, ex gloſ. ibid. C. de Theſauris.

18 Occupatione acquiritur dominium directum, & vtile,in rebus,quæ in nullius bonis ſunt, per regulam, quod nullius eſt occupantis fit, Inſt. eod. §.feræ, ſicuti animalium cunctarum, feræ naturæ occupatio, ſic excipiuntur domeſtica animalia, veluti apes, Pauones, manſuefacti Corui, Galine Anſeres, vt Inſt.de rerum diuiſ.§. Apum, §.pauonum, §.gallinarum, §. Item ea. Quæ quidem non occupantur, quia ſub dominio, & poteſtate aliena videntur eſſe, cum in cuſtodia domini ſint. Quod verum eſt, quia animo retinentur, cum animal ſoleat redire, vt Inſt. eod. §.anſeres. At cuſtodia in animalibus feræ naturæ eſt illa proſequi, dum capi quæritur, & donec ſub tuo aſpectu fuerint ſub tua cuſtodia dicũtur; veluti ſi vulneraſti animal,& aufugiẽs,facta eſt difficilis perſecutio,& è tuo conſpectu euaſerit,ita vt deſierit eſſe de tua cuſtodia, tunc occupãtis fit, Inſt.eod.§.feræ, & §.illud, & latius in tit. C.de venat.ferarũ. C. venatus ferarum.

19 Fit

19 Fit etiam acquiſitio acceſſione, & alluuione, eſt autem alluuio incrementũ latens, quod vel ſtatim, aut paulatim fit, Inſt. eod. §. præterea; eo quod flumina teneant vim iudicũ, auferend. à bono concedend. alteri; Ideò ſi vis fluminis ex alluuione partem fundo tuo addiderit vicini fundi tanto tempore, quod arbores, quos ſecum trhaxit in eodem fundo radices, emiſerit, iudicio peritorum, tuum erit, Inſt. eod. §. præterea, hoc idem accidit, ſi in mare, vel in flumine, fuerit effecta inſula, acceſſa materiæ impetu aquarum, ſi in mari occupantis, fit iure naturali, ſi in flumine inter vicinos facienda eſt diuiſio per modum longitudinis fundi exiſtentis propè ripã, at ſi alteri parti magis adhæſerit, erit habentis viciniora prædia, vt in d. §. præterea, & in tit. ff. de fluminibus. Contingit etiam inſulam creari, ex diuerſione fluminis, & efficitur eorundem dominorum, quoniam ex diuiſione fluminis non mutatur dominium; vnde ſi alueus deſierit, erit illorum, qui habẽt prædia vicina, ſi redierit, erit eorundem, Inſt. eod. §. inſula, & §. quod ſi naturale, Inſt. eod.

20 Inundatione, ſi campus mutauerit formam, vt, ſi facies, ſterilis fuerit effecta, dum erat fertilis, tunc dominus ammittit commodum fruendi; nõ autem proprietatem, §. alia, Inſt. de rerũ diuiſ. licet ammittat in quibuſdã caſibus, etiã proprietatem, l. habeo, ff. de acq. poſſ.

21 Commiſtione multis modis contingit, vel materiæ, aut vſu conſumuntur, vbi plantarum, literarum, & ſimilium, de quibus plura in d. tit. de rerum diuiſ. Ratione materiæ, vt ſi ædificium fiat in fundo alieno, vel de aliena materia, ſi iſta in mala fide facta ſint, ædificium cedit ſolo; mala fide ſi ſciebat fundum eſſe alienum, §. ex aliena, Inſtit. eod. & ibi glo. ſed ſi credebat fundum, vel materiam eſſe ſuam, tunc tenebitur ad extimationem materiæ, ibid. Inſt. §. ex diuerſo; ſic materia non vendicatur, ex l. 12. tab. at qui in ſolo ſuo ædificat de aliena materia ſub bona fide, tenebitur ad dupli extimationem, ſi autem ædificiũ corruat, tunc poterit materiam vendicare.

22 Ex commiſtione aliarum rerum, veluti Auri, frumenti, Vini, & ſimilium, fit acquiſitio his modis, ſi differentia erit inter dominum, & aurificum, & opus fuerit ſeparabile, vniculq; dabitur ſuam, ſin autem dominus materiæ obligabitur ad artificium, vt in indumentis, & ſimilibus, Inſt. eod. §. cum ex aliena, ſed ſi controuerſia fuerit inter dominos diuerſarum materiarum, tunc inſpicitur voluntas miſcentium, an talis miſtio ſit facta doloſè, vel ſub bona fide, & ſi ſeparatio fieri non poteſt, tunc res miſta erit communis inter dominos mãrum, Inſt. eod. §. ſi duorum, & §. quod ſi partem, & §. quod diuerſo, & §. quod fortuito, ſi caſu fuerit facta commiſtio, tunc iudex arbitrabitur de qualitate rerum, §. quod ſi frumentum, ſed ſi doloſè tunc dabitur actio furti.

Alia eſt commiſtio de re digniori ad rem minus dignam, & tunc minus dignam cedit digniori, vt ſi veſtis ornata purpura, vel alia digniori materia cedit purpura, vel digniori, ſed ſi purpura non fuerit contexta, tunc cedit veſtimento; quia poſita fuit ad ornamentum; & non eſt veſtis, & dominus purpuræ poterit vendicare, ſi bona fide factum fuerit, §. & ſi tamen, Inſt. eod. cum ſeq. ſed ſi mala fide contexerit purpuram, tenebitur de furto literis; & pictura, ſi fiat commiſtio, literæ aureæ, cedunt carthis; ſi dominus literarum ſub bona fide fecit, poteſt agere ad mercedem literarum, ſecus ſi in mala fide, Inſt. eod. §. literæ; Pictura facta in tabulis ſub bona fide, tabula cedit picturæ, & pictor tenebitur ad preciũ tabulæ, §. ſi quis, Inſt. eod.

Alia commiſtio eſt arborum, vt qui alienam arborem plantauit in ſuo fundo, cedit ſolo, ſed ſi quis ſuam plantam plantauerit in alieno fundo, tunc ſolo, poſtquam radices emiſerit, ideò arbores in confinio exiſtentes, habentes radices ex vtraq; parte, erunt communes, §. & Eltius, Inſt. eod. hoc intellige de tota radice arboris; idem ſeruandum in frumento ſeminato ſub bona fide, ſed ſi adeſt mala fides, tunc cedit ſolo, §. qua ratione, Inſt. eod. hæc ex tit. Inſt. de rerum diuiſ.

23 Fit pariter acquiſitio vſucapione, & eſt adiectio dominij, vel acquiſitio per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti; l. 3. de vſucap. Inductum dicimus de iure ciuili, quo verò ad inuentionem de iure gentium, l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, & hoc ad publicam vtilitatem ne dominia rerum eſſent in incerto; ſic ad pœnam negligentum hominum

in-

eſt inuenta, l. 1. l. furtum, ff. de vſucap. l. fin. ff. pro ſoc. Inſt. eod. in princ. & hoc rubricatur,
Inſt. ff. de vſucap. & C. communia, de vſucap. Continuata poſſeſs. eſt de mobilibus trien-
nium, de immobilibus decennium, inter præſentes, & inter abſentes, Inſt. eod. §. 1. & l. nun-
quam, §. 1. ff. eod. latius de his alibi, & poteſt continuari inter diuerſas perſonas, ita vt hæ-
res poſſit perficere tempus ſui defuncti, l. nunquam, §. vacuam, ff. de vſucap. l. iuſta, §. non,
& l. fin. §. fin. ff. eod. requiritur, quod res ſit corporalis, quoniam incorporalis non vſucapi-
tur, l. ſeruus, §. incorporalis, ff. de acq. rerum dom. niſi quatenus incorporalia adhereāt rei,
vt in ſeruitutē, l. aliena, §. acquiſitio, ff. eod. Talis itaq; poſſeſſio ſit probata à lege, ne res ſit
vitioſa, vt furtiua, vi expulſiua, vi ablatiua, & ſimilia, Inſt. eod. §. furtiuè, & §. quod autem;
Idem eſt dicēdum de illis, quæ ex furtiuis naſcuntur, ex Azo. in ſum. eod. tit. num. 10. & res
24 illa de ſui natura ſit apta vſucapi, ideò excipiūtur liber homo, res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ,
theatrum, forum, & ſimilia, l. vſucapiones, ff. eod. & ſit de re, quæ poſſit alienari, ſecus de
minorum rebus, vel alijs priuilegiatis, l. ſi fund. ff. de iud.

Inſt. ff. de vſucap.
C. Cōmunia de vſucap.

25 Præterea collige tria requiſita in vſucapione, vna ex parte rei, quæ non ſit vitioſa, nec
priuilegiata, ſecundò, ex parte perſonæ, quæ vſucapit, habeat bonam fidem, tertiò, ha-
beat iuſtam cauſam, ad quæ explicanda in iure plures rubricantur tituli.

Inde dicitur de vſucapione pro emptore; vt qui ſub bona fide emit, nō à dño, eo, quod
26 credebat illum dominum, ſi tempore debito poſſedit, vſucapione acquiſiuit dominium,
Inſt. eod. §. nouiſſimè, l. bona fide, ff. de verb. ſignif. & quando bona fides requiratur, latius
alibi. Sic vſucapitur pro donato, & pro dote nomine hæredis, ſic pro hærede, pro lega-
to, & ſimilibus cauſis lucratiuis, & onerofis, nam dum quis eo tit. rem poſſidet, vſucapit.
ſeruatis alijs de iure ſeruandis, de his infra, ſuis locis dicemus.

ff. Vſucapio. Pro empt. Pro Don. Pro Dote. Pro hære. Pro legat.

Tempus datum pro vſucapione in omnibus prouincijs nō erat æquale, ſed ſtilus erat di-
uerſus, vt in tit. ff. de vſucap. trāsformān. in prouincijs nullus poterat vſucapere res immo-
biles, quia dominia rerū erant penes Romanos ideò ſoluebantur ab incolis prouinciæ cer-
ta tributa, mobilia verò anno capiebantur, hodie ſublata eſt iſta differentia, ita vt eadem
conſuetudo ſeruetur in prouincia, quæ in Vrbe, & tempus appoſitum ſit commune omni-
bus, ideò dicitur transformandum.

ff. Vſuca. trā-ſformat.

27 Vſucapio compoſitum eſt verbum, ex vſu, & capio, cum in poſſeſſionem vſus verſetur;
ſic qui vſum alicuius rei mobilis capit, id eſt poſſidet dicitur vſucapere, quia propriè de
mobili eſt vſus, licet olim, & de immobilibus vſucapio dabatur, l. furtum, l. quamuis, ff.
de vſucap.

Alter modus acquirendi ſimilis vſucapioni eſt præſcriptio, & differt ab ea, quæ circa
28 mobilia tantum verſatur, quàm Azo, in ſum. eod. tit. Ita declarat. Præſcriptio eſt exceptio
ex tempore cauſam trahens, dicitur exceptio, quia ea ſi tuoretur contra moleſtantem, at
melius dicendum olim, quando interuenerat tempus decem, vel viginti annorū, etiam de
re mobili præſcribebatur, & non vſucapiebatur, & ſic ſub nomine vſucapionis ſumeretur
largè, glo. & Hoſtien. in ſum. de præſcrip. & eſt tex. l. 3. ff. de vſucap. & l. furtum, l. quam ra-
tio, ff. eod. & tunc deſcribitur, vt de vſucapione, ex Goffred. in ſumm. eod. eſt ius quoddam
29 ſubſtantiam, hoc eſt firmitatem capiēs, ex tempore, late in tit. ff. & C. de præſcriptionibus.

ff. C. Præſcripti.

Differūt ad inuicē in multis, præſcriptio, & vſucapio, primò, in materia, cum vſucapio ſit
de rebus mobilibus, præſcriptio de immobilibus, l. fin. C. eod. Inſt. de ſeruit. §. conſtituitur.

Secundò, in actione miſta, quæ datur in rem, & in perſonā, vt in hæreditatis petitione,
l. pen. C. de Conſt. pun. in cæteris adequantur. Poſtulat præſcriptio eadem requiſita, quæ
dicta ſunt de vſucapione, videlicet bonam fidem iuſtum, titulū continuatam poſſeſſionem,
rem non vitioſam, & tempus debitum.

Tempus ad præſcribendum erit diuerſum in præſcriptionibus, quoniam diuerſa legun-
tur tempora in iure determinata, quædam præſcriptio eſt quadriennalis, vt in tit. C. de
quadriennali præſcriptione, vbi datur beneficium emptori temporis prædicti contra ven-
ditorem, ita in bonis vacantibus occupatis à fiſco, l. 1. §. fratres, ff. de iure fiſci, & l. intra, §.
quadriennium, ff. de diuerſ. temp. præſcrip. Inſt. de vſucap. §. res.

ff. Diuer. tēp. præſcrip. C. quādiu pſcrip.

C. præſcript. 30. vel 40. ann.

30 Aliud tempus dicitur longiſſimum, quod eſt triginta, vel quadraginta annorum, & iſtud continet res perſonas, iura, & actiones, quæ omnia iſto tempore tolluntur, & tollitur omne vitium, vt in tit. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum; Intellige dummodo talia forent, quo tempus præfixum ad præſcribendum per ſe non habeant, vt in legato alternis annis, quoniam ſingulus annus habebit illud tempus, l. eos, ff. de annis legat.

C. quibus nõ obſic. lõgi tẽp. præſcrip.

Ab iſta regula multi caſus excipiuntur, quod non omnibus indiſtinctè noceat longi temporis poſſeſſio, veluti ex iuſtis cauſis abſentibus, captis ab hoſtibus, & ſic de ſimilibus, vt in
31 tit. quibus non obſit longi temporis præſcriptio; eſt autem longum tempus decennium inter præſentes, 20. inter abſentes, l. fin. C. de præſcrip. longi temporis, Inſtit. de vſucap. §. 1. Aliquando eſt ſpacium 20. annorum indiſtinctum, l. 2. C. eod. Aliquando eſt arbitrio Iudicis, l. ſi finita, ff. de dam. infect. §. nunc autem, & l. 1. in fine, ff. de iure de liber. l. ſi legatum, ff. de oper. libert. In perſonalibus ſumitur pro ſpatio 30. annorum, l. neq; C. de præſcript. long. temp. l. ſicut, de præſcrip. 30. ann. Interdum eſt 40. annorum, Archid. de præſcrip. c. 1. lib. 6. Interdum longum poſt annum, vt vetus 28. q. 8. cap. 1. Aliquando pro quinquennio, l. 1. §. quod dictum, ff. de ſeparat. ſic tempus recipit tres diſtinctiones, longum, longiſſimũ, longeuum, Azo. in ſumm. quæ ſit longa conſuetud. & nos ſupra in lib. 1. diximus, tamen generaliter decennium dicemus longum tempus, longiſſimum tempus continet ſpatium vitæ hominis, hoc eſt centum annorum, l. fin. C. de ſacr. ſanct. Eccl. Idem de longeuo, pro inueterato ſpatio centum annorum, Auth. de veſti, & ea, quæ parit. §. 1. & notatur in l. de quibus, ff. de legibus. Ideò ad excludendum longum tempus 10. annorum rubricatur de præſcripto 30. vel 40. annorum, quod tempus excedit decennium, quod eſt longum, vel illud etiam dicitur longum, quod excedit decennium, vſq; ad longiſſimum, vel longeum.

C. quibus caſibus ceſſet long. tẽp. præſcrip.

32 Alia limitatio contra præſcriptionem ponitur in tit. C. quibus caſibus ceſſat longi temporis præſcriptio, veluti ad fauorem perſonæ priuilegiatæ, vt pupilli, vel minoris, l. ſicuti, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. vel Del, vt res ſacræ ſanctæ, & religioſæ, quæ non præſcribuntur, vniuerſitatis, vel publicæ, l. vſucapionem, ff. eod.

C. vt itra certũ tẽpus.

33 Indicitur etiam præſcriptio contra fiſcum, qui procedere non poſſit contra delinquentes non accuſatos, ſi poſt accuſationem cauſa non fuerit proſequuta tempore determinato, ſ. biennio, vt in tit. C. vt intra certum tempus.

C. ſi ad creditores.

Præſcribitur etiam actio, quam quis habet in re, vt ſi creditor rem ſibi hyppotecatã pro debito permittit poſſideri à debitore, tempore debito præfinito à lege, vt in tit. C. ſi ad creditorem, de creditore dicemus infra.

34 Vltimus modus acquirendi eſt traditione, vt Inſt. de rerum diuiſ. §. per traditionem, cum duobus ſeq. & hic videtur rationabilior cœteris, cum nil magis cõueniat, quam, vt vnuſquiſq; rei ſuæ ſit moderator, & arbiter; & poſſit ad eius libitum diſponere, præterea acquirimus, & per noſmetipſos, vt Inſt. eod. §. 1. & per alias perſonas, vt per exiſtentes in no-

Inſt. Per quas perſ. nobis acquiratur.

35 ſtra poteſtate, in d. §. 1. quod & domino ignorante, etiam fieri poteſt, ex d. §. 1. & §. item, & latius de his habetur in tit. Inſt. per quas perſonas nobis acquiratur, vbi plures leguntur caſus, ſicuti de filio, quando acquirat patri de profectitijs, & aduentitijs bonis, in quibus pater acquirit vſumfructum, §. igitur, Inſt. eod. & §. vſufructus. Acquiritur etiam per extraneam perſonam, vt per procuratorem, & §. ex hijs itaq; Inſt. eod. & ita de ſingulis.

36 Modi acquirendi principaliter reducuntur ad duo, ad titulum, ſ. lucratiuũ, & onerosum; Acquiſitiones ex tit. lucratiuo ſunt diſpoſitiones defunctorũ, veluti teſtamentum, codicillum, donationes, & cœtera, quæ ex iſtis dependẽt, vt legata, ſubſtitutiones, fideicõmiſſa, & ſimilia, de quibus ſeriatim dicetur, vt ordine debito ſingulæ materiæ dilucidentur.

S V M M A R I V M.

1 Teſtamentum quot modis ſumatur.
2 Propriè quid ſit teſtamentum.
3 Quo iure ſit inductum.
4 Teſtamentorum genera.
5 Calatis comitijs quid ſit.
6 Procinctum quid ſit.

7 Per

7 *Per aes, & libram quid ſit.*
8 *Teſtamentum in ſcriptis quale ſit.*
9 *Teſtamentum ſine ſcriptis quale.*
10 *Ordo quid ſit.*
11 *Quid ſit ordinare teſtamentum.*
12 *Qui teſtari poſſunt, & qui non.*
13 *Fœmina teſtari poſſunt.*
14 *Filiusfamilia, & alij ſub poteſtate, quando teſtari poßint.*
15 *Obſes.*
16 *Pupillus, & impubes an teſtari poſſunt.*
17 *Furioſus, & prodigus.*
18 *Cœcus, Mutus, & Surdus.*
19 *Hæretici, & damnati.*
20 *Banniti.*
21 *Prohibitio teſtandi quæ.*
22 *Hæredis inſtitutio quid ſit.*
23 *Inſtituere quid ſit.*
24 *Inſtitutio quot modis ſumatur.*
25 *Inſtitutio directa, vel obliqua quæ.*
26 *Initium teſtamenti quale.*
27 *Inſtitutio quot modis ſumatur.*
28 *Conditio quid ſit.*
29 *Natura verè conditionis quæ.*
30 *Diuiſio conditionis.*
31 *Tacita conditio quæ.*
32 *Expreſſa quæ.*
33 *Quibus verbis inducatur conditio.*
34 *Conditiones poßibiles, & impoßibiles quæ.*
35 *Poteſtatiua conditio quæ.*
36 *Cauſalis conditio quæ.*
37 *Miſta quæ.*
38 *Inhoneſta conditio quæ.*
39 *Deriſoria conditio quæ.*
40 *Excluſiua conditio quæ.*
41 *Demonſtratio quid ſit.*
42 *Natura demonſtrationis.*
43 *Quibus verbis inducatur demonſtratio.*
44 *Cauſa quid ſit, & qualis proferatur.*
45 *Modus quid ſit.*

DILVCIDATIO IV. DE TESTAMENTIS.

1 TESTAMENTVM conſideratur, quatenus lucrum tribuit, & acquiſitionis modũ demonſtrat, & duplici ſumitur modo; Impropriè, & propriè; Impropriè ſub eo nomine cõtinetur omnis diſpoſitio de bonis facta, ſub contemplatione mortis, glo. in l. quoties, C. famil. erciſcun. & l. licet, C. de pact.& ſic trahitur etiam ad codicillos, glo. in l. 2. C. de Caſtren. pecul.& l.pen.C.communia deleg.& venit, tam valida, quàm inualida diſpoſitio, l.2. §.1. ff.quemadm. teſt.aperiat.ſic teſtamenta dicuntur ſubſtitutiones, legata, & ſimilia, Spec. de arbit. §. ſequitur, verſ. è contra, eo quod omnis teſtatio mentis dicitur teſtamentum, Inſt.de teſt.§.1.complectens omnia, quæ veniunt ſub intuitu mortis, l.ſi id, C.eod.

2 Propriè verò aliter ſumitur, & eſt voluntatis noſtræ, iuſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit, ſecundum glo.l.1.ff.de capit.domin.& in l.1. ff.de teſtamẽtis, addicur cum hæredis inſtitutione, & l.teſtamentum, C. de teſtamentis; Iuſta ſententia appoſita, quia voluntas deliberata requiritur, non enunciatoria tantum, & dum dicitur noſtræ voluntatis, excluduntur illi, qui ſub aliena ſunt poteſtate, qui teſtamenti factionem non habent, vt ſerui, l.qui in poteſtate, & l.4.ff.de teſtamentis; Iuſta dicitur, vt ſit facta, ſecundum ſolennitatem iuris, ne incapax inſtituatur, l.quædam, ff.de cond.Inſt.l minoris, ff. de cond.& demonſtr. l.1.cum glo. C.hæred. Inſt.vel ſic, iuſta, hoc eſt perfecta, ad differentiam diſpoſitionis inter viuos, ſecundum Doct. ibi. Alij verò ex huiuſmodi deſcriptione colligunt teſtamẽtum eſſe ſolum, quoddam intellectuale, & incorporale, cum ſit iuſta ſentẽtia voluntatis noſtræ, Bal.in d.l.1.de Teſt.Bart.l.ordinarij; C.rei vend.quod verum, conſiderata diſpoſitione noſtræ voluntatis, quæ indiuidua eſt, l.ſi quis, l.furioſum, ff.de Teſtamentis. Quo ad hæredis inſtitutionem, & voluntatem teſtatoris, quæ indidua ſunt, cum quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere non poſſit, l. poteſt quis, ff. de hæred. Inſti.

Secundum Azo in ſum.eod.tit.Teſtamentum eſt quædam ſolemnis ordinatio, tum Inſtitutione hæredis, tamen quo ad actum diſponendi, eſt quoddam diuiduum corporale, dum teſtamentum continet, & hæredis Inſtitutionem, legata, & ſubſtitutiones, ex Marlani ſoci. in rub.deleg.num.37.& 38.In cœteris, vt ipſe etiam tenet, dicitur quid indiuiduum.

Propriè itaq; appellatione teſtamenti venit teſtamentum, continens hæredis Inſtitutionem, licet quibuslibet placeat venire, & codicillum, & donationem cauſa mortis, ex quo iſta in eadem diſpoſitione videntur expreſſa, per l.teſtamentum, C.de teſtamentis, ſed alij excludunt codicillum, l.non codicillum, C.de teſtamentis, & ibi Bal. largè autem verũ eſt codicillos contineri, Bal. in l.noſſinicas, ff. de excu. tut. & ita, vt dictum eſt, omnis vltima voluntas nuncupatur teſtamentum, glo.in l.2.C.de Caſtr.pecu.in fin.& l.pen.C.communia de leg.glo.in l.1.in verbo (directo) ff.de teſtamentis. Propterea ſtatutum loquens de vltimis voluntatibus, intelligitur etiam de codicillis, Paul.de Caſtr. in l.hac conſultiſſima, C. qui teſt.fac.pot.ita & de omni teſtamento, tam ex ſcripto, quàm ſine ſcripto, l.quæ nuper. C. de inoff. teſt.

3 Teſtamenti factio eſt de iure gentium, l.ſi teſtamentum, C.de teſtamentis, glo.in l.1. C. de acq. rerum dom.in verbo (Ciuitatis) intellige de iure gentium *primeuo*, Bal.in l. ex hoc iure, ff.de iuſt. & iure. Ideò duobus teſtibus firmari poteſt, Inſt de leg.§.ante. Solemnitates autem ſunt de iure ciuili, Inſt. de teſtamentis, in primò, quo & alia noua forma inducta fuit, l.ius ciuile, ff.de iuſt. & iure. Ideò videtur dicendum duas eſſe ſpecies teſtamenti, vna de iure gentium, quod fit duobus teſtibus rogatis, l.2.C.de bon.poſſ.ſic tab.& l.hac conſultiſſima, & Auth.hoc inter liberos, §.per nuncupationem, C.de teſtamentis. Ex hoc notatur teſtamenti factionem eſſe publici, & non priuati iuris, l. 3. ff.de teſtamentis, & teſtator accipit facultatem à iure ciuili, impeditus autem à iure ciuili, ex alio priuato iure effici poteſt teſtabilis, glo.in d.l. 3.in primo.

4 Genera teſtamẽtorum diuerſificantur, ſecundum temporum diuerſitates, tamen ad quatuor modos reducuntur; vnum dicebatur calatis comitijs; ſecundò, procitum; tertiò, per aes, & libram; quartò, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, quod nuncupatiuum dicitur, Inſtit. de teſtamentis, §.1.

5 Primò, quod eſt calatis comitijs, erat tempore pacis, calatis comitijs, agere eſt bonis initijs .ſ. olim populus conuocabatur ad conciones, quæ comitia appellabantur, & calare idem eſt, quod conuocare, præterea calatis comitijs, concione conuocata dicebatur; Aderant ibi curiati, & centuriati viri, quibus cura Populi erat demandata, l.2. ff.de orig.iuris, glo. Inſt. de teſtamentis, §.1.

Qui teſtari cupiebat, ad concionem vocatus accedens, his vtebatur verbis. *Velitis, iubeatis, quirites, vt Lucius poſt mortem meam iure meam familiam capiat, Ita vos quirites rogo;* tunc exiſtentes in comitijs, tamquam bonis initijs vocati, comprobabãt illius voluntatem, & teſtamentum, calatis comitijs celebratum, nuncupabatur ad differentiam procinti.

6 Procintum, ſecundum genus teſtamenti, militare erat, eo quod militum veſtes procinti, & breues erant, quo tempore licebat militibus quocunq; modo voluntatem ſuam declarare, eo magis exiſtentibus in expeditione, nullis alijs ſolemnitatibus ſeruatis, Inſtit. de teſt. milit. §. 1.ſatis erit, vt his vtatur verbis, *talem hæredem meum facio, vel bona mea tali relinquo,* & hoc conſtet, vel ſcriptura ipſius militis, aut duobus teſtibus, & talis ſolemnitas eſt de iure naturali, & non ciuili, Inſt.eod.§. Ideo priuilegium, & ibi glo.extra autem tempus expeditionis, debet ſeruare diſpoſitionem iuris communis, Inſt.cod.§.illis autem. Immo ratione militiæ filiusfamilia de bonis caſtrenſibus, vel quaſi teſtari poteſt, Inſt. eod. §. ſed teſtari, & §. fin. licet fuerit mutus, & ſurdus, §.quin immò, durante, ſcilicet, militia, §. ſed hactenus. Tale teſtamentum in militia factum per annum, durat poſt expeditionem; niſi aliter ex delicto fuerit remotus, ex d.§.ſed hactenus; Quæ omnia latius in tit.Inſt.ff.& C.de militari teſtamento.

Inſt. ff. C. Milit. teſt.

7 Tertium genus erat per aes, & libram alio nomine per emancipationem, ſeu imaginatiam venditionem, Inſtit. de teſtis ordin.§.1.ſicut in venditionibus in ſtatera appendebantur venalia, & emptor tenens manu libræ pondus, & aes, & alia manu venalia dicebat, *hoc meum eſſe, idq; mihi emptum eſt,* & tunc aere percutiebat libram, ac ſi eſſet precium rei emptæ, vt refert Gell.lib.15. cap.17. Ita etiam in hæreditatibus ſeruabatur, & quia nõ interuenerat realis emptio; Idem imaginaria tantum appellabatur. Hæres his vtebatur verbis dum

Digitized by Google

dum aere libram percutiebat. *Familiam Lucij poſt eius mortem, tunc quiritum meam eſſe aio, eamq́; hoc nummo, aneaq́; libra mihi emptum eſto,* dicebatur etiam per emancipationem, quoniam emancipare, emere ſignificat per aes, hoc eſt, pecuniam, libram, ſtateram, ſcilicet.

Quæ teſtamētorum genera hodie in deſuetudinem abierunt, Inſt.de teſt. §.ſed illa,& venerunt alia duo genera in vſu recepta, in ſcriptis, & ſine ſcriptis.

8 Teſtamentum in ſcriptis eſt diſpoſitio teſtatoris, ſcripta manu ipſius teſtantis, vel alterius de eius iuſſu, talis itaq; forma erat de iure prætorio, aliæ ſuperius dictæ de iure ciuili; Propterea Prætor ſolemnitates adhibuit, ſeruandas probatorias, ne fraus menti teſtatoris daretur, de quibus latius in §.ſed prædicta, & §.ſed cum, Inſt. de teſtamentis, & l. hac conſultiſſima, C.de teſt. Spec.de inſtr.æditis, §.compendiosè,& inter modernos relat. à Rol. in conſ.36.lib.1.& ſumiſta, videlicet. Teſtator ſcribit manu ſua teſtamētū, vel alter de eius mandato, cum eius ſubſcriptione, adhibentur ſeptem teſtes, & hoc de iure ciuili, qui ſe ſubſcribunt, & ſigillo muniunt ſinguli de iure honorario, coram teſtatoro vnico contextu, licet poſſit vnico ſigillo etiam alieno ſigillari, dum tamen exprimatur, §.poſſunt, Inſtit.eod. Hoc genus teſtandi periculoſum eſt, qui ſi tempore aperitionis aliquis teſtium deceſſiſſet, & eius ſubſcriptio recognoſci non poſſet, dubitaretur de validitate teſtamenti, ſecundum Bart.l.2. ff.quemad.teſt.aperiant. De eius cautelis, vide cepol. caut.58.

9 Vltimum genus dicitur ſine ſcriptis,& hoc frequentiſſimus vſu receptum eſt, alio nomine nuncupatiuum; eo quod teſtator ſine aliqua ſcriptura de eſſentia actus ſuum hæredem nuncupat; Notarius ſcribit, vt perpetuò memoria conſeruetur ad probandā teſtatoris voluntatem, ex l.hac conſultiſſima, §.per nuncupationem, C.de teſtamentis, & prædicta declarantur in tit. Inſt.ff.& C.de teſt. Inſt. ff. C. de teſtam.

10 Præmiſſis conſideratis, videndum quomodo teſtamenta ordinentur, vt in tit. Inſt.de te- Inſt.
ſtamentis ordinandis, ordo eſt compoſitio rerum aptis,& ac cōmoditatis locis, ſic teſtamē- de teſtam. ordinādi.
ta componēda ſunt, vt ſua quæq; pars aptis locis accōmodetur; Ideo eſt parium, & diſpa-
11 rium rerum, ſuo loco collococanda, rectè diſpoſita; propterea ordo attendendus eſt in In-
ſtrumentis, vt in Auth.Quibus mod.nat.off.legit.§.huic ergo, coll.6.ad tollendas confuſio-
nes, vt in Auth. de hæred.& falcid. §.ſi quis autem, coll. 1. In teſtamentis prima ordinatio
eſt videre, qui teſtari poſſint; ſecundò, qui poſſint eſſe hæredes; tertiò, ſolemnitates debi-
tæ ſeruandæ.

12 De primo, qui teſtari poſſint, legitur in tit.C.qui teſtamentum facere poſſint,& Inſt.quibus eſt permiſſum facere teſtamentum; Quorum titulorum dilucidatio patet ex ſe, de materia igitur tantum dicemus, quantum ad præmiſſorum notitiam ſat erit; Regula vniuerſalis eſt vnuſquiſq; teſtari poterit, niſi à lege fuerit prohibitum, glo.in §.fin. Inſtit.de teſtamentis, ſic à lege quatuordecim perſonæ teſtari prohibentur, vti ibi glo. quæ in his verſibus continentur, teſtari nequeunt impubes, religioſus, morte damnatus, & ſub patre filius obſes Prodigus, ſtultus, dubius, ſeruus, furioſus, crimine damnatus, cum muto, ſurdus, & ille, qui maieſtatem læſit, cecumquoq;, iungas, & ſimilia. C. Qui teſt. fac. poſſ. Inſt. Quib. non eſt pmiſ. fac. teſt.

13 Vnde fœminæ teſtari poſſunt, cum ſub his non compræhendantur verſibus, vt per Auth. vt liceat matri, & auiæ, quo cauetur parentes aſcendentes, etiam matrem, & auiam teſtari poſſunt, relicta legitima filijs. Auth. Vt liceat Matri, & Auiæ:

14 Vt verſus melius intelligātur, collige capita iſta; ratione poteſtatis, ſicuti filij familias, l.qui in poteſtate, l.filiusfam.ff.de teſtamentis, l.pen.C.qui teſt.fac.poſſ.l.ſi quis, §.fin.ff.de irrito teſt.l.ex.milit.ff.de teſt.milit.l.Titius, l.ex tempore, l.fin.ff.de bon.poſſ.Inſt.eod.§ 1. Intellige de alijs bonis, quam Caſtrenſibus, vel quaſi, dum fuerit ſub poteſtate, Ang. Inſtit. eod. §. fin.

Monachus pariter profeſſus, qui ſub ſui Abbatis poteſtate viuit, teſtari non poteſt, vt in hoc æquiparatur ſeruo, l.quod attinet, ff.de reg.iur.c.non dicatis, 12.q.1.Bal.in l.Deo nobis, §.hoc autem, C. de Epiſcopis, & Cler.

15 Obſes,& qui loco captiuorū dantur hoſtibus, iurātes non recedere de certo loco, ſub certis pœnis, nō poſſunt teſtari, l.obſeſ.ff.de teſt.nec exiſtētes captiui apud hoſtes, Inſt.eod.§.fin.

16 Secundò, prohibentur ex defectu ætatis, vt pupillus,& impubes, ætas apta ad teſtandum eſt 14. annorum, in fœminis 12. completis, l.qua ætate,cum glo.ff.de teſtamentis, l.filiusfam.ff.eod.l.1.§.exigit, ff.de bon.poſſ.Inſt.eod. §.præterea, quia tunc carent recta ratione.

17 Tertiò, ex defectu mentis, vt furioſus, tempore furoris, Inſt. eod. §. furioſi, l. furioſum, C.eod.l.is cui lege, ff.de teſtamentis, l.qui teſt.§.nec furioſus,ff.eod.l.filiusfamilias,§.Marcellus, ff.qui teſt. fac.poſſ.

Ita & prodigus, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, l.is cui, ff. de teſtamentis, ibi glo.& Bart.Inſt.eod. §.item prodigi.

18 Quartò, ex defectu ſenſus, vt Cœcus, Mutus, & Surdus; Cœcus, qui nil penitus videt teſtando, debet ſeruare, l.hac conſultiſſima, C.qui teſt.fac.poſſ.& Inſt.eod.§.cœcus,& glo. fin.in §.fin.Inſt.eod.l.iubemus, C.de teſtamentis,& de forma etiam loquitur, Bart.l.ſi quæramus, ff.de teſtamentis, Spec.in tit.de Inſtr.edit.§.compendioſè.

Mutus, & Surdus, ſi ſimul concurrant, qui nil penitus audiant, vel loquantur, ſunt inteſtabiles, exceptis quibuſdam caſibus, §.item Surdus, Inſt.eod. l.diſcretis, C. eod.

Quintò, ex defectu criminis,ſicuti infames, infamia facti,ob quam quis priuaretur teſtamenti factione,vt ex delicto condemnatus, l.2.C.de dignit. lib. 12. Auth. credentes, C.de ſacr. ſanct. Eccl.

19 Hæreticus teſtari non poteſt, ex d.Auth.credentes, Bart.l.quæramus, C.de teſtamentis.

Damnatus ob carmen famoſum, l. is cui, §. ſi quis ob carmen, ff. de teſtamentis, & l.lex Cornelia, §.ſi quis, ff.de iniur. l.infamem, ff.de pub.iud.

Perduellio, l.quos nos, ff. de verb. ſignif. eo crimine damnatus, eſt inteſtabilis, Azo. in ſum. de teſtamentis.

Damnatus ob crimen leſæ Maieſtatis, l. pen. C. ad l. Iul. maieſt. Spec. de Inſtr. edit. §. 12.verſ. 14.Apoſtata, l.hi, qui ſanctū, C.de hæred. Intellige de Apoſtata à fide,vt ſi Chriſtianus, efficiatur Iudæus, vel Turca, l.3.l.apoſtatarum.C.de hære.

Tyranni prohibentur teſtari, Bal.l.decernimus, C.de ſacr.ſanct.Eccl. l.1. C.de hæret.& manich.

Condemnatus vitio ſodomitico, Spec.in d. §.compendioſè, num. 15.

Excommunicatus, iure Canonico, teſtari non poteſt, ex magis communi relata à Clar. in § teſtam. q.24.

Vſurarius manifeſtus, cap. quamquam, de vſur. in 6. niſi data cautione de reſtituendo ablatà.

Sextò, ex defectu incertitudinis ſui ſtatus, vt ille, qui ignorat an dominus, vel Pater ſit viuus, vel an ſit manumiſſus, glo. in l.ſtatim, ff.de teſtamentis, l.qui in dominij, ff.de teſt.

20 Septimò, ex defectu pœnæ, vt Banniti ad mortem, de quibus Clar. in §.teſt. q.19.

Condemnatus ad mortem, l.eius, §.ſerui, ff.de teſt. ita & condemnati ad perpetuos carceres, Ang. l.ſi quis mihi, §.ſi quis fiſci, ff.de acq. hæred.

Deſperati teſtari non poſſunt, l.eius, qui §.1.ff.de teſtamentis, ac damnati ad metallum, Bart. l. fin. C. de iuſt. & ſubſtat hæc compendioſè, de his, qui teſtari prohibētur, licet præter operis intentionem.

21 Alia conditio teſtantis eſt, quo ſuo libito nō alieno diſponat, qua de re, qui aliquem teſtari prohibuerit, non tantum ammittit partem, in qua de iure ſuccederet, ſed in alias incidir pœnas, & pars eius applicatur fiſco, vt in tit. C. ſi quis aliquem reſtari prohiberit; & prohibere non ſolum eſt, vt decedar inteſtatus, ſed etiam ſi minus fecerit, quam voluerit, vt ex corpore tit. colligitur.

C. Si quis aliquē teſta ri prohibuerit.

22 Alia pars ſubſtantialis teſtamenti eſt hæredis inſtitutio, l.illud ſcire, C. de iure codicill. §.fin.& l.non codicillis, ff.de teſtamentis, Inſt.de legat. §.ante hæredis, tantum eſt efficaciæ talis inſtitutio, quod ea ommiſſa reſtamentum ſuum ammiſit effectum, & non dicitur teſtamentum, vt ex rubricis conſtat, C.de inſtitutionibus,& ſubſtitutionibus, & Inſtit. ff.& C. de hæredibus.

C. Inſt.& ſubſtit.

Inſt. ff. C. De hæred. inſtitué.

23 Inſtituere idē eſt, quod ordinare, l. ſi quis, ff.de hæred. Inſt. Vnde inſtituere eſt aliquem in ſo-

in locum ſuum ordinare, tamquam dominum ſuorum bonorum, Azo. in tit. de hæred. Inſtit.& repræſentat perſonam defuncti, Auth.de iureiur. à min.præſtan.§.1.coll.8.

24 Triplici modo ſumi poteſt propriè, impropriè, & improprijſſimè. Propria inſtitutio eſt aliquem in ſuum locum ordinare, aut in totam, aut in quotam hæreditatis, l.quoties,§. de hæred. inſtituen. Impropria, quæ in quotis bonis hæreditatis liberis ab omni onere hæreditario aere ,ſ. alieno, vt inſtitutio facta à Patre filio in legitim a, quæ dicitur quota bonorum, non quota hæreditatis, quia hæreditas non tranſit, ſine onere, §.1. Inſt. de hæred. Inſt. Improprijſſima, quæ facta eſt in parte bonorum tantum ab omni onere libera, vt inſtitutus in certo fundo certa ſumma pecuniarum, l.ex facto, ff.eod.& l.quoties, C.eod.

25 Datur, & alia diuiſio; alia directa, quædam obliqua. Directa tribus modis fit; primò, cum exprimitur nomen, & cognomen hæredis in caſu recto. Videlicet Lucius, Titius hæres eſto, & iſta dicuntur verba mera, ciuilia, Bart.l.centurio, ff.de vulg. & pupill. num. 43. ſecundò, fit ſine alia nominis expreſſione, vt dum teſtator loquens cum hærede dicat eſto hæres; tertiò, fiebat ſine verbi adiectione, vt Titius hæres. Intelligitur tacite verbũ, eſto, ita vtebantur antiqui, hodie aliter ſeruatur, l.1.§.qui nunc, ff.de hæred.Inſt. Azo.in ſumm. C.eod.tit.recta, ſeu directa dicitur inſtitutio, quia ſemper in caſu recto diſponitur.

Indirecta, quæ per caſus obliquos fieri ſolet, & talis eſt hodie in frequentiori vſu, dum dicimus, *Titiũ hæredem inſtituo, facio*, & ſimilia,quæ non ſunt verba propriè ciuilia, l.quantum, C.de teſtamentis.

26 Qua de re initium teſtamenti eſt ipſius hæredis inſtitutio,& inſtitutus dicitur non ſolum ille, qui ſcriptus eſt, ſed etiam, qui nuncupatus, ff.de hæred. Inſt.l.1.& animaduertendum, quod inſtitutionem inducit verbum, ſic verborum vis ſpectanda, veluti inſtituo, hæredem facio, & relinquo aditum vniuerſali hæreditati, vel per ſubſtantiuum adiecto verbo hæredem .ſ. facio, Bal.in l.quoties, C.de hæred.Inſt. Abb in cap. Rainutius, & cap.Rainaldus de teſt. Inſtituo eſt verbum directum, ſecundum Dec.in conſ.478.num.3.in fine,& ſemper inſtitutio refertur ad tempus mortis, l.non tantum, §.liberi, ff.de bon.poſſ. contr. tab.

Plures habet ſignificationes verbum hoc inſtituo; nam aliquando ſumitur pro inſtru-

27 ctione, l.medico, C.de profeſſ.& med.lib.10. Inde liber inſtitutionum, hoc eſt inſtructionum in proœ.Inſt. §.cumque. Interdum pro approbare, & confirmare, extra de Eccl.ædific. cap. 3. c. præsbyteri de Monachis, & de re iud.c. cum bertoldus, in iure Canonico pro collatione beneficij, vt in toto tit.de inſtitutionibus, dicimus etiam leges inſtituũtur, dum promulgantur, c.leges, cap.in iſtis, diſt.4.& inſtitutum exponitur propoſitum, ff.de vſu,& habit. l.planum, §.equitij. Interdum inſtitutus pro ſubſtitutus, l. 1. ff. de tab. exhib. l.gallus, §.1.ff.de lib.& poſthum.l.filia, ff.de auro, & argent.legat.

At cum tales hæredum inſtitutiones fieri ſoleant, cum aliqua cõditione, demonſtratione, cauſa, vel modo, vt in tit.ff.de conditionibus, Inſt.& de cond. & demonſtr. & ſuum ſequemur ordinem colligendo ſua dicta. ff. Cõd. Inſt. de cond. & demõſtr.

28 Conditio eſt quidam actus ſuſpendendi futurum euentum rei, ex quo dependit confirmatio, & diſpoſitio, glo.in rub. ff. eod.vel ſic, ſecundum Bart. eſt quidam futurus euẽtus in quem diſpoſitio ſuſpenditur, dicitur euentus, tam conſiſtens facti in iure, quam in facto, l. multum, ff.eod.tam ſi ponatur negatiuè, quam affirmatiuè, l.in facto, ff.eod.futura reſpicit alias non eſſet conditio, l.inſtitutio in fine, Cod. de cond.Inſt. Propterea ſuſpendit diſpoſitionem ad differentiam rei certæ, cuius euentus non ſuſpenditur, vt in d.l.1.& ad differẽtiam conditionis neceſſariæ, quæ non eſt conditio, l.illa, §.fin.ff.de verb.oblig.& ad differentiam impoſſibilis, quæ actum non ſuſpendit, nec eſt conditio, l.3.ff.eod.

29 Natura veræ conditionis eſt tria continere; primò, expectare futurum euentũ,ſic excluditur tẽpus præteritũ,vel præſens, §.cõditiones, Inſt.de verb.oblig.& l.Inſtitutio,§.pen. ff. eod.ſecundò, quod diſpoſitio ſuſpẽdatur,ſic excluditur dies certus neceſſarius,& poſſibilis, tertiò, non contineat illud, quod ius diſponit, glo. in rub. ff.de cond.& demonſtrat.

30 Conditionum differentiæ ſunt quædam expreſſæ, quædam tacitæ. Tacita quatuor modis fit, ſecundum Bart.l.1.ff.eod.num.1.

 Primò,

Primò, cum nil exprimitur, tam de eo, quod ſuſpenditur, quàm de euentu in quem ſu-
31 ſpenditur actus, vt conditiones à lege intellectæ, l.3. ff.de leg.1. vt legatum non debeatur,
niſi adita hæreditate, vel teſtator aliter ordinauerit; propterea iſtam tacitam à lege dici-
mus, ſi nihil exprimitur, & euentus non ſuſpenditur, nec tempus, vt de legato dictum eſt.

Secundò, quando actus ſuſpendens exprimitur, ſed non euentus in quem ſuſpenditur, vt in conditione expreſſa per dictionem alias, vel alioquin, cum propriũ conditionis ſit continere ſuſpenſionem expreſſam, vel tacitum eueutum; vt dum lego fundum, vt hæc facias, ſic actus ſuſpendens eſt, vt hoc facias, & hoc eſt expreſſum, ſed euentus, ſi hoc non feceris tacitus eſt, dum dicit alias, vel alioquin.

Tertiò, quando vtrumq; exprimitur actus ſuſpendens, hoc eſt, vt hòc facias, & euentus futurus, ſi non feceris priuo, ſic principaliter denotatur teinpus, dum veneris, vel feceris, ſecundario, conditio, ex Bart. ibi.

Quartò modo dum vtrumq; exprimitur, ſed non porrigitur principaliter ad actum, vt in conditione, quæ inducitur per relatiuum quis, vel qui de quibus ſuo loco.

32 Expreſſa eſt, quæ tempus futurum reſpicit, & exprimitur, tam actus ſuſpendens, quam euentus, in quem ſuſpenditur, l.inſtitutio, §.pen.& §. condens, ff.eod.ſic in cõditione conſideratur actus ſuſpendens, & euentus.

33 Inducitur conditio pluribus dictionibus, coniunctionibus, aduerbijs, participijs, nominibus, & pronominibus, necnon relatiuis verbis, gerundijs, & ſupinis, ex Bart.in d.loco.

34 Datur, & alia diuiſio conditionum, veluti quædam poſsibiles, vel impoſsibiles, honeſtæ, & inhoneſtæ, poteſtatiuæ, aut excluſiuæ.

Impoſsibilis quatuor modis dicitur, natura, iure, ratione perplexitatis, & de facto, Bar. l. 1. ff.de cond. & demonſtr. Natura impoſsibilem dicimus, quæ naturæ repugnat, vt ſi diceretur, inſtituo te ſi mula pariet, aut homo pariet, vel æquus volabit, quæ conditio aliquando adicitur per modum diſpoſitionis, aut circa ſubſtantiale, vel accidẽs, vel per modum conditionis, quæ cum verificari non poſsit, habetur pro non appoſita, vt ibi Bart.

De iure impoſsibilis eſt, vt ſi eſſet contra formam iuris, dum inſtitutio confertur in alterius voluntatem, vel inſtitutio vitietur, l. illa, l. ſi quis Sempronium, l.captatorias, ff.de hæred. Inſtit. vel ſi teſtator dixiſſet, *inſtituo te, vt filium tuum prætereas, vel ſine cauſa exhæredes*, quæ ſunt contra, Auth. vt cum de appell. cogn. §.aliud quoq; & l.Titius, ff.de cond. & demonſtrat.

Ratione perplexitatis habetur in d.l. Titius, veluti ſi dixiſſet, ſi Titius hæres erit ſerus hæres eſto, nam ex hac prolatione perplexa, quid velit teſtator ignoratur.

De facto impoſsibilis eſt cũ aliquid iubetur, vel prohibetur, quod nullo modo fieri poteſt, vt ſi diceretur, inſtituo te ſi digito Cœlum tangis, Inſt. de hæred. Inſt. §. impoſsibilis, l. cond. ff. de cond. Inſt. Poſsibilis eſt, quæ de facili adimpleri poteſt, & naturæ non repugnat, nec iuris diſpoſitioni, aut facto, nec perplexitatem continet, & iſta dicitur etiam honeſta, & diuiditur in poteſtatiuam, caſualem, & miſtam.

35 Poteſtatiua conditio eſt illa, quæ conſiſtit in faciendo, vel dando, aut non faciendo, & ſit in poteſtate illius adimplere cum poſsit de ſui natura, l.ſi ita hæres, ff.de cond. Inſtit. & quædam eo viuente implentur, veluti ad vltimum vitæ ſpiritum, quædam nunquam impleri poſſunt, l.ſi filius, ff.de cond. Inſt.

36 Caſualis eſt illa, quæ ſe habet ad caſum neceſſarium, & tunc habetur pro pura, l.ſi pupillus, §.qui ſub.ff.de nouat. veluti ſi ſolecrietur cras, aut ſi caſus non fuerit neceſſarius, vt ſi nauis, ex Aſia veniet, Azo.in ſumm. C.de Inſt. & ſubſti.

37 Miſta dicitur quæ ex poteſtatiua, & caſuali participat, vt ſi diceretur, *inſtituo te ſi in Græciam ieris*, l. ſi pater, C. de impub. & alijs ſubſtit. l.ſi ſuus, §. peto, ff.de hæred. Inſt.

38 Inhoneſta conditio conſideratur multis modis, vel quia reſpicit malos mores, vt tollendi liberam teſtandi facultatem, l.repræhendẽda, ibi Bart. C.de Inſt.& ſubſtit.& l.ſi Titius, ff.de cond.& demonſtr. vel ſi teſtator prohibuerit ne ſui hæredes redimant filios captiuos, glo. ibi, & cum ſit contra formam iuris, ideò inhoneſta appellatur, l. conſtitutiones, ff. de

conſt.

Digitized by Google

cond.& Inſt.ac ſi dictum fuiſſet, *inſtituo te ſi filiam, quam de ſacro fonte leuaſti duxeris in vxo-
rem*, l.ſi quis alienum, §.fin.C.de nupt.necnon ſi fuerit contra prætorum ædicta, glo. in l. ſi
Titius, ff. eod. Dicitur etiam inhoneſta, quæ inhumana extitit, vt ſi dixiſſet teſtator, *inſti-
tuo te ſi oſſa mea inhumata proieceris in mare, vel canibus dederis dilaceranda*, l. quidam, ff. de
Cond. Inſtit.

39 Deriſoria eſt illa, dum teſtator mandauerit hæredi ſuo, qui coram populo dicat ludi-
bria, vel irriſoria verba, ex glo. in d. l. ſi Titius.

40 Excluſiua conditio eſt, dum in diſpoſitione, quædam formantur facta excluſione cętero-
rum, veluti ſi diceretur, inſtituo ſeium in omnibus meis bonis excepto fundo ſemproniano,
vel excepta tertia, aut alia parte hæreditatis, vel vſq; ad certum tempus, vel ex certo tem-
pore, vt ſi ex illa infirmitate non deceſſerit, & ſic de ſingulis, §.hæres, Inſt.de hæred.Inſtit.

Hæc de cōditionibus. De demonſtratione tractatur a Bart.in l.demonſtratio, ff.de cond.
41 & demonſtr. & eſt illa, quæ reſpicit aliquid iſtorum trium, perſonam diſponentem, per-
ſonam in quam confertur diſpoſitio, vel rem, de qua fit diſpoſitio, quæ omnia ſubſtantialia
actus dicuntur; Inde, quæ iſtis adijciuntur, inducunt demonſtrationem, Inſt.de leg.§.hinc.
Quædam aliæ qualitates reſpiciunt verbum, vel actum ipſius verbi poſitiui in diſpoſitione,
vt ſi teſtator dicat, lego ſeruo libertatem directò. Iſtud verbū directò reſpicit diſpoſitionē.

42 Natura demonſtrationis eſt recipere rem factam, vel perfectam, l. ſi nominatim, ff. de
cond.& demonſtr. ſed ſi reſpiceret accidens verbi non fieret demonſtratio, quia tunc deno-
tatur rem non eſſe perfectam, ſic potius dicitur diſpoſitio.

Propterea demonſtratio eſt quædam, ex inſtantibus, vel præteritis accidentibus notitia,
quo magis diſpoſitio ſit liquida, adhibita rei, quæ eſt in facto, non quæ ſit in fieri, ex Bart.
in d. l.demonſtratio: ex quibus habes, quod fit ex nomine ipſius rei, vel ex aliquo ſuo in-
ſtanti accidenti de re præſenti, vel præterita, vt dum volumus demonſtrare hæredem expri-
mitur nomen proprium, ex accidente dum dicimus, *Titium filium meum*.

Inducitur demonſtratio, ſecundum Bart.in d.l.demonſtratio, nomine, cognomine, & ſi-
43 milibus, §.ſi quis nomine, Inſt.de leg. ſic relatiuo iūcto verbo præteriti temporis, vel præ-
ſentis fit demonſtratio, d.§.huic. Coniunctionibus, & aduerbijs inducitur, quia magis ad-
hæret verbo ſic ſapiunt conditionis, vel modi.

44 Inſeritur in ipſa inſtitutione, aliquando cauſa, de qua Bart.in d. l.demonſtratio, §.quod
autem, ff.de cond.& demonſtr.& cauſam dicit eſſe quoddam præteritum, vel inſtans, quo
impellimur, vt aliquid diſponamus. ſic cauſa ſumitur pro illo actu impulſiuo, ſeu ſuaſiuo,
quo inducimur ad aliquid agendum, vel fugiendum, l.ſi ita, ff. eod. vt dum dicitur Titium
hæredem inſtituo, ſi negocia mea curauerit, qua de re cura negociorū fuit cauſa inſtitutio-
nis; ſumitur cauſa largè pro omni eo, ex quo aliquid ſequitur, l.cū hoc, ff.de except.rei iud.

Ad cognoſcendum, quando cauſa proferatur cauſaliter, vel conditionaliter, vide Bart.
ibi num.6. veluti ſi proferatur per dictionem (ſi) tunc habet vim conditionis, ſi per dictio-
nem (quia) tunc cauſaliter, Inſt.de leg.§.longè; ratio eſt, quia dictio (ſi) ponitur aliquando
dubitatiuè, l.cum ad præſens, ff. ſi certū petatur (quia) ponit rem pro certo. Dictio quan-
dò ponitur cauſaliter d. l. ſi ita, ff.eod.

Idem ſignificat dictio, *quod* dum ponitur, pro quia, l.ſi ita quis, §.ſeia, ff.de verb.oblig.
Cum ponitur caſualiter, vt lego tibi centum, cum fructus ſumpſero, l.cum quis, §.codicil-
lis, ff.de leg.tertiò, idem ſignificat dictio, *vt* l.fin.§.pen. ff.de act.empt. Idem dicendum de
dictionibus illatiuis, vt *ideo*, & idcirco, omnis dictio, vel coniunctio, quæ dubitatiuè po-
nitur conditionem ſignificat, vt ex Bart.in d. l. demonſtratio.

Modo, pariter diſponitur inſtitutio, de quo Bart. in l.quibus, §.Termilius, ff.de cond.&
45 demonſtr.& eſt modus, moderatio quædam diſpoſitioni adiecta aggrauans eum, qui hono-
ratur in tempus diſpoſitionis futuræ, vt ibi num. 10. ſic modus ponitur pro moderatione,
non ad limitandam, vel determinandam diſpoſitionem, ſicuti facit principaliter demon-
ſtratio, propterea omnis qualitas diſpoſitioni adiecta dicitur modus, l. quod conditionis,
§.1.ff.de donat.cauſa mort.

Sumi-

Digitized by Google

Sumitur in diſpoſitionibus vltimæ voluntatis, pro onere appoſito in vim modi, in quem diſpoſitio confertur in tempus diſpoſitionis perfectæ, ſic ad differentiam conditionis, quæ debet impleri antequam diſpoſitio ſortiatur effectũ, l. filiusfamilias, ff. de cõd. & demonſtr. ſed modus debet impleri, poſtea, in d. §. Termilius.

Inducitur ferè eiſdem verbis, quibus conditio, vt ibi per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis nomen quid.*
2 *Quot modis dicatur.*
3 *Propriè hæres, qui.*
4 *Impropriè hæres qui.*
5 *Appellatione hæredis qui.*
6 *Vniuerſalis, & particularis hæres qui.*
7 *Neceſſarij hæredes qui, & 10.*
8 *Sui, & neceſſarij qui.*
9 *Suitatis effectus qui.*
11 *Extranei qui.*
12 *Hæres quid ſit.*
13 *Tabula quare dicatur teſtamentum.*
14 *Apertio tabularum quid ſit.*
15 *Hæredes qui eſſe poßint.*
16 *Qui reiciantur ab hæreditate.*
17 *Hæreditas quid ſit, & 20.*
18 *Differentia inter hæreditatem, & bonorum poſſeßionem.*
19 *Diuiſio hæreditatis quæ, & 22.*
21 *Quo iure inducta ſit hæreditas.*
23 *Aliæ diuiſiones hæreditatis.*

DILVCIDATIO V. DE HAEREDIBVS.

EX iſtis ſequitur aliud ſubſtantiale, quod eſt hæres, qui in inſtitutione ex-
1 primitur. Hæres, ſecundũ ipſius nominis ſignificationem, idem eſt, quod dominus, glo. Inſt. de hæred. Inſt. §. 1. & de hære. qualit. & de natura, §. extraneus, l. his verbis, cum glo. ff. de hæred. Inſt. Dicitur dominus bonorũ teſtatoris, cum pro ea parte, in qua eſt inſtitutus defuncti perſonam repræſentet, l. aliqui, §. te, & filium, ff. de verb. oblig. & cenſetur vna eademq; perſona, cum defuncto, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & eſt nomen commune ad plura ſe extendens.

2 Hæres dicitur tribus modis, proprijſſimè, propriè, & impropriè. Proprijſſimè, qui re, & nomine eſt hæres; nomine, vt dum dicimus Titius hæres eſto ſimpliciter, ſed ſi adiciatur hæreditas, tunc erit hæres nomine, & re, Bal. in l. ſi modo ſpeciali, C. de teſtamentis. Ita ſunt filij, glo. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trab.

3 Propriè hæres eſt bonorum poſſeſſor, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, l. 1. §. bonorum, ff. ad Trabell. & Bart. l. conditionibus, §. ſi patronus, ff. de cond. & demonſtr. l. ſi filius, ff. quod cum eo, & l. fin. C. de edit. diui Adrian. tollen. Ideo dicimus Prætorem facere hæredem, hoc eſt bonorum poſſeſſorem, §. quæ autem, Inſt. de bon. poſſ.

4 Impropriè erit fideicõmiſſarius, l. filius, ff. quod cum eo, Alex. in l. 1. §. de illo, ff. ad Trabell. & Bart. legatarius dicitur hæres, l. in tempus, ff. de vſucap. Bart. l. Inſtrumenta, C. de fideicom. & ſingularis ſucceſſor erit hæres, quoad ius excipiendi non autem agendi, l. 1. ff. de except. rei iud. Bart. l. ſi tertij, §. ſi quis, ff. de aqua pluuia arcen.

Item inſtitutus in re certa, l. liberti, C. de oper. libert. lib. 1 o. l. ſi modo ſpeciali, C. de teſtamentis, l. quoties, C. de hæred. Inſt. Alex. poſt, glo. in l. ſi quis in priore, ff. de teſtamẽtis.

Item executores teſtamenti dicuntur hæredes grauati ad illud faciendum, Bal. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. Auth. licet, C. de nat. lib. l. 1. C. ad l. falcid.

Item omnes inſtituti quacunq; ſubſtitutione, vt notatur in l. Cẽturio, ff. de vulg. & l. precibus, C. de impub. & ibi Bart. & l. hæredes, §. culta, ff. ad Trabell.

5 Appellatione hæredis à teſtatore non venit hæres hæredis, Bart. l. filius, §. diui de leg. 1. & l. pater fam. ff. de vulg. ſed venit primus hæres, l. cum antiquitas, C. de vſufr. l. triannialibus, ibi glo. C. de leg. & ibi Bart. Item pater venit loco hæredis, licet extraneus inſtituat filium,

filium, Bal.l.fiu. C.de hæred.Inſtit. Necnon fiſcus dicitur hæres, quando ſuccedit ſucceſſorio edicto, Bal.in l. pen. C.ad Trabell.

Item in ſubſtitutione veniunt omnes deſcendentes illius, cui facta eſt ſubſtitutio, Iaſ. in l.Gallus, §.& ſi parentes, ff.de lib.& poſthu. vide eum.

6 Datur, & alia hæredum diuiſio ſumpta ab hæreditate, veluti vniuerſalis,& particularis, vniuerſalis eſt, qui in tota hæreditate fuerit inſtitutus, vel quaſi vniuerſalis, vt inſtitutus in quota parte hæreditatis,vel bonorum ; particularis,qui in re certa eſt effectus hæres, Bal.in l. fin. C.de hæred.Inſtit.

Alia diuiſio etiam proponitur, nam quidam dicitur hæres verus, quidam fictus, hic eſt qui efficitur ante aditionem hæreditatis, ille qui adit, & re vera eſt hæres.

7 Inſuper quidam hæredes dicuntur neceſſarij, quidam ſui, & neceſſarij, alij legitimi,quidam ſui,& legitimi,alij nec ſui, nec neceſſarij, ſed extranei, Inſt.de hæred. qualit. & differ. §.1.& in corpore prædicto declarantur. Inſt. hæred.qua lit.& diff.

Neceſſarij hæredes ſunt illi, de quibus agitur in tit.C.de neceſſarijs hæredibus inſtituen. C. Neceſſ.hæred.inſtituen.

Neceſſarius eſt hæres qui, ſiue velit, ſiue nolit,erit hæres, Inſt. eod. §. neceſſarius, veluti ſerui, cum libertate inſtituti ab eorum dominis ; nam mortuo domino, hæres ſeruus factus acquirit libertatem, & efficitur dominus bonorum, l.& ſi conditionem, §. fin. ff. de hæred. Inſt. l. ex parte, ff.de acq. hæred. Idem nuncupantur neceſſarij, niſi teſtator ſub hac conditione inſtituiſſet, ſi vellet, quæ verba de neceſſario faciunt voluntarium hęredem ; ſic ſolus ſeruus eſt neceſſarius, glo.in d.§.neceſſarius, per l.ſi alienam, ff.de hæred. Inſtit. & tempore mortis teſtatoris ſit in ſeruitute, ſecundum glo.ibi,tertiò, quod non ſit alteri legatus, quartò, aliunde libertatem conſequi non poſſit, quintò, nec ſit ei datus ſubſtitutus, ex glo. in d.§.neceſſarius erit itaq; hęres ſeruus ignarus, & inuitus, & à ſemetipſo accipit libertatem, l.ſed & ſi, ff.de hęred.Inſt.niſi dominus dixiſſet, *Inſtituo hæredem ſeruum meum, cum liber erit*, ex Azo.in ſumm.eod.fit etiam ſeruus hęres neceſſarius, quando eſt ſubſtitutus filio impuberi inſtituto, l.ſed & ſi plures, §.quos, ff.de vulg.ſubſtit.& hoc, ſiue libertas, & hęreditas ſimul relinquantur, ſiue in vno gradu libertas, in alio hęreditas, vel quia libertas in codicillis, & hęreditas in teſtamento ſit relicta, l.4.& l. 5. C.eod.

Sui, & neceſſarij ſunt alij hęredes, ita ſuitas deſcribitur, ſuitas eſt nomen, quoddam à
8 Doctoribus inuentum naturam ſuorum hęredum ſignificans, propterea non eſt ius, vt alij tenent, ſed eo nomine vtimur, vt naturam hęredum ſignificemus, qui videntur ſibi ipſis ſuccedere, ideò ſui dicuntur, & ad demonſtrandam qualitatem iſtius hęredis, qui ſunt, vt domini in vita teſtatoris, Alciat.lib.5.parerg.c.19.dicit eſſe qualitatē hęredū,qui primū in poteſtate paterna locum tenent, continuationem dominij,& neceſſitatem ſucceſſionis ipſo iure inducens. Propterea tam maſculi, quam fœminæ exiſtentes ſub poteſtate, & etiā nepotes dicuntur ſui, Inſt.eod. §.ſed & ſui, & ibi glo. At nepos exiſtens in poteſtate Aui erit ſuus hęres, ſed ſi haberet patrem vna, cum Auo diceretur dominus fictione iuris, glo.in d. §.ſed & ſui, & Sylu. ad glo. eo quod pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona, l.fin. C.de impub.& alijs ſubſt.§.ei, qui Inſt.de inutil.ſtipul.necnon, quia eiſdem bonis pater, & filius alentur, & eandem videntur habere poſſeſſionem. Ideò dicimus mortuo patre ſolam adminiſtrationem tranſit in filium, l.in ſuis, ff. de lib. & poſth. Inſuper ſui etiam ſunt, tam aſcendes, quam deſcendentes, l.vnica, §.1.C.de impetr. diuerſ.reſcript. lib.10.& l.nam & ſi parentibus, ff.de inoff.teſt.cum paritas ſucceſſionis ſit inter ipſos, l.fin. §.pen. C.de codicill. Auth.in ſucceſſione, C.de legit. hęred.filia itaq; fœmina dotata excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis non dicitur ſua hęres, ſecundum Sylu.ad glo.in d.§.ſed & ſi ſui. Item exhęreditati nō dicuntur ſui, Bart.l.1.§.ſciendum, ff.de ſuis, & legit.ita & qui è patria poteſtate exierunt, vt ibi glo.

9 Effectus ſuitatis eſt neceſſitas ſucceſſionis, & tranſmiſſionis eiuſdem, l. 1. C.de his, qui ante apert. tabul. Necnon ea tabulæ pupillares confirmantur, l. filius qui, ff.de vulg. dummodo ipſe, vel alter ſuo nomine ſe immiſcuerit, glo.in d.§.ſed & ſui, Bart. Alciat. & ſcribentes in d. l.filius qui.

10 Ne-

10 Neceſſarij dicuntur etiam filij, ex l. 12. tab. qui ſiue nollent, ſiue vellent erant hæredes exiſtentes in poteſtate tempore facti teſtamenti, & tempore mortis teſtatoris, & ſecundum aliot tempore additionis, Inſt.eod.§.in extraneis,& glo.ibi cōmuniter recepta,duo illa tantū tempora numerat, ſed de iure prætorio poſſunt hodie filij, ſi voluerint hereditatem paternam repudiare, & propterea non ſunt neceſſarij.

11 Alia heredum differentia eſt quoſdam dici extraneos, Inſtit. de hered. qualit. & differ. §. ſunt autem extranei omnes alij, neceſſarijs, & ſuis exceptis, Inſti eod. §. cœteri, veluti emancipati coniuncti, vel nullo alio vinculo parētelæ detentæ hoc verò ante additionem, quia poſſunt repudiare, ſed hereditate addita omnes ſunt neceſſarij, niſi in caſibus, de quibus ſuo loco dicetur, l.cum herede, l.cum hereditate, ff.de acq.hered. Iſti ſubdiuiduntur in ſuos, & legitimos, legitimi ſunt facti à lege, de quibus infra de ſucceſſionibus.

In hæredibus factis, in teſtamento attenditur voluntas teſtatoris, l. in conditionibus, ff.
12 de cond.& demonſtr.l.nemo poteſt, ff.de leg.primò,ibi Bart. In ſucceſſionibus verò ab inteſtato attenditur diſpoſitio legis. Regulariter ille dicitur heres, qui nominatus eſt à teſtatore, l.hoc articulo, ff.de hered. Inſtit. Inde portio aſsignanda heredi erit arbitrio teſtatoris, l.2.ff.eod.& vt verus ſit heres non tantū requiritur ſit quod ſcriptus in teſtam.ſed quod ſuperuiuat teſtatori, & adeat hereditatem, l.ſi filius heres, & l.filius à patre, ff.de lib.& poſthu.l.cum quidam, ff.de acquirin. vel ommitten. hered. l. 1.§.in nouiſsimo, C.de cad. tollen. l. 1.in fine, ff.de iniuſt. irrito teſtamento. At ſi heres inſtitutus eſſet de liberis teſtato-
13 ris, & decederet ante additionem traſmitteret ad ſuos liberos deſcendētes,& dicuntur heredes teſtatoris, l.vnica, C.de his, qui ante apert.tab. ita declarat, glo.in tit. C.de his, qui ante apert. tab. Tabula appellatur teſtamentum, vel quia ſumitur pro carta, in qua teſtamenta ſcribebantur; vel quia in rei veritate ſcribebantur in tabulis ceratis, l. 1. ff. de bon.
14 poſſ.ſecundum tab.& eſt propriè teſtamentum in ſcriptis, l. 1.§.hoc, ff.quemadm teſtamenta aperiantur. Talis apertio fit mandato Iudicis,mortuo teſtatore, pro additione hereditatis, l.1.& l.cum ab initio, ff.quemad. teſt.aperiantur; latius, infra dicemus.

C. His, q an. aper.tab.

Videndum eſt modò, qui ſint inſtituendi,vt in tit. Inſt.de heredibus inſtituendis; neceſ-
15 ſario inſtituendi ſunt aſcendentes, & deſcendentes, vt in ordine ſucceſsiuo, Auth. vt cum de appell. cogn. aliud quoq;, quod ſeruandum eſt non tantum in natis, ſed etiam in naſcituris filijs,vt in poſthumis,vt in tit.C.de poſthumis hered.inſtituen.& ff.de liberis,& poſth. hered.Inſtit.de liberis, & poſthumis, ſupra in ſecundo lib. diximus. Tales itaq; neceſſario ſunt inſtituendi heredes, vel ex eadem nominatim exheredandi, vt in d.Auth.hoc aliud, vt cum, de appell.cognoſcatur.

Inſt. de hæred. Inſtit.

C. poſthumis her. Inſt. ff. liberis, & poſth. hered. Inſt.

Poteſt teſtator,& alios facere heredes,tam ſeruos proprios, quam alienos,vt in §.1.Inſt. de hered. Inſtit. niſi ſeruus adulteraſſet cum domina, quia vt indignus hereditate priuatur, Inſt.eod.§.eſt etiam cauſa, non tātum ſeruos, ſed etiam alios à lege probatos vnum,& plures, vſq; in infinitum, §.& vnum hominem, Inſt.eod.& ibi glo. Intellige, vt ſint ſubſtituti, & confirmare poſsint teſtamentum additione, ita vt omnes adire poſsint, vel vnus nomine aliorum, vt ibi inſuper, & poteſt facere hæredem ignotum hominem, quam teſtator nunquam viderit, §.fin. Inſt.eod.

16 Reputantur nonnulli, tamquam incapaces ad hereditatem, veluti damnati ad metallū, l.in metallum, ff.de his, qui non pro ſcripto. Ita, & rebelles, ex forma ſtatuti, & banniti, Ang.in § in extraneis, Inſt. eod. Alex.conſ.26. lib.1.& damnatus ob crimen famoſum, l.is cui, §.fin.ff.de teſtamētis. Ita & Heretici, reiterantes Sanctum Baptiſma, Apoſtate,& ſimiles, Bart.l.cum Senatus,ff.de rebus dub.l.1.C.de Iud.l.quoties *(la ſeconda)* ff.de hered.Inſt.

Incerta perſona, quæ nec ex futuro euentu verificari poteſt, ſed ſi poſſet verificari,vt de filio naſcituro,tunc valet, l.tempus, §.quoties, ff.de vulg & pupill. l gallus, §.quod ſi, ff.de lib. & poſthum. tamen regulā multas recipit limitationes, de quibus ſuo loco dicemus; inſuper, & ex defectu natalium, vt ſpurij, l.1.l.2.l.3.ff.de natur.lib. Ang.Inſt.§.hæres, de hæred.Inſtit.& l.his, qui inſolidum, ff.eod.

Ita dici poſſet de incapacibus rætione renunciationis factæ in religione,vel de indignis,

vt in

vt in tit. ff. & C. his qui, vt indigni, & ad Senatuſconſult. Syllan. & Claudianum quibus multi excluduntur, vt ibi indigni ſunt, qui teſtatoris ſui occiſi mortem, nõ vlciſcuntur iure medio, ante additionem hæreditatis, vt in d. tit.

ff. C. His, qui vt indigni.

Indignus etiam eſt, qui ſibi ſcripſit hæreditatem ex teſtamento facto, ex dolo, vel fraude, & propterea omni commodo hæreditatis priuatur, & incidit in pœnam falſi, vt in tit. ff. his, qui pro non ſcript. nam tales pro non ſcriptis habentur in teſtamento.

Ad Senat. Conſult. Claudiã. & Syllã.

ff. His, qui pro nõ ſcrip.

Nunc videndum, in qua re ſcriptus ſit hęres, ſcilicet in bonis defuncti, hoc eſt hęredita-
17 te, vt in l. 2. ff. de hęred. inſtituen. & l. ſi ita nupſerit eod. Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tempore mortis ſuæ, deducto ære alieno, glo. in Inſtit. de autor. tut. §. neq; tamen. Talis itaq; ſucceſſio fit duobus modis, ex teſtamento, & ab inteſtato, hic de teſtamento agemus; ſi conſideremus ius ſuccedendi, dicitur quoddam incorporale, quo verò ad rem ipſam eſt corporale, Inſt. per quas perſ. nobis acq. Azo. in fin. Differt à bonorum poſſeſſione, nam ſucceſſio fit ex diſpoſitione legis tantum, bonorum poſſeſ-
18 ſio, fit à Prætore, Inſt. eod. §. quos autem; hæreditas eſt vt genus, bonorum poſſeſſio vt ſpecies, l. hæreditatis, ff. de verb. ſignif. quamuis nonnulli teneant idem eſſe.

Secundò, ita ſucceſſio fit à lege, quia mortuo teſtatore lex diſponit, vt ille ſuccedat, qui à teſtatore erit inſtitutus, vel in gradu erit proximior, vt ad bona, iura, & actiones admittatur, ſed bonorum poſſeſſio fit tantum in bonis.

Tertiò, talis ſucceſſio fit in vniuerſum ius defuncti, quod habebat à tẽpore mortis, quia hęreditas non dicitur viuentis, l. 1. ff. de hæred. vel acti, l. quæſitum, §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. ideò excluditur æs alienum.

Sex requiruntur ad acquiſitionem hæreditatis, ſecundũ glo. Inſt. per quas perſ. nob. acq. §. ideò placet.

Primò, quod inſtitutio ſit facta contemplatione mei, cum meũ ſit id, in quo ſucceditur.

Secundò, accipiens hæreditatem ſciat conditionem ſuã, an ſit liber, vel ſeruus, & habilis.

Tertiò, quod adeat iuſſu teſtatoris, qui ſolus poteſt facere hæredem.

Quartò, quod hæres adeat, ſpontè non coacte.

Quintò, quod quærat ſibi, non nomine alieno.

Sextò, vt bona fide poſſideat, & ſciat bona illa fuiſſe teſtatoris, ex d. gloſ. & dicto §. ideò placet.

Hæreditas differt à bonis, ſecundum l. ſi quis ſeruum, §. fin. & l. ſeq. ff. de legat. 2. ibi Bart. nam hæreditas dicitur etiam ante additionem, ſed bona dicũtur poſtea, glo. & Doct. in l. eius, qui, vbi, Bar. ff. ſi certum petatur, quamuis Bal. videatur ſentire contrariũ, ſecundum glo. in l. 1. §. veteres, ff. de acq. poſſ. facta additione dicuntur bona hæredis, vnde hęreditas, & ſic hæreditatis nomine venit omne id, quod eſt teſtatoris tempore mortis, glo. in l. Lucius Titius, ff. de leg. primo.

Sicut diuerſimodè inducitur hæreditas, ita variè ſumitur, propterea quædam inducta di-
19 citur de iure ciuili, alia de iure gentium, quædam de iure prætorio.

De iure ciuili hæreditas appellatur collectio omnium iurium, & actionum, tam directarum, quam vtilium, ex l. nihil eſt, ff. de verb. ſignif. talis hæreditas fuit inuenta, antequam
20 fuiſſent Prætores; nam ex tali iure ciuili multi erant incogniti, qui ad ſucceſsionem nõ vocarentur, veluti emãcipati, & ſimiles, ſic Prætor induxit bonorum poſſeſsionem, tales itaq; bonorum poſſeſſores habent ius ſuccedendi in vniuerſum ius defuncti ex iure Prætorio. De iure ciuili non acquiritur dominium rerum ſingularum, ſed nudum nomen tantum, l. 2. §.
21 ſed ſi, ff. ad Tertull.

De iure gentium, ſecundum Vaconium in declar. 49. lib. 3. num. 16. ante ius ciuile rerum dominia cœperunt, vt ex l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. Ita eodem iure, abſq; alia iuris ciuilis diſpoſitione bona mortui patris remanebant eorum filijs, tamquam naturali iure eis debita, l. cum ratio, ff. de bon. damn. Ita legitur ſeruatũ etiam in veteri lege, cum Iſac ſucceſſerit etiam patri ſuo Abraham, & Iacob, Iſac. Etiã ita alij filij naturali quadã ratione vocabantur ad ſucceſsionem, & talis naturalis ratio ius gentium nuncupatur, cum ſit illud,

quod apud omnes gentes cuſtoditur, §.ius autem, Inſt.de iure natur.gent.& Ciui.& Bart.in l.interdum, ff. de cond. indebit. Ex hoc iure inducitur, quod hæreditas non eſt ſine teſta- [illegible], Inſt.de [illegible]agat.

De iure Prætorio hęreditas eſt eadem, cum bonorum poſſeſſione, §.quos, Inſt.eod, & hæc eſt vna diuiſio ſumpta, ex cauſa efficienti.

Datur, & alia materialis diuiſio hęreditatis, quæ in ſuas partes integrales diſtinguitur;
12 Nam ius appellat hæreditatem Aſſem, ex glo. Inſt.de hęred. Inſt. §.hęreditas, & talis aſsis componitur ex duodecim vncijs, & quælibet ſuum ſortitur nomen, de per ſe.

Sexunex, hoc eſt ſemi vncia, vel vnciæ dimidia pars.

Vncia eſt duodecima pars hæreditatis.

Sextans, vnciæ duæ, quæ ſunt ſexta pars hęreditatis.

Quadrans, vnciæ tres, quæ ſunt quarta pars hęreditatis.

Triens, vnciæ quatuor, quaſi continens tertiam partem hęreditatis.

Quincunx, continet vncias quinque.

Semis continet dimidiam totius Aſsis, & ſic vncias ſex.

Septunx, continet vncias ſeptem.

Bes continet duas tertias partes aſsis vncias octo.

Dodrans continet vncias nouem, quartas, ſcilicet tres aſsis.

Dextans continet vncias decem.

Deunx continet vncias vndecim.

Aſsis continet libram compoſitam, ex duodecim vncijs. Fit etiam tranſitus aliquando ad plures libras, hoc eſt ad plura dipondia. Nam dupondium cõtinet duas libras. Tripondium tres, ſic de ſingulis, §. res, Inſt. de teſtamẽto, & tunc ad dupondium, vel tripondium aſcendimus, quando teſtator in diuiſione hęreditatis in plures partes, quam duodecim diuiſit. Nam teſtator hoc facere poteſt, §.hęreditas, §.videamus, Inſt.de hęred.Inſtit.veluti ſi quis videretur inſtitutus in dimidio bonorum, alter in ſextam partem, & alter ſine parte in ſolo aſſe. quo caſu fit tranſitus ad dupondium, ex mente teſtatoris, & ſeruantur iura digeſtorum, ſecundum Azo.in ſumma, C.de hęred.Inſt.num.24.& numerantur in ſola hęreditate vncia ſex pro dimidia, duę pro ſexta parte, 12.pro ſolo, quæ faciunt vncias 20.& diuiſio talis terminabitur; inſtitutus in ſex vncijs habebit ſuas partes, & ſic inſtitutus in ſexta parte, quæ faciunt vncias octo, & remanebit aſsis integer, inſtituto in ſolo aſſe. Si verò non appareret de mente diſponentis, tunc ſeruantur iura codicis detractis partibus expreſsis, quod ſupereſt, erit inſtituto, ſine portione expreſſa, §.ſi plures, Inſt.eod.& l.itẽ quid, ff.eod.

Dicimus etiam hęreditatem iacentem, quando adeſt ſpes adeundi, Bart.in l.ſi quis hę-
13 res, ff.de hęred.Inſt.vacuam repudiatam eſſe, & facta diligenti inquiſitione nullus reperiatur, qui velit hęreditatem acceptare, l.ſancimus, ibi glo.ff.ad Trabell. Aliam delatam appellamus, quæ adiri poteſt, l.delata, ff.de verb.ſigni. vel deferatur ab inteſtato, vel ex teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quid ſit.*
2 *Filius quando dominus.*
3 *Legitima quanta ſit.*
4 *Triens quid ſit.*
5 *Ex quibus detrahatur legitima.*
6 *Falcidia ex quibus detrahatur virb vir.*
7 *Quare ſic dicatur.*
8 *Quare edita.*
9 *Cauſa inſtitutionis falcidiæ.*
10 *Appellatione falcidiæ quid veniat.*
11 *Trabellianica quid ſit.*
12 *Vnde dicatur.*
13 *Cauſa cius edicti.*
14 *In quibus differat à falcidia.*
15 *Pegaſianum quid.*
16 *Obſeruanda pro detractione Trabellianicæ.*
17 *Appellatione Trabell. an veniat falcidia.*

DILV-

DILVCIDATIO VI. DE QVARTIS.

COGITVR teſtator præſtare ſuo hęredi aliquam certam partem ſuæ hęreditatis, ſicuti legitimam, Trabellianicam, vel falcidiam, de quibus hic dicemus.

1 Eſt autem legitima pars bonorum à lege deſcripta, quæ prouenit, & debetur aſcendentibus,& deſcendentibus ab inteſtato de iure naturæ debito, deducto aere alieno, & funeris impenſa, Auth. nouiſsima, vbi glo. C.de inoff. teſt.& in cap. Rainutius, extra de teſtamentis.

Dictum eſt, pars bonorum, quia debetur libera, ſine onere hęreditario, Bart. l.quoties, C.de hęred. Inſtit. à lege videtur inducta .ſ. naturæ, quo iure bona patris ſunt debita filijs,
2 l.cum ratio, ff.de bon. damnat.& filius dicitur quaſi dominus ſubſtantiæ patris, glo. in §. ſi quis, in Auth. de hęred. & Falcid.

Talis itaq; portio non tantum eſt à lege ordinata, ſed etiam ab ea taxata, quæ de iure di-
3 geſtorum erat quarta, l.Papinianus, § quarta, ff.de inoff. teſt.& Inſt.eod. §.fin.& l.parentibus, l.cum quæritur, C.eod.& locus erat de omni eo, quod ille eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, ſed hodie de iure, Auth.de Trienti, & ſemiſſæ aliter ſeruatur, vbi quantitas, ſecundum numerum filiorum terminatur. Auth. de Triēti, & ſemiſſis.

4 Triens ſumitur, vt dictum eſt pro tertia parte Aſsis. Semis pro medietate, ſic aliquando erit tertia pars legitima, aliquādo ſemis, ſecundū numerū filiorū, quibus legitima debet

Veluti ſi filij eſſent numero 4. tunc tertia, ſi vltra ſemis eorum, quæ eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, vnde verſus.

Quatuor, aut infra dant natis iura Trientem,
Semiſſem verò dant natis, vel quinq;, vel vltra; ex glo.in §. ſi.Inſt.de inoff.teſt.

5 Debita dicitur deſcendentibus in bonis aſcendentium, ſic & aſcendentibus in bonis deſcendentium, ſecundum Bart.in l.nam & ſi parentibus, ff.de inoffi.teſt.l.pater filiū, ff.eod. Sed cum in bonis defuncti non contineatur æs alienum, nec funeris impenſa; ideò illis detractis, de reſiduo ſumitur legitima, l.Papinianus, §.quarta, ff.de inoffi.teſta.

6 Detrahitur aliquādo alia quarta, quæ falcidia nuncupatur, de particularibus legatis debita hęredi inſtituto, Inſt.ad l. falcid. §. 1.cum ſeq.& l.1.ff.eod.dicta eſt falcidia à Falcidio Conſule, vel Tribuno, legiſlatore, ſecundum glo. in d.§.1.& Sylu. ibi in addit. Falcidium
7 fuiſſe Tribunum Plebis aſſerit Conſ. Gn. Domitio Caluinio, & C. Aſinio Pollione, dum Octauianus Imperator dominabatur, cap.quodam diſt. 2. Verba legis Falcidiæ referuntur
8 ab Alexandro in lib.5.Genial. dier.cap.25. *Ratio editionis legis fuit, ne hæreditates iacerent; & mens teſtatoris vacua remaneret,* ex l.12.tab. libera erat facultas conceſſa teſtatori legādi, vel diſponendi totaliter de toto eorum patrimonio, licet pro hærede nil remaneret. Verba legis hæc erāt. *Vti quiſq; legaſſet ſua rei ita, Ius eſto,* vt in d.§.1.Inſt.eod. qua de re, cū vt plurimū hęreditates efficerētur damnoſæ pro hęredibus ſcriptis, & oneroſæ, ex quo vltra vires hæreditarias grauarentur hæredes, lex Fuſia edita fuit, & l. Vaconia, quibus, hæredibus erat prouiſum, vt teſtamentum exequeretur, vt declarat Alciat. lib. 5. parerg.
9 c. 23. Sed cum ille leges cumulatè negocio non ſatisfacerent; lata fuit lex Falcidia, qua ita hæredi prouiſum fuit, vt quarta pars illi remaneret; ſi quid vltra dodrantem teſtator diſpoſuerit de omnibus legatis factis in teſtamento ad inſtar falcis, æqualiter ſecantis, hęres ſuam quartam reſecare poterit in reſtitutione rei legatæ; non in vna parte tantùm, ſed in omnibus, gloſ. & Sylueſt. in d. §. 1. Inſtit. eod. Sed quando legatum continet partem bonorum, hæredi licebit dare, aut partes bonorum, aut eius æſtimationem, l. 1. ff de leg. 1. His, qui teſtamento delent.
At ſi legatum eſſet vnum tantùm, legatarij arbitrio erit, vel partem dare, aut æſtimationem, l.planè, §.ſi ſolus, ff.eod. vbi non cadit diuiſio, arbitrio erit Iudicis, ex d.§.1.Inſt eod. & l.ſi amplius. Hoc factum, quia publici iuris eſt, vt vnuſquiſq; poſsit teſtatus decedere, & nec iudicia hominum fiant irrita, iux.l.vel necare, ff.quemadmodū teſt. aperiatur; Ideò

hodie non datur caſus deſtitutionis teſtamenti, Authen. hoc amplius, C. de iudic.
10 Appellatione Falcidiæ propriè veniunt ea, quę in deſcriptione dicta ſunt, impropriè,
& largo modo, ſecundum Rip. in l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam, nu. 1. continentur om-
11 nes quartę, tam Falcidia; quàm Trabellianica, & legitima. Idem dicit Bart. in d. l. in quar
tam, & latius in tit. Inſt. ff. & C. ad l. Falcidiam.

Inſt. ff. C. ad l. Falcidiam.

Si cui plus, quam quod ſibi ex l. Falcidia debetur ſuſceperit, de iure prętorio prouiſum
eſt, legatarium teneri ad dandam fideiuſſionem, ſi quid acceperit vltra reſtituturum, vt
in tit. ff. ſi cui pluſquam, per l. Falcidiam, & Bart. & Rip. in d. l. in quartam, glo. & Syluæ.
in § & cum, Inſt. eod. in verb. legare.

ff. Si cui plus, quã per l. Falcidiã.

Si duo eſſent hęredes, & vnus grauatus, alter verò non, & iſte poterit quartam detrahe-
12 re, quamuis ſuus cohęres non eſſet grauatus; Nam in ſingulis hęredibus Falcidia ponenda
eſt, ex d. §. & cum, Inſt. eod. Ratione patrimonij tempore mortis, non autẽ acceſſus poſtea
facti, deducto ære alieno, & funeris impenſa, & pretijs ſeruorum, §. cum aũt. Inſt. eod.
13 Altera quarta dicitur Trebellianica, & eſt lex, ſeu Senatuſconſultum, quo hęres graua-
tus poteſt quartam ſibi retinere, §. 1. Inſt. eod. & l. 1. ff. eod. dicta à Trebelliano Conſule.
14 Duo fuerunt huiuſmodi Senatuſconſulta, Pegaſianum, & Trebellianum. In Pegaſiano hæ-
res poterat retinere quartam, ſi fuiſſet grauatus, retentis ſibi oneribus hęreditarijs, niſi p-
uidiſſet ſibi ſtipulationibus, vt bona hæreditaria diuiderentur inter ipſum, & fideicommiſ-
ſarium, Inſt. de fideicom. hęred. §. quod quia. Necnon ex Pegaſiano hęres poteſt cogi, vt
adeat à fideicommiſſarijs, & tunc cõmodo hęreditatis priuatur, & onera transferebantur
in fideicommiſſarium, ex d. §. ſed quia; editum Pegaſo, & Druſiano Coſſ. tempore Augu-
ſti Imperatoris, ſed tẽpore Neronis Anneo Seneca, & Trebelliano Maximo coſſ. aliter fuit
prouiſum; & Pegaſiano ſublato, venit Trebellianũ. Ratio editionis fuit, ne hæredes gra-
uati reſtitutione dimitterent hæreditatem; at cum poſſent quartam retinere; ſic coguntur
adire, ex d. §. ſed quia; propterea hæredes non grauantur vltra dodrantem, & onera cum
fideicommiſſario diuiduntur; ſecus in Pegaſiano, cum onera eſſent integra reſeruata hæ-
redi, ideò ſi hæres coactè adiret, commodè priuaretur, & talis compulſio à Trebelliano
(excluſo Pegaſiano) videbatur inducta, ex d. §. ſed quia. Pegaſianum duo tollit; ſtipulatio-
nes captioſas, & multiplicitates. Differt à Falcidia, quia iſta detrahit quartam ex legatis,
quando tranſcenderent dodrantem; Trebellianica reſecat ex fideicõmiſſo vniuerſali; In-
ſuper Falcidia detrahitur de vniuerſitate hæreditatis, & in hac imputantur legata, & dona-
tiones, l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam. In Trebellianica veniunt ſolum hæreditaria. non
legata, nec donationes, l. Neſſenius, ff. ad l. Falcidiam. Doct. in d. l. in quartam, & glo. in c.
Raynutius, de teſtamentis.
15 Omnis virtus Pegaſiani tributa eſt Trebelliano, adeo quod nomen totum mutatum vi-
detur. Attenditur itaq; in tota hæreditate. At ſi quis inſtitutus eſſet in vna parte, & gra-
uatus in ea, poſſet & in ea ſuam partem retinere, §. nihil autem, Inſt. eod.
16 Quinq; ſunt obſeruanda, vt Trebellianica detrahi poſſit, ſecundum Bar. in d. l. in quar-
tam, vt ſpontè adeat, alias ſi coactè, ea priuatur.
Secundò, vt ſit grauatus reſtituere.
Tertiò, vt reſtitutio fiat, itaut in fideicommiſſarium tranſeant omnes actiones.
Quartò, deductio fiat de parte, in qua eſt inſtitutus, & grauatus.
Quintò, vt hæres, qui reſtituit, habeat exceptionem, ſi conueniatur, & remoueatur ex-
ceptione, ſi agat.
Tres ergo ſunt quartæ, quæ hoc nomine appellantur, Legitima, Falcidia, & Trebellia-
17 nica, vt Doct. declarant in d. l. in quartam; ſed propriè appellatione Trebellianicæ non ve
nit Falcidia; l. pater filium, ff. ad Trebell. & glo. in l. quod bonis, §. fructus, ff. ad l. Falcidiã;
& latius de his in ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Inſt. de fideicom. hæred.

ff. Ad Senat. conſ. Treb.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura an ſit neceſſaria in teſtamento in ſcriptis.*
2 *Quid in teſtamento nuncupatiuo.*
3 *Quot teſtes adhibendi, & eorum qualitas.*
4 *Forma ſcripturæ qua.*
5. *Delere quid ſit.*
6 *Aperire teſt. quid ſit.*
7 *Tabula teſtamenti nulla quando.*
8 *Deliberare quid ſit.*
9 *Additio quando facienda.*
10 *Inuentarium quid ſit.*
11 *Quæ bona inuentarianda.*
12 *Edictum Diui Adriani toll. quid ſit.*
13 *Adire quid ſit.*
14 *Decedens hæres ante aperitionem quis ſuccedat.*

DILVCIDATIO VII. DE SOLEMNITATIBVS.

ALia pars principalis teſtamenti eſt ſolemnitas, inducta de iure Ciuili, quæ verſatur, vel circa probationem actus, aut circa ipſam ſcripturam, vel ad executionem ipſius teſtamenti.

1 De primò probandum eſt teſt. ſcriptura legitimè facta de teſtamento in ſcriptis, vt forma traditur, in l. hac conſultiſſima, C. de teſtamẽtis, ibi Doct. & Specul. ponit hanc praxim de Inſtrum. edit. §. compendioſè, & Rolan. in conſ. 36. lib. 1. cum ſimilibus, quibus cauetur ſeptem teſtibus firmandum, eorum manu ſignatum, & ſigillatum vnico, vel ſingulorum ſigillo.

2 In nuncupatiuis verò licet ſcriptura non ſit de ſubſtantia, tamen ad conſeruandam memoriam teſtatoris à publico tabellione diſpoſitio notatur, Bald. in d. l. conſultiſſima, in l. quod ſine C. de teſtamentis, loco Notarij de iure Canon. poterit Parochus; c. cum eſſes, de teſtis; licet contrarium videatur in c. ſicut, de cler. vel monach. quod Sacerdos non poſſit exercere officium Tabellionatus; limitatio tantum in hoc adhibitis duobus teſtibus; in cæteris actibus ſecularibus, & non neceſſarijs, ſecus.; ita tenuerunt Bart. in l. vniuerſos, C. de decur. lib. 10. Alex. in l. impuberem, ff. de falſ. Bald. in l. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur.

3 Adhibentur etiam teſtes ſeptem, l. hac conſultiſsima, §. per nuncupationem, C. de teſtamẽto, Inſt. eod. §. paulatim, l. 1. C. de bon. poſſ. l. ſimus, C. de teſtamentis, & habeant requiſita à lege, vt ſint ſani mente, l. cum antiquitus, Inſt. eod. §. teſtes, & l. is cui, ff. eod. non ſint impuberes, in d. §. teſtes, & l. qui teſtamẽto, ff. eod. nec ſeruus, in d. l. qui ſeruus, C. de teſtamentis, nec mutus, aut ſurdus, in d. §. teſtes; nec cœcus, ſecundum Ang. ibi. De muliere tenet Iaſ. de communi, quod ſic, l. fin. C. de teſtamentis; nec participãtes de hæreditate. glo. in d. l. is cui, & Inſt. eod. §. neq;, & §. legatarij. adhibeantur ſponte, l. qui teſtamento, §. fin. ff. de teſtamentis. Rogati, & vocati, Bart. l. hæredes, §. teſtamentis, ff. eod; ſint præſentes, Ang. in §. ſed hæc, ff. de teſtamentis, & audientes voluntatem teſtantis, l. fideicommiſſa. §. quoties, ff. de leg. 3. & alia ſimilia, quæ alibi latius exarabuntur.

4 Alia ſolemnitas ſeruatur circa ipſam ſcripturam, ſuas debitas partes continentem: põt ſcribi pluribus cartis, l. vnum, ff. de teſtamentis, Inſt. eod. §. ſed vnum, breuiaturis ordinarijs, Bald. in Auth. quod ſine, C. de teſtamentis, ſi quid fuerit caſſatum, cauſa annotetur, Doct. in l. fin. C. de edit. Diui Adriani toll. Contineat tempora debita, l. ſi onus, C. de teſtamentis. Poteſt etiam ſcribi Græca, vel Latina lingua, in d. l. hac conſultiſsima, §. fin. ibi
5 Bald. de teſtamentis. Latius de his in tit. ff. de his, quæ teſtamento delentur. Delere idem eſt, quod cancellare, & quod ſcriptum fuerat legi non poſsit, hoc eſt oculis percipi non valeant, quæ erant ſcripta, l. 1. §. legi; & l. cancellauerat, ff. eodem. nam deleta dicuntur, quæ oculis non percipiuntur expreſſa literis; licet quis ingenio ſuo per antecedentia, & ſequentia verba adaptauerit, glo. ibi (*Si extrinſecus*) & quando ex hoc ſcriptura vitietur, vide ibi Doct. & in d. l. 1. latius, & in ſequẽtibus declaratur, & videndum an hoc Conſultè iuſſerit teſtator, quoniam tunc non nocet. ff. His, qui teſtamento delen.

ff. C. Queadm. teſtamẽ. aperian.

6 Datur & modus; Mortuo teſtatore, aperiendi teſtamenta, vt in tit.ff.& C.quemadmodũ teſtamenta aperiantur. Aperire teſtamentũ eſt voluntatem teſtatoris publicè declarare, vt recitetur, mandato Iudicis, l.1.& l.cum ab initio, ff.eod. l.1.C.eod. dum ſignatores coguntur ſigilla recognoſcere, & ea, quæ de teſtamento in ſcriptis dicta ſunt, & leguntur in d.l.cum ab initio, ff.eod. Modus ibi datur, dum ſperantes ſucceſsionem coram Prætore ꝑ huiuſmodi aperitione inſtant, & Iudex tunc exequenda committit.

ff. Si tabulæ teſtamenti nullæ.

Quo aperto, & declarato, prius de validitate, vel nullitate agitur, vt in tit. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ, quod de teſtamẽto ſine ſcriptis verificari poteſt; aperitio etiam de ſcripto dicitur, d.l.teſtamenti, C. eod. cum ſeq. licet, & verificari poſsit, etiam de teſtamento inſcriptis, per in Rub. ff. eod. & duo videntur tituli ſimiles; ſi tabulæ teſtamenti extabunt, vel ſi nullæ; ita vt non extent; ſicut diximus, & ſecundum tabulas, & contra tabulas, quæ

ff. De iure deliberãdi.

7 vtroſq; caſus continent, vt ibi in Rubr. Nullæ dicuntur, quando extant, ſed non de iure, vt quia nomen hæredis deletum ſit, ita nt legi non poſsit, vt in d.l. vnica, ff.eod. & talis delectio facta ſit ante mortem conſulto teſtatore, vt ibi glo. ſic nullitas hic conſideratur tantum in ſcriptura, vt in d.l.vnica, licet plures ſint aliæ nullitates, vt infra ſuis locis.

Tunc viſo teſtamento de iure valido, de iure Digeſtorum hæres ſcriptus tenebatur deliberare de adeundo, vel omittendo hæreditatem, vt in tit.ff.de hære.deliberan. Eſt autem deliberare, ſecundum Azo. in ſum. eod.tit. diligenter conſiderare, vel explorare quid ſibi

8 magis expediat, & hæreditatem quantocitius adire, vt in l.1.& ſeq. ff.eod. & tempus erat diuerſum; vltra annum non concedebatur, nec minori termino, quam centum dierum, ſic arbitrio Prætoris vnico termino, vel pluribus tempus condonabatur; ſed eo elapſo, hæreditas deferebatur ad venientes ab inteſtato, l.necnon.ff.eod. Hodie iſta ſolemnitas non da

9 tur, quoniam hæredes ſcripti tenentur adire, vt in Auth. de hæred. & Falcid. Infra annum à die notitiæ, quia ibi ſubuenitur hæres, ne hæreditas ſit dãnoſa. Facto inuentario, & adhibito beneficio d.l.at eo tempore elapſo, hæreditas tranſit ad venientes ab inteſtato. Ita de extraneis habetur.

10 Sui autem perpetuò poſſunt adire, niſi ſponte renũciauerint, l.licet, C.eod.l.1. C. de his, qui ante apert.tab. Sed ſi infra annum ſe immiſcuerint, dicuntur hæredes, poſſunt hæreditatem adire, veluti extranei, cum beneficio legis, & inuentarij, vt in d. Auth. de hæred. & Falcid.

Inuentarium eſt deſcriptio rerum in hæreditate defuncti inuentarum, ex l. ſcimus, §. ex omnibus, C.eod. celebratur coram teſtibus, ſi fieri poteſt, etiam coram ipſis legatarijs, de-

11 ſcribuntur bona, tam ſtabilia, quam mobilia, à teſtatore poſſeſſa, & ſi fuerint aliena, Azo in ſumma C.eod.tit.& Bal.in l.fin. C.de iure delib.ac depoſitata, vel commodata, Alex. in l.ſi de eo, §.ſi furti, ff.de acq.poſſ. complendum eſt ante tres menſes, incohandũ infra menſem. Praxis traditur in d.l.fin. C.de iure delib. & Angelus in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff.ſi cui plus, quam per l. Falcid.

C. Edicto D. Adr.toll.

Facta deliberatione hæres ſcriptus petit à Iudice mitti in poſſeſſionem, ex l. fin. C. de edict.Diui Adria. toll. dicitur de tollendo, eo quod prius iniqua continebat, nam petens ſe

12 immitti ex teſtamento debebat tollere vigeſimam partem hæreditatis, quod hodie ſublatum eſt. Hoc Cæſar ordinauit, vt publicis bellis ſubueniret, cum maxima æris penuria grauaretur, ſic erat tamquam vectigal iſta vigeſima conſtituta, vt refert Dion. lib. 53. de bel. Rom. *Licet aliqui ſentiant Auguſtum exemiſſe à tali onere, filios, & pauperes hæredes.* In alijs autem ſeruabatur viceſima, ſicut & de aperiendis teſtamentis. Traianus autem parentes, & fratres ea immunitate ornauit, ſed nil de aperiendis tabulis, ſecundum Plin. in Panagiri, Adrianus ſucceſſor Traiani, nihil de viceſima ſtatuit, ſed tantum modum de aſſequẽda hæreditate, appellatione ſublata teſtamento non cancellato exiſtente. Non legitur à quo iſta viceſima ſit ſublata, ſed ante Iuſtiniani tempora. Ideò ſeruatum fuiſſe teſtatur in d. edicto, C.Diui Adrian. toll. Adrianus dabatur annus ad accipiendam poſſeſſionem, & hoc fuit abrogatum, propterea Adriani leges fuiſſe in toto abrogatas, & nouam eſſe conſtitutionem Iuſtiniani. Vide Cuiacium in commentarijs lib.3. vt 5. & 6. ad ſent. Iulij Pauli, Alciat. lib.

3. di-

3. diſput. iuris cap. 6. Cælius Rodhug. lib. 26. cap. 14. & 15. de magis communi teſtantur.
13 Adire hæreditatem eſt cauſa velle conſequi, & habere, præterea non tantum eſt facti,
quam animi, & in nuda voluntate conſiſtit, nam ita animus requiritur, vt velit eſſe hęres,
Inſt. §. fin. de hęred. qualit. & differẽtia. Declaratur, vel verbis expreſsis, vel factis immiſcẽ-
do ſe in hæreditate, Bart. & Doct. in l. gerit, ff. de acq. hæred.
14 Si ante apertas tabulas hæres ſcriptus decederet, ne legata, & cœtera redderẽtur vana,
prouiſum fuit inter deſcendentes, vt hæreditas tranſmittatur ad eos, ac ſi in teſtamẽto eſ-
ſent inſtituti, l. vnica, C. his, qui ante apertas tabulas hæred. tranſmitti. C. His, q ante apert. tabul.

SVMMARIVM.

- 1 *Inofficioſum teſtamentum quid ſit, & quare dicatur.*
- 2 *In, dictio, in verbo inofficioſo quid imputet.*
- 3 *Cauſa inofficioſi teſtamenti qua.*
- 4 *Præteritio quid ſit.*
- 5 *Inter quas perſonas conſideretur præteritio.*
- 6 *Qui ſint inſtituendi, & quo.*
- 7 *Exhæreditatio quid ſit.*
- 8 *Quomodo facienda.*
- 9 *Cauſa exhæreditationis, & 10. & 11.*
- 12 *Perfectum teſtamenti quale.*
- 13 *Iniuſtum teſtamentum quid.*
- 14 *Infirmum quale.*
- 15 *Irritum quale.*
- 16 *Cauſa irritandi teſtamenti qua.*
- 17 *Ruptum teſtamentum quale.*
- 18 *Cauſa rumpendi teſtamenti qua.*

DILVCID. VIII. DE INOFF. RVPT. ET IRRIT. TESTAM.

VIDIMVS neceſſaria ad validitatem, & executionem teſtamenti; modò ſu-
pereſt, de cauſis, quibus teſtamenti executio retardari debeat, videndum,
veluti de Inofficioſo, Rupto, irrito, infirmo, imperfecto, & iniuſto teſtam.
1 Inofficioſè teſtamentum dicimus factum contra pietatis officium; ſic di-
ctio (In) denotat contra, ſecundum Azo in ſumm. C. eod. tit. officiũ hic ſu-
2 mitur pro pietate, quæ debet eſſe inter patrem, & filium, ac viciſſim inter 1
aſcendentes, & deſcendentes, l. per ſe, ff. de obſeq. necnon inter collaterales in primo gra-
du, quos reſpicit pietas, nam contra pietatem eſt alios extraneos ſuis coniunctis anteponi,
ex Bart. l. ſi quando, §. generaliter, C. eod. tit. Bal. l. ſcimus, §. cum autem, C. eod. & Inſtit.
eod. §. 1. & in toto tit. ff. & C. de inofficioſo teſtamẽto, propterea tunc dicimus inofficioſum, ff. Inſt. C. Inoffic. teſtamen.
quando præteritur; qui naturali æquitate fouente ſunt inſtituendi.
Prima cauſa Inofficioſi teſtamenti eſt præteritio, Inſt. eod. §. 1. Eſt autem præteritio om-
3 miſſio inſtitutionis illorum, quod teſtator inſtituere, vel exhæredare tenebatur, l. ita ta-
men, §. qui rogatus, ff. ad Trebell. Talis inſtitutio ſat erit, quod facta ſit in re propria te-
4 ſtatoris, glo. in l. 3. & l. ſed, & verum, ff. de minor. & quod relinquitur ſit iure inſtitutionis,
l. inter cætera, ff. de lib. & poſthum. §. cæterum, Auth. vt cum, de appella. cognoſc. nec ſa-
tisfacit, ſi iure legitimæ, vel Falcidiæ, ſecundum communem, per ius, in Auth. nouiſsima.
C. de inoffi. teſtamen. nec ſi pro benedictione, vt antiqui faciebant, qui benedicendo inſti-
tuebant, glo. in l. quoties. ff. de hæred. inſt. Si aliter ex conſuetudine ſeruaretur.
Qua de re præteritio non continet ſolum inſtitutionem, ſed nec exhæredationem, gloſ.
in §. 1. Inſt. eod. & in tit. ff. & C. de liberis præteritis. Talis præteritio conſideratur inter a- ff. C. Liber. præterit.
5 ſcendentes, & deſcendẽtes, vt in d. Auth. vt cum, de appell. cognoſc. necnon inter fratres,
cum turpis perſona anteponeretur, §. cauſas, in d. Auth. & facit teſtamentum nullum, cum
ab initio non conſtiterit: Nam lex damnat illos præteriri, qui viuente teſtatore erãt quaſi
domini, l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. in dicta glo. & additio ad eam, §. 1. Inſt. eod. & eſ-
ſet contra regulas iuris, vt dominus eſſet filius, & ſcriptus hæres in ſolidum, l. ſi vt certo, §.
ſi duobus, ff. commodati; Inſtituendi ſunt non ſolum nati, ſed etiam poſthumi teſtatoris,
6 tam maſculi, quàm fœminæ, ff. poſthum. Inſt. eod. necnon nepotes, mortuo patre, viuẽte

auo,

auo, §. poſthumorum, Inſt. eod. & ibi plures numerantur caſus. in milite habetur pro expreſſa exhæredatione, §.pen. Inſt.eod. quæ conſiderantur in ſuis hæredibus, ideo mater,& auus maternus prætereundo videntur exhæredare, quia in his non conſideratur. Poſſunt autem iſti agere inofficioſi teſtamenti, §.ſi.cum glo. Inſt.eod.

Alia cauſa inofficioſi teſtamenti dicitur exhæredatio, quæ eſt priuatio ſucceſſionis in ea
7 re, in qua quis eſſet neceſſario inſtituendus, l.ſi quis, C.de lib. præterit. & Inſt. eod. §. 1.& in dicta Auth. vt cum de appell. cognoſc. §. aliud quoq;. Dicitur exhæredatio, quaſi hæreditatis priuatio, & ibi Azo in ſumm.

8 Purè itaq; facienda eſt, ſecundum glo.in d.l.3.§.filius.ff.de lib.& poſthum. necnon nominatim, dum dicitur, *N.exhæres eſto*, vel ſimilib. verbis, §.1.Inſt.eod. Inſuper fit à ſolo gradu, non autem à certa perſona, & à tota hæreditate, non autem à certa re; & in teſtamento, in quo hæreditas datur deſcendentes iam natos, non autem poſthumos naſcituros, ſic,
9 & aſcendentes, vt in dicta Auth. vt cum de appell. ſequeſ. Exprimenda eſt cauſa à teſtatore, & probanda ab hærede; & cauſæ ſunt 14. pro aſcendentibus contra deſcendentes, vt in dicta Auth. vt cum, §.aliud quoq;,& glo.in c.Quintauallis, ext. de iureiuran.veluti iniectio manus violentæ in ſuos; iniuria grauis, verbis, vel factis illata; accuſatio criminalis; parare inſidias maleficijs, vel veneno. ſi filius maleficus efficiatur, vel alio quocunq; modo inſidiauerit pro nece ſuorum, commiſcens ſe vxori, vel concubinæ patris. Si pater graue impendium ſuſtinuerit, ex dilapidatione ſubſtantiæ à filio. Si filius noluerit fideiubere inquantum potuerit pro patre. Si prohibuerit eos teſtari. Si filius contra patris voluntatẽ inter arenarios, vel mimos fuerit conuerſatus, & perſeuerauerit. Si filia inhoneſtè vixerit, dum pater eam voluerit tradere nuptui. Si filij debitam curam non egerint parentum furioſorum. Si neglexerint liberare patrem de carcere, & ſimilia.

Sunt etiam cauſæ ad fauorem deſcendentiũ contra ſuos aſcendentes, vt ſi parentes ma-
10 chinati ſunt mortem filiorum. Si veneno, vel maleficio illis inſidiauerint. Si pater cum nuru, vel concubina filij ſe immiſcuerit. Si prohibuerit teſtari de rebus ſuis. Si dederint venenum vxori filiorum ſuorum, vel eiſdem filijs. Si neglexerint curare filios furioſos, vel illos captiuos non redimere; aut ſi pater fuerit hæreticus.

11 Cadit ẽt exhæredatio inter fratres, ſi turpis pſona fuerit inſtituta, l.patris, C.de inoff.teſtam. Auth.de nuptijs, §.conſiderandum, coll.4.& cauſæ ſunt tres, vt ſi frater procurauerit mortem fratris. Si accuſauerit, vel alium induxerit ad accuſandum fratrem criminaliter. Si frater in bonis ſui fratris fecerit maximam iacturam. De exhæredatione plura legũtur in tit.Inſt.exhæredat. liber.

Inſt. Exhæredat. liberis.

Dicimus etiam non ſolum teſtamentum inofficioſum, ſed etiam imperfectum; Perfectũ
12 dicitur, quod ſuis partibus conſtat, l.1. in princ.ff.de orig.iur. cum glo. Ita imperfectum, ſi aliquid de ſubſtantia deficeret, veluti, cum partes eſſentiales teſtamenti ſint tres, teſtator, hæres, & bona, de quibus diſponitur; ſi alter iſtorum deficeret, teſtamentum eſſet imperfectum, Bar. in l.1.ff.de condit. & demonſt. Necnon ſi fuerit inceptum, ſed fine debito careat, & dicta perfectione non conſtet, glo.& Bart. in l.hac conſultiſſima, C.de teſtamẽtis, §.ex imperfecto, vt ſi hæres defuerit, vel non ex verbis debitis, necnon ſi teſtes fuerint inhabiles, Bald. in l.1.ff.de teſtam. Inſuper ſi defuerint ordinata à lege, ſicuti ſubſcriptiones debitæ, ſigillum,& ſimilia, vt in tit. Auth. de teſtamentis imperfectis, à parentibus in filios facti. Qua de re Bart. in l.iubemus, C.de teſtamentis, concludit, teſtamenta imperfecta in parte ſubſtantiali, ſiue non.

Iniuſtum etiam appellamus teſtamentum, quando factum eſt contra formam iuris, quod
13 in pluribus caſibus contingit, glo. in l.1. ff.de iniuſt. rupt. irrit. teſtam. & primò, ex defectu perſonæ teſtantis, ex dolo interueniente in perſona teſtante, vt in tit. ff.ſi quis aliquem teſta. prohib. & l.1.C.eod. Secundò, ſi dolo fecerint, ne venirent teſtes, l.2.ff.eod. vel dolosè inductus ad teſtandum, l.2.§.patris, l.3.ff.eod.& l.1.C.eod. vel ſi teſtator curauerit, ne leges habeant locum in ſuo teſtamento, teſtandi cauſa, vel ſi fecerint contra regulas iuris communis, l.ſi filius, l.ſi quæramus, ff.de teſtam. vel ex defectu ſolemnitatis debitæ, tam in-

ris ciuilis, quàm municipalis, l. ſi non ſpeciali, C. de teſtamentis.

14 Infirmum dicimus teſtamentum, quando iuris firmitatem non habet, vt quia irritum, vel ruptum exiſtit, vt in tit. ff. de irrit. rupt. teſtam. & plures caſus numerantur, in tit. Inſt. qb. mod. teſtam. infirmẽtur.

Inſt. quib. modis teſtamẽta infirmẽtur.

15 Irritum teſtamentum eſt, quando teſtatoris memoria condemnatur, & eius bona confiſcãtur, Bart. qui reputatur ſing. l. qui latronibus, §. ſi quis, ff. de teſtam. & ex iſto teſtamentò nemo capit hæreditatem, l. nemo, ff. teſtament. Dicitur irritum, quia confirmari non poteſt, ſecundum Bald. in Auth. non licet, C. de liber. præterit. Aliquando ſumitur pro ir-
16 ritando, quandoq; pro eo, quod nullum eſt, vt in d. tit. de iniuſt. irrit. & rupt. teſtam. Irritatur autem pluribus de cauſis, vt ſi teſtator fuerit repertus hæreticus, aut alias inteſtabilis, l. 1. §. ſi quis, ff. de leg. 3. ibi Bald. & l. ſi quis, §. irritum, ff. eod. vel ſi maxima capitis diminutione damnatus, Inſt. quibus mod. teſtam. infirmentur, §. alio, & dicta l. ſi quis, §. irritum, ff. eod. aut ſi fuiſſet effectus ſeruus, & ab hoſtibus captus, Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. §. 1. l. 3. §. fin. ff. de verb. ſignific. & ex d. §. irritum, & §. quatenus. Inſuper ſi hæres ante teſtatorem deceſſerit, vel ante aditam hæreditatem, l. ſi filius, & l. ſi filius à patre, ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam, ff. de acquir. vel omitten. hæredit. l. 1. §. in nouiſſimo, C. de cad. toll. l. 1. §. fin. ff. eod. aut ſi hæreditas interierit ante mortẽ teſtatoris, vel ante aditam hæreditatem, l. 1. §. cum in duplici, ff. de cad. toll. vel ſi tabulæ teſtamenti ſint ſublatæ, l. 2. §. ſi de ea, ff. de teſtam. necnon ſi teſtator fuerit damnatus, tunc poſt ſententiam irritatur teſtamentum, niſi appellauerit, in caſu appellationis concedendæ; d. l. ſi quis, §. irritum, & Bart. in d. l. 1. ff. de offic. eius, & l. Prouinciam. C. de ferijs.

ff. iniuſt. irri. rupt. teſt.

17 Ruptum eſt teſtamentum, quando ex contraria voluntate, vel ſuperuenientia ſui, & neceſſarij hæredis primum factum rumpitur, Inſt. eod. §. 1. Ideo infertur, plura teſtamenta ſimul exequutionem habere non poſſunt; nam ſi vltimum valet, rupta ſunt alia, glo. in Inſt. eod. in d. §. 1. necnon teſtamenta irreuocabilia nullo modo fieri poſſunt, Bart. l. ſi quis, ff. de legat. 3.

Duæ ſunt cauſæ præcipuæ rumpendi teſtamenta, contraria voluntas, vt in d. §. 1. Inſtit.
18 eod. & ſuperuenientia nouæ perſonæ exiſtentis ſub poteſtate teſtantis, & non ſit inſtituta, vt ibi veluti natiuitate poſthumi, de quo in teſtamento nulla ſit facta mentio, Alex. in l. ſi poſthumus, C. de liber. & poſthum. vel agnatione, l. conficiuntur, §. ſi poſt factum, ff. de iur. codicill. Item natiuitate illius, qui tenet primum locum, l. ſi quis poſthumus, §. in filia. ff. de liber. & poſthum. Item adoptione, Inſt. eod. §. 1. l. filio, ff. de lib. & poſthum. Inde dari poteſt regula ex ſuperuenientia noui gradus, vel nouæ perſonæ ſuccedentis in hæreditate, & de ſuis, ac de iſtis in teſtamento nulla mentio, illud factum rumpitur, l. non eſt ambigẽdum, ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. ſi in adoptione, l. illud, §. 1. l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. eodem. Item reſurrectione teſtatoris, vt de Lazaro ait Bart. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Item religionis ingreſſu, quando religio non eſt capax bonorum, Bart. in Auth. ſi qua mulier, num. 7.

Contraria voluntate tollitur iam factum teſtamentum, Inſt. eod. §. poſteriore, l. ſi quis, ff. qui teſtam. fac. poſ. Si primum fuerit iure factum, & perfectum, Inſt. eod. §. ſed ſi quis, & ſecundum ſit iure factum, §. eo autem, Inſtit. eod. De quibus omnibus ſatis in ſecunda parte dicemus.

SUMMARIUM.

1 *Inuentores codicillorum quales.*
2 *Codicilli quare ſic dicantur.*
3 *Quid contineatur in eis.*
4 *Modi codicillandi qui.*
5 *Plures codicilli fieri poſſunt.*

DILVCIDATIO IX. DE CODICILLIS.

1 CODICILLI inuenri ſunt à L.lentulo, qui & fideicommiſſa reperijt; nam cum eſſet in Africa multa codicillis diſpoſuit, quæ prius teſtamento promiſerat, quibus legata ab Auguſto de inre non debita ſoluēda filiæ Lentuli commiſit. At Auguſt. videns nouum modum legandi, cauſam Trebatio Doctiſſimo viro demandauit; An eſſet contra formam iuris codicillari. Cui Trebatius mirum in modū neceſſarios eſſe codicillos reſpondit, *eo quod Romani, qui multarum peregrinationum cauſa teſtandi facultatem non habent, codicillis prouiderent eorum familiæ, cum minores poſtularentur ſolemnitates*. Idcircò Labeo poſt dicta tempora codicillis diſpoſuit, & iure optimo, Diuus Auguſtus codicillos confirmauit, ex §. 1. Inſt. de codicill. & rubricatus de iſtis in tit. C.& ff. de codicill.

Inſt. de codicil. ff. Iure codicillorū.

Dicti ſunt autem codicilli, quaſi à diminutiuo nomine codicis, ſic paruum volumen, ad
2 differentiam teſtamentorum, quæ in maiori volumine deſcribebantur, cum plura, & maiora contineret negocia. Ideò cum in iſtis diminutam voluntatem teſtatoris habeamus, ita diminuto nomine codicillli appellātur, quia inſtitutio hæredis deſideratur, quæ teſtatorum principalis eſt intentio, §.codicilli, Inſt. cod. & ibi glo. & hæc eſt vna differentia præcipua inter teſtamenta, & codicillos.

3 Continentur in codicillis omnes aliæ diſpoſitiones, quæ directo non dantur, veluti legata, & fideicommiſſa, licet de iure veteri fideicommiſſ. nec dari, nec adimi codicillis poſſet, glo.& Sylu. in d.§.codicillis, niſi eſſent teſtamento confirmati, Alciat. l. verbum, ff. de verb. ſignif.

4 Quatuor erant modi codicillandi, ex glo. (confirmatur) Inſt.eod. §. 1. primò ſi facto teſtamento teſtator dixerit, quicquid dixero in codicillis valere, deinde codicilletur, & in hoc requiritur præmiſſio de futuro codicillo in teſtamento præcedenti.

Secundò, aliquando fiebant codicilli, & poſtea elapſo tempore fiebant teſtamenta, quæ deinde confirmentur alio teſtamento, l.fine, C.eod.

Tertiò, aliquando fiunt cum ipſo teſtamento, vt dum quis teſtamentum implere nequit, & ſalutari clauſula codicillari diſponitur, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, tunc defectui ſolemnitatis teſtamenti conſulitur, l.finali, §.illud, C.eod. inſtitutionem autem non operatur, niſi ad fauorem liberorum, vel ad pias cauſas, Doct. in Auth. ex cauſa, C. de lib. præter.

Quartò, ſi quis velit decedere inteſtatus, quoad hæredis inſtitutionem, ſed non quoad cœtera, vt dum intendit tantum legare, & fidei committere, tunc codicillari poteſt, l. cōficiunt, ff. eod. l. non idcirco, C. eod. Inſt. eod. §. non tantum.

5 Poſſunt fieri plures codicilli, ſicut plura teſtamenta, & minoribus ſolemnitatibus, gloſ. in §. fin. Inſt. cod.

SVMMARIVM.

1 Subſtitutio quid ſit.
2 Quid ſignificet, & 6.
3 Subſtituere quid ſit 5. & 6.
4 Exhæredatis non ſit.
7 Quare inuenta.
8 Quo iure inuenta.
9 Diuiſio in bonis.
10 Directa quæ.
11 Quare dicatur.
12 Directa diuiſio.
13 Obliqua quæ.
14 Quibus verbis fiat.
15 Obliqua an ſit ſubſtitutio.
16 Obliqua diuiſio.
17 Verba directa quæ.
18 Virtus directæ quæ.
19 Diſpoſitiua verba quæ.
20 Executiua verba quæ.
21 Obliqua verba quæ.
22 Communia verba quæ.

23 Spe.

23 Species ſubſtitutionum.
24 Vulgaris unde dicatur, & 25.
25 Quid ſit.
27 Verba vulgaris quæ.
28 Affirmatiua quæ.
29 Diuiſio vulgaris quæ.
30 Expreſſa quæ.
31 Tacita vulgaris quæ.
32 Partim tacita, partim expreſſa.
33 Pupillaris unde.
34 Pupillaris quæ.
35 Requiſita ad pupillarem.
36 Diuiſio pupillaris quæ.
37 Expreſſa quæ.
38 Quibus verbis fiat.
39 Quare dicatur.
40 In quo teſtamento fiat.
41 Exemplaris quid.
42 Requiſita quæ.
43 Quibus verbis fiat.
44 Quomodo expiret.
45 Quare dicatur exemplaris.
46 Compendioſa an ſit ſubſtitutio diſtincta.
47 Quid ſit quare ſic dicatur.
48 Requiſita ad eius ſubſtantiam.
49 Quibus verbis fiat.
50 Reciproca, vel breuiloqua an ſit ſubſtitutio.
51 Quid ſit.
52 Requiſita ad reciprocam.
53 Quare ſic dicatur.
54 Quibus verbis fit.

DILVCIDATIO X. DE SVBSTITVTIONIBVS.

INTER alias partes teſtamenti ſubſtitutiones collocantur, de quibus tractatur in tit. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in tit. Inſt. & ff. de ſubſtit. C. impub. & alijs ſubſtit. ff. Inſt. de ſubſtit.

1 Diuerſimodè à Doctoribus deſcribitur ſubſtitutio, ſed ommiſſis alijs, illam, quam glo. ponit in rub. ff. de vulg. & pupill. amplectar. Eſt .n. ſubſtitutio ſecunda inſtitutio; & ſic notatur, quod omnis inſtitutio poſt primam dicitur ſubſtitutio, tam in ſecundo, quā in tertio, ſeu vlteriori gradu facta ſit, veluti ſecundæ nuptiæ ſunt omnes poſt primas, vt notatur in rub. C. de ſecund. nupt. Nam ſecundum dicitur tantum reſpectu primi, & hæc eſt communis ſententia Doctorum, glo. in rub. ff. eod. Socin. iun. in l. Centurio, ff. de vulg. & Vaco. lib. 4. declar. 60. licet contrariū teneat Polit. in ſuo tractat. de ſubſtitutionibus, ſed verior eſt opinio, glo. ſecundum Rip. Iaſ. & Alciat. ibidem, quod ſecundum dicimus, quod reſpicit proximè, immediatè ante ſe, tanquam primum, & ideò demonſtratur gradus ſpecificè, & qualificatus differentia à prima inſtitutione; propterea primum gradum hæredum inſtitutionem appellamus; cœteros verò ſubſtitutiones.

2 Notatur etiam inſtitutionē ſumi pro qualibet ordinatione, cui altera inſtitutio adaptari poſſit, tam in legatis, quam in fideicommiſſis, ſeu donationibus, l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. toll. & l. vt hæredibus, ff. de leg. tertio.

3 Nam ſubſtituere ſignificat ſubordinare vnum in locum alterius, & propterea prima ordinatio requiritur in inſtitutione directa, & ſic in legatis non habet locum, vt ait Rip. in d. rub. quamuis alij Doctores hanc diſtinctionem non ſequantur, ſed indiſtinctè pro directa, & indirecta.

4 Notatur tertiò exhæredatis nullam fieri ſubſtitutionem; nam nullus dicitur teſtari exhæredando, ſine aliqua cauſa, ſecundum Iaſ. in l. 2. ff. eod. tit. niſi fuerit miles, propterea iſta ſecunda ſubſtitutio reſpicit ſecundam hæreditatis diſpoſitionem, vt ſi prouideatur de alijs hæredibus in caſu, quo primi deficiunt.

Quartò, inſtitutus in ſecundo loco non eſt propriè inſtitutus, l. qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtitut.

5 Ideò attenditur ordo ſcripturæ, & propriè, vt dictum eſt ſubſtitutio eſt de gradu qualificato diſpoſitio hereditatis, ſecundum glo. in d. loco.

6 Subſtituere aūt idem eſt, quod ſubordinare, vel ſubrogare, l. ſi quis, ff. de hered. Inſt. de rerū diuiſ. §. ſed ſi gregis; ſubordinatio, quæ ſecunda eſt, vel verſatur, circa ſubſtitutiones inter viuos, veluti iudicem, aut ſimilia, l. ſi gregē, ff. de legat. primò; dicimus etiam ſubſtituere arbores,

bores, l.in fraudem, §.conditur, ff.de iure fiſci. Item dicimus de tutoribus, vt in l.tutores, §.in cauſa, ff.de adminiſt. tutor. Alio modo ſumitur pro ordinatione, quæ fit cauſa mortis, vt in propoſito noſtro, Socin.iun.l.Centurio, ff.de vulg.num.8.& dicitur quaſi ſubpoſitio, vel ſecunda ſubordinatio, & reſtringitur ad ea, quæ fiunt in vltimis voluntatibus, Dec.l.in teſtamento, C.de milit.teſt.

7 Inuenta fuit ſubſtitutio, vt in l.vnica, C.de caducit. tollen. ad declarãdas, & perpetuãdas hominum diſpoſitiones, cum inſtitutiones caducæ ſubſtitutionibus ſuſtineantur; & ita ad inuicem ſe ſuſtinent, vt in principio, ff de vulg. & pupill. Et quamuis durum appareat, quod vnus poſsit pro alio teſtari, l.in verbo, ff.de teſtam. & l.illa, ff.de hæred. inſtit. tamẽ hoc pietatis conſilio factum videtur, vt pater teſtari poſſit pro filio eo tempore, quo ipſe à iure ratione ætatis eſt impeditus, ne dum filius decederet inteſtatus, hæreditas ad illum deferretur, ad quem teſtator non intendit, vt in Inſt. de pupill.§.qua ratione,& l.inhumanitatis, C de impub.

8 Inducta fuit ſubſtitutio quo ad originem de iure gentium, ſecundum Doct. in rubr. de teſtam.& l.ex hoc iure, ff.de iuſt.& iur. Solẽnitates autem inductæ ſunt de iure ciuili, Vaco. lib.1. declar.16. & ſicuti teſtamentum introductum fuit de iure gentium, ita & ſubſtitutio l.1.ff.de vulg vel quia, vt dictum eſt ante, quod ab hominibus eſt inductum, vſu, vel neceſſitate exigentibus, §.ius autem, Inſtit. de iur. natur. l.vnica, C.de caduc. tollen.& ſubſtitutio vſu, & neceſsitate inducta ſit, vt diximus, ita poteſt confirmari à iure gentium, originem ſumpſiſſe.

9 Diuiditur multipliciter ſubſtitutio,& prima diuiſio eſt, quædam dicitur directa, quædã obliqua, vt ſeruemus regulam l. 1. ff. de rerum diuiſ. Bonam .ſ. diuiſionem debere eſſe bimembrem.

10 Directa ſubſtitutio eſt illa, quæ fit verbis directis, & non capitur de manu hæredis, ſeu alterius inſtituti grauati, glo. & Bart. ac alij ſcribentes in d.Rubr. de vulg.

11 Iſta eſt nobilior cæteris ſubſtitutionibus, per quam ſubſtitutus de manu teſtatoris accipit hæreditatem abſq; alio hæreditatis miniſterio, Bald. l.fin. C.de ſacroſanc. Eccleſ. Appellatur directa, quia tota via hæreditas tranſit in ſubſtitutum, aut quia, ſecundũ iura antiqua, fiebat recto caſu, vt hæres eſto, l.quoniam, C. de teſtam. & eſt, ſecundum Bald. in d.l.precibus, ſequens teſtatoris inſtitutio, ſeu ordinatio in locum deficientis hæredis. Ac Socin.in l.Centurio, num.19. directam ſubſtitutionem eſſe, ait, qua vocatus nullo facto alterius interueniente, impleta ſubſtitutionis conditione, poteſt propria auctoritate hæreditatem capere, recto iure, ſine aliqua diminutione.

12 Iſta directa ſubſtitutio, ſecundum nonnullos Doctores, diuiditur in tres partes, vulgarem, pupillarem, & exemplarem, Socin. autem in dicta l.Centurio, num.11. in duas tãtùm partes, vulgarem, & pupillarem; tertia verò cum bon. ſit neceſſitatis dicitur militaris, glo. autem in d.rub. diuidit in quinq; ſpecies, vulgarem, pupillarem, exemplarem, reciprocam, & compendioſam, quam diuiſionem ſequuti ſunt Bal. Alex. Iaſ. Rip. & omnes in l.in teſtamento, C. de milit.teſtam. Inſuper alij aliam ſubſtitutionem adduncunt, quam militarem vocant, vt latius de iſtis infra ſuis locis dicetur.

Obliqua ſubſtitutio eſt, per quam hæreditas accipitur de manu alterius, hoc eſt, inſtitu-
13 ti, qui rogatus à teſtatore, vel iuſſus, vt reſtituat, Bart. in d.l.Centurio, ita deſcribit. Sub-
ſtitutio obliqua eſt ſequens teſtatoris inſtitutio, ſiue ordinatio ab hærede præſtanda. Obli-
qua appellatur, vel quia de manu alterius, quam hæredis ſubſtitutus accipit hæreditatem,
14 vel quia fieri ſolet caſu obliquo, vt volo, iubeo, rogo, mando, & ſic verbo indicatiuo tan-
tum, & non imperatiuo, vt in directa; Et controuerſia eſt apud Doctores, an iſta obliqua
ſubſtitutio ſit verè ſubſtitutio, & ſecũdum Cagno. in d.l.precibus, vt ibi de communi teſta-
15 tur, quod propriè non ſit ſubſtitutio. At contrarium eſt de magis communi, vt Sfor. ait in
ſua Compendioſa, par. prima q.4.

16 Talis obliqua ſubſtitutio, ſecundum Vacon. lib.4. declar.61. num.4. continet duas ſpecies, fideicommiſſum vniuerſale, & particulare. Vniuerſale eſt, quando grauamen totam

hæredi-

Digitized by Google

hęreditatem reſpicit, ita & particulare, quod fit in legatis, vel donationibus, cauſa mortis, aut in quota parte hæreditatis.

17 Verba directa ſunt illa, quæ faciunt, vt ille, cui relinquitur ſua, & non alterius manu hęreditatem capiat, Bart. in d. l. Centurio num. 43. Rip. ibi num. 179. & glo. in l. eam, quam C. de fideicommiſſ. & ex his verbis poteſt adiri hæreditas de iure ciuili, vel bonorum poſſeſſio de iure Prætorio, Bal. in l. fin. C. de ſacr. ſanct. Eccl. & ibi Rip.

18 Virtus autem directorum verborum eſt transferre ius in aliquem, ſine aliqua petitione, Rip. in d. l. Centurio num. 179. idem operatur, quod immediatè ſucceditur teſtatori, Ang. Inſtit. de pupill. § extranea.

Huiuſmodi verba directa, quædam dicuntur diſpoſitiua, quædam exequutiua.

19 Diſpoſitiua indicant voluntatem, dum habent perfectum ſenſum in tempore præſenti, Socin. in rubr. de verb. oblig. num. 12. & 16. exequutiua demonſtrant, quod velit teſtator, & magis ſe ręferunt ad exequutionem voluntatis, quam ad comprobationem.

20 Verba directa exequutiua, & merè ciuilia ſunt iſta. *Hæres eſto; hæredes ſunto*, vel *dominus eſto*, aut *domini ſitis*, vel *eſtote*, l. 1. ff. de hęred. Inſtit. & l. his verbis, ff. eod. Directa verò, & non ciuilia, quæ & communia eſſe poſſunt, ſunt, *capiat*, vel *accipiat*, quæ diriguntur ad ſubſtitutum, Bart. l. Centurio num. 16. & etiam accreſcat, & ibi num. 55. quæ cum à principio valuerint, iure directo non trahuntur ad fideicommiſſum, Bart. ibi num. 15.

21 Obliqua ſunt contraria verbis directis, Rip. in d. l. Centurio num. 185. & Bart. ibi num. 20. exprimit iſta, videlicet; *Volo, N, capere meam hæreditatem*, vel *quod N, hæredem recipies*, & nota, quod verbum *volo*, licet ſit obliquum, tamen aliquando recipit ſignificationem, ex adiacentibus, vel diſpoſitiuam, aut exequutiuam, ſecundum Bart. l. cum quis, ff Seiam. ff. de legat. tertiò, vnde ſi teſtator dixerit, *volo, quod Titius capiat hæreditatem pleno iure*, tunc ſubſtitutio erit directa, Inno. in c. veniens, ext. de ſent. excommunicat.

22 Communia ſunt, quæ communem habent ſenſum, inter directam, & obliquã, quæ poſſunt habere vtramq; ſignificationem, Bart. ibi num. 46. & verba numerantur iſta. *Subſtituo*, nam hoc verbum habet ſenſum vniuerſalem, ſecundum Bart. ibi num. 47. *Perueniat, pertineat, habeat, remaneat, reddeat, ſuccedat, reuertatur, deuoluatur, & moriatur*, & aliæ, quæ eundem ſenſum habent, ſecundum Bart. in d. loco poſt num. 48. cum ſequen. *relinquo* eſt commune, vt ait Bart. in l. his verbis, ff. de hęred. Inſtit. quia habet mixtã ſignificationẽ.

De quibus omnibus latè tractatur, in tit. ff. de vulg & pupill. Inſt. & C.

ff. Vulgar. & pupilla. Inſt. De vulga. ſubſtit. C. Impube. & alijs ſub.

23 Plures ſunt ſpecies ſubſtitutionum, videlicet vulgaris, pupillaris, exemplaris, reciproca, & compendioſa.

Vulgaris ſubſtitutio antiquior eſt omnibus alijs, & tenet primum locum; Ideò præponitur in tit. dum dicitur, de vulgari, & poſtea de pupill. licet aliqui ſentiant pupillarẽ fuiſſe prius inuentam à Lacedemonijs, ſecundum glo. & Bart. in l. moribus, ff. eod. quæ deinde
24 tradita fuit ad Romanos, l. 2. ff. de orig. iur. ſed vulgaris inuenta fuit à Romanis tempore bellorum ciuilium, l. vnica, C. de caduc. tollen. pupillaris præſupponit habitum, hæredem, ſcilicet eſſe inſtitutum, & adijſſe hæreditatem, Inſtit. de pupill. princip. Sed vulgaris intendit contrarium, hæredem non eſſe, vel non adijſſe.

Ex hac ſubſtitutione fiunt plures gradus hęredum. Nam teſtator dum facit aliquem hęredem vulgariter inſtituendo, videtur idem velle, quod ſi noluerit, vel non potuerit eſſe hęres, tunc ſubſtitutus ſit hęres, Inſtit. eod. §. 1. Poteſt etiam teſtator plures hęredes facere, & omnes ponere in loco vnius, vel vnum in loco alterius, §. & plures, Inſt. eod. ex quibus ſequitur diuerſitas hęredum, qui & hac ſubſtitutione cognoſci poſſunt.

25 Definitur autem iſta vulgaris ſubſtitutio, diuerſimodè à Doctoribus, Iaſ. in l. 1. ff. eod. dicit vulgarem eſſe ſecundam inſtitutionem directam, quæ à quolibet, & cuilibet fieri poteſt, quam confirmare videtur, Bart. ibi, & Socin. in d. l. 1. num. 12. Porti. Inſt. eod. per l. 1. & l. ratione, §. quod vulgo, ff. ad l. falcidiam. Inde Doctores in l. 1. ff. eod. iſta colligunt requiſita ad vulgarem ſubſtitutionem; primo, quod habeat locum in caſu, quo hęres non ſit, vel eſſe nõ poſſit; ſecundò, ꝙ prius ſit nominatus hęres ad minus tacitè, nã illo nõ exiſtẽte habebit locũ, Bar. poſt glo. in l. hęredes, ff. de vulg.

26 Quare dicatur vulgaris, Bart.in l.1.ff.eod.quinq; ponit cauſas, prima,quia omnibus patet, l.rationem, §.quod vulgo, ff.ad legem falcidiam, & cuilibet,& à quolibet permittitur, & fieri poteſt, l.filiusfamilias, §.ſecundum, ff.de legat.primò, ſecundò, exponitur quaſi directa, ſed non fideicommiſſariæ, l.quidam, ff. eod. tertiò, quaſi ab omnibus vulgariter approbata, l.ſi ſeruus, ff.iuris, & facti; quattò, vel quia fiat vulgaribus verbis, l.3. ff.rem ratá hęrede; quintò,quaſi vulgata,& expreſſa à iure, vel à teſtatore, l.libertates, ff.de fideicommiſſ. vltimò, quia nil habet ſpecialitatis, l.edicto, §. extant, ff. de iure fiſci. Vulgare dicimus,quod omnibus eſt commune, Rip.l.1.num.48.ff.eod. Hic autem ſumitur pro eo,quod omnibus licet, & ab omnibus fieri poteſt.

27 Verba quibus ſubſtitutio vulgaris diſponitur colliguntur in d. l. 1. ff. eod.& regulariter tunc fit vulgaris, quando dicitur *(Titius hæres eſto, qui ſi hæres non erit, ſecus hæres eſto.)* Et fit etiam verbis negatiuis, tam expreſſis, quàm tacitis, & ſubauditis à lege, vt ſi diceretur, *(Si Titius hæres non erit, hæreditatem reſtituat Seio)* ſecundum Bart. ibid. nu. 17. & ſic ver-
28 ba referuntur ad eũ, cui fit ſubſtitutio, vel ad eum ſubſtituitur. Affirmatiua continet duos caſus, vel quod hæres noluerit adire hæreditatem, aut quia non potuerit, & talis impotẽtia conſideratur, ſecundum Bart.in l.3.§.fin. ff.de liber. & poſthum. Ex parte teſtamenti, veluti, quia irritum ſit, aut vitium contineat, vt in d.§.fin. vel quia vitium repetitur in pſona inſtituta, vt quia erat ſpurius, l.1. C.de hæred. inſtit. aut conſtitutus non erat in rerũ natura, l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut. vel quia moritur ante aditione, l. ab omnibus, §. quid, ff. de leg.1.

29 Iſta vulgaris à Bart.& alijs Doctorib.in d.l.1.diuiditur in expreſſam, tacitam,& mixtã.

30 Expreſſa quædam eſt genere, veluti, quæ fit in breuiloqua, vel compendioſa, per gloſ. in l.Lucius, C. de teſtam. milit. & glo.in l. precibus, C.de impub. & hoc, quia verba ſunt generalia *(vt Titium inſtituo, & ei Sempronium ſubſtituo.)* Couar. in c. Raynutius, §.4. de teſtamẽ. Alia eſt expreſſa in ſpecie, quæ non continetur in expreſſa in genere, niſi tacitè, Inſt.eod. §.qua ratione. Exemplum eſt. Si hæres non erit, alius ſit hæres, & dicitur expreſſa in ſpecie, quia ſpeciem ſubſtitutionis comprehendit. Alia eſt expreſſa ſingulariter, vt quando caſus ſingularis ſubſtitutionis nominatur, veluti, ſi poſthumus non naſceretur, ibi Bart. nu.10. per l.fin.C.de inſtitut. & ſubſtitut. vel ſi exprimatur alter ſingularis caſus, ac ſi dixiſſet *(Si hæres capere non potuerit.)* & ita cõcluditur, quod tribus modis expreſſa dicit vulgaris ſubſtitutio, genere, ſpecie, & ſingularitate.

31 Tacita vulgaris duplex eſt, vna quæ nullo reſpectu põt dici expreſſa, vt quæ continetur in pupillari expreſſa, l. quamuis, C. eod. Vbi pater ſubſtituit filio exiſtenti in poteſtate, ſi hæres non erit, licet filius impubes hæreditatem adiuerit; tamen ſi deceſſerit in pupillari ætate, locus erit ſubſtitutioni, ex tacita, & præſumpta mente defuncti vulgaris ſubſtitutionis; ideò dicimus iſtam non eſſe expreſſam nec mente, nec verbis teſtatoris, ſed omnino tacitam.

32 Alia partim tacita, partim expreſſa eſt, veluti expreſſa verbis tacita autem mente, aut expreſſa caſu, & tacita verbis, Bart. ibid. num.12. Expreſſa verbis, dum dicitur; Si hæres non erit, quæ verba quoad ſenſum ex tacita mente defuncti continent duos caſus; vel quia noluerit, vel quia non potuerit, vt dictum eſt. Tacita quoad verba, continetur in breuiloqua, aut in cõpendioſa; Nam verba generaliter prolata, expreſſa dicuntur; ſed quoad ſpecialitatem, ſunt tacita, ex d. glo in d.l.teſtamento, & l.precibus. Cætera, & de effectu iſtius ſubſtitutionis, vide apud Bart. in d.l.1.num.18.

Pupillaris ſubſtitutio inducta fuit de iure ciuili non ſcripto, hoc eſt, ex moribus à Lace-

Inſt. De pupil. ſubſtit.

33 dæmonijs, l moribus, ff.de vulg. At nunc de iure ciuili ſcripto, vt Inſt de pupill. ſubſtit.

34 Eſt autẽ pupillaris ſubſtitutio directa, quæ fit liberis impuberibus in poteſtate teſtamentis, ex Bart. in l.moribus, ff.eod.nu.2.& ibi glo.

35 Octo requiſita numerantur ad pupillarem, ex textu tria, ex glo. quinque. Primò, quod fiat liberis legitimis, & naturalibus, vt in d.l.moribus, & §.1. & §.extraneo, Inſtit.eod. vel de legitimis tãtùm, hoc eſt de arrogatis, l.ſi arrogator, ff.de adop. l.ſed ſi plures, §.in arrogator,

gator, ff. de vulg. Inde excluduntur adoptiui tantùm, qui non ſunt in poteſtate adoptantis, Inſtit. de patria poteſt. §. 1. & intellige de liberis tam primi, quàm vlterioris gradus, & tã natis, q̃ naſcituris. Secundò, quod ſit impubes, minor. ſ. quatuordecim in maſculo, duodecim in fœmina, annis, vt in d. l. moribus. Tertiò, ſit in poteſtate; & hoc non eſt immutatum, per Auth. de hæred. qui ab inteſtato, & ibi Bart. num. 2. Propterea mater, quæ filios non habet in poteſtate, non poteſt filios pupillariter ſubſtituere, l. mater, ff. de vulg. Et ſatis eſt, quod tempore facti teſtamenti, & mortis teſtatoris, ſit in poteſtate, vt ex Bart. & Alex. in d. l. moribus. Quartò, quod efficiatur ſui iuris poſt mortem patris, & non remaneat in poteſtate alterius, Bart. ibi num. 12. Ratio eſt, quia pater teſtari poteſt pro filio, q̃ propter ætatem eſt impeditus teſtari, Inſt. eod. §. 3. quod non poſſet, ſi eſſet pupillus in poteſtate alterius, nec ſi efficeretur inteſtabilis ex aliqua cauſa, vt ibi Bart. ſ. quod non deſinat eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris, per eundem Bart. ibi nu. 14. Sicuti ſi filius fuiſſet emancipatus; ſed hoc hodie non obſtat, ſi exiret dignitate de põtate, pupillaris tamen remanet, quia non tollantur iura naturalia, & legitima, vt in Auth. conſtitutio, §. illud quoque. Sextò, quod pater prius faciat teſtamentum, ſibi conſtituendo hæredem, niſi ſit miles, l. miles, ff. de teſtam. milit. & §. liberis, ff. eod. Septimò, quod iſte filius impubes ſit inſtitutus, vel exhæredatus, dummodo non ſit nepos emancipatus in poteſtate alterius patris, vel aui detentus; nam tunc licet ſit præteritus, tamen pupillaris valet, Bar. ibi nu. 20. ſed hodie, cum in exhæredatione requiratur cauſa, quæ in pupillo non datur; ideò requiritur inſtitutio. Octauò, hæreditas ſit adita, & valeat pupillaris ſubſtitutio, Bart. ibi nu. 24. limitat ibi in milite, & vbi adeſt exiſtentia ſui hæredis, quæ confirmat tabulas pupillares.

36 Duplex eſt ſubſtitutio pupillaris, expreſſa, & tacita; Expreſſa, quæ fit expreſsis verbis, dum dicitur; Si hæres moreretur in pupillari ætate, ex Bart. ibid. num. 26. Tacita, quæ à
37 iure tantum intellectis fit, quæ continetur in vulgari expreſſa, vel in compendioſa, vt quãdocunq; deceſſerit, vt dicetur infra de compendioſa.

38 Fit aũt iſta pupillaris ſubſtitutio plurib. & diuerſis verbis, vt in d. l. morib. & ibi Bart. nu. 27. verbis generalibus tacitis, dum dicitur *(Inſtituo filium meum, & Sempronium ei ſubſtituo.)* Nam ſi filius erit impubes, & habuerit requiſita ſupradicta, erit pupillaris comprehẽſa ſub generalibus verbis, Couar. in d. c. Raynutius, §. 5. num. 4. Fit etiam inter plures hæredes inſtitutos, dum dicitur *(Filios meos inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo.)* vnde ſi alter erit impubes, pupillaris erit, & iſta nuncupatur generalis tacita pupillaris, Inſt. eod. §. vel in ſingulis. Fit etiam ſpecialibus verbis, vt ſi teſtator nominaret ſpecialiter ætatem pupillarem, vt ſi diceret *(Inſtituo filium meum, qui ſi impubes deceſſerit, ſubſtituo Seiũ.)* ex l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & l. ex facto, ff. eod. Fit etiam verbis ſingularibus, vt ſi diceretur, *(Si in pupillari ætate deceſſerit.)* ex d. l. moribus, §. 1. Inſt. eod.

39 Appellatur pupillaris, q̃ a locũ habet in caſu, quo filius deceſſerit in pupillari ætate, p̃pa ea ætate elapſa, expirat pupillaris, glo. in l. in pupillari, ff. de vulg. & Inſtit. eod. §. maſculo; & Doct. in d. l. moribus.

40 Fit iſta ſubſtitutio in teſtamẽto paterno, & poteſt etiam fieri ſeparatim, Inſtit. eod. §. ſin autem, & nominatim, ac pro rata inſtitutionis, & generaliter, vt ſi diceretur *(Quiſquis mihi hæres erit.)* Inſt. eod. §. ſubſtituitur autem. Contingit aliquando filios eſſe furioſos, vel mente captos, & ideò efficiuntur inteſtabiles, & prouiſum fuit, vt ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis poſsit fieri ſubſtitutio, quæ appelletur exemplaris, vt colligitur ex Bart. l. ex pacto, ff. de vulg.

41 Eſt autem ſubſtitutio exemplaris teſtamentum, quod à parentibus fit pro liberis impeditis teſtari, & talis ſubſtitutio fieri poteſt à patre, matre, & aſcendentibus vtriuſq; ſexus, l. humanitatis, C. de impub. Inſt. de pupill. §. qua ratione. Notatur etiam, quod liberi non ſint extranei, & ſatis eſt, quod ſint legitimi, vt ex d. l. humanitatis, & l. ex pacto. Et fit ex cauſa morbi impedientis factionẽ teſtamenti actiuè, vt in d. l. humanitatis; propterea quocunq; morbo laborauerit filius, quo inteſtabilis efficiatur, habet locum exemplaris ſubſtitutio.

Digitized by Google

42 Requiritur etiam, quod filius reincidat in alienam poteſtatem tempore mortis teſtatoris, & teſtator prius ſibi teſtamentũ faciat, & ſit inſtitutus ſaltem in legitima,& non ſir exhæredatus, nec præteritus, & hæreditas ipſius teſtatoris adeatur expreſsè, quæ omnia ex dd.l.humanitatis,& ex pacto colliguntur.

43 Fit autem iſta ſubſtitutio verbis generalibus,& ſpecialib. Generalibus verò,vt in ſubſtitutione compendioſa, vel breuiloqua, dummodo ſubſtitutus eo impedimento detineatur; licet de tali impedimento expreſsè dictum non ſit, Bart. in l. Lucius, ff.de vulg. nu.16. & l.ex facto, nu.25. Specialibus autem, dum exprimitur furor, ſeu impedimentum, vt ſi dicatur *(Filio meo furioſo, ſubſtituo Seium.)* Singularibus verbis etiam fit, dum dicitur *(Si filius meus heres non erit,& in furore receſſerit.)* Et nora, quod ad exemplum iſtorum, poteſt erlam dici de prodigo, muto, ſurdo, vel alio habente ſimile impedimentum, ex Batt.in d. l.ex pacto, num.18.

44 Expirat iſta ſubſtitutio tribus de cauſis; Primò,ex defectu præmiſſorum ſubſtantialium. Secundò, ceſſante cauſa impedimenti; Tertiò, ſi furioſus poſtmodum filios ſuſceperit, ex d.l.humanitatis.

45 Appellatur exemplaris, ad exemplum pupillaris, in qua pater teſtatur pro filio,vt in d. l.ex pacto, ibi Barr. nu.4. & d.l.humanitatis, & Inſt.eod. §.qua ratione. Differt tamen pupillaris ab exemplari, quia illa moribus inducta eſt, iſta à lege. Illa ex defectu ætatis, iſta ex defectu morbi,&c. Vide per Doct. in dictis legibus.

46 Compendioſa an ſit ſubſtitutio, vel ſpecies, diſtincta per ſe ab alijs ſubſtitutionibus,vel ſit genus, continens ſub ſe plures ſubſtitutiones, dubitant Doct. Nam licet in Rub. de vulgar. placet potius eſſe modum inducendi alias ſubſtitutiones,vt refert Couar. in d.c.Raynutius, §.9. in princ.Tamen includitur ab eodem Aret. in l.in teſtamento, C.de milit.teſt. quod ſit ſpecies diſtincta per ſe, quoad modum, & formam inducendi alias ſubſtitutiones.

Alij verò ſi fiat à milite, qui poteſt directè ſubſtituere, tunc ſit ſpecies diſtincta ab alijs, vt in l.Centurio,& l.precibus. Paganus autem,qui directo ſubſtituere non poteſt, niſi vulgariter, vel pupillariter, non poteſt facere ſpeciem per ſe diſtinctam, niſi in caſu vulgaris, vel pupillaris; in alijs verò reſoluitur in fideicommiſſum, factum ab eo, qui aliter directo ſubſtituere non poteſt.

47 Eſt autem compendioſa ſubſtitutio, ſecundum Bart. in d.l. Centurio, nu.9. quæ ſub cõditione mortis, multa cõplectitur tempora; vel ſecundũ Couar. in d.§.9.nu.primo. Plures ſub verborum compendio continet ſubſtitutiones, per plura tempora differentes. Idem dicit Polyt. in ſuo tract. cõpendioſo (Tamen magis propriam deſcriptionem iſtam eſſe dicimus.) *Compendioſa ſubſtitutio eſt illa, quæ ſub conditione mortis, vel alterius, ſub verborum compendio continet plures ſubſtitutiones differentes tempore.* Ex quibus plura notantur; Primò, quod compendioſa ſubſtitutio fiat ſub aliqua conditione mortis, vel alrerius,vt in d.l. precibus, vt ſi diceretur *(Si filius meus deceſſerit, nullo adiecto tempore,)* Bart. l. 2. ff. de vulg. num.27. & de communi Couar. teſtatur in d. loco. Nam adiectio certi temporis eſt contra formam compendioſæ, continentis pluta tempora, ſecũdum Iaſ.in l.Centurio, nu. 23.& Dec. in d.l. precibus. quamuis Bald. teneat contra. Vide Couar. in d.loco. Secundò notatur, quod fieri poteſt, etiam ſnb alia conditione, quam mortis, vt ſi diceretur *(Filio*
48 *meo ſubſtituo Titium, quandocunq; Seius fuerit Conſul.)* ſic de ſimilibus. Nam ſi contigerit, quod in iſto tempore filius non ſit hæres, tunc iſta ſubſtitutio reſoluitur in vulgarẽ. Si deceſſerit impubes ante Conſulatum, erit pupillaris; ſi verò poſtea, ante tamen cõditionem erit fideicommiſſaria; & ideò ſub iſta conditione continentur plura tempora. Tertiò notatur, quod etiam in pupillari ætate compendioſa continet plura tempora,ſecundum glo. & Bart.in d.l.precibus, nu. 9. quæ tempora intelliguntur tam ante aditam hæreditatem,q̃ poſtea, & poteſt reſtringi ad certum tempus, dummodo illud excedat pupillarem ætatem, & ira dicimus compendioſam continere alias ſubſtitutiones, glo.in d.l. Cenrurio, in verb. ciuilibus. Quarto nota, iſta plura tempora inducuntur à ſubſtitutione, non ab aditione, vt ſi diceretur *(Inſtituo Titium heredem, & quandocunq. deceſſerit, ſubſtituo Caium.)* non eſt compen-

compendioſa, ſecundum Rip. in d.l. Centurio num. 60. quamuis quęſtio dubia ſit, vt ait Iaſ. in d.l. Centurio num. 23. & Franciſc. Curt. in d.l. precibus, dicit eſſe compendioſam de magis communi, & probatur ea ratione, quia facta eſt ſub conditione mortis. Sed ſi dixiſſet, *quandocumq; hæres non erit*, verificaretur intentio Rip. quia aditio hęreditatis induceret conditioñe, & non ſubſtitutio. Quintò, continere plura tempora, intelligitur actu, vel tranſitu, & habitu, vt ſi contineret fideicommiſſariam tantum his verbis, *quandocumq; filius meus deceſſerit, eum rogo, vt reſtituat hæreditatem Titio*. quæ verba, ſecundum Couar. in d. §. 9. verſ. primo, per l. cohęredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. cum cęteris, tenet eſſe ſemper fideicommiſſum, licet Bart. in d.l. Centurio num. 20. dicat eſſe compendioſam, & Iaſ. ibi aſſerat eſſe communem num. 38. Bart. autem eleganter ſoluit ſubſtitutionem perpetuò fideicommiſſariam fore, non autem compendioſam, Dec. in d.l. precibus. tenet, quod nõ poſſit continere vulgarem. Ita compendioſa dici poteſt. Firmat Bart. intentionem ſuam, quia prolata eſt ſubſtitutio per illa verba, *quandocumq; deceſſerit*; tamen ſi facta eſſet per verbum *reſtituat*, quod eſt obliquum, tunc non inducitur compendioſa, ſed fideicommiſſum. Ita etiam tenet, Alciat. in d.l. Centurio num. 23. ratio eſt; quia ſi iſta ſubſtitutio eſſet reſoluenda in compendioſam, contineret diuerſas ſubſtitutiones, quæ haberent vim inſtitutionis; Et cum verba obliqua, & præſertim verbum, reſtituat, non habeat virtutem directorũ verborum; ideò non poteſt continere, niſi fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & dictio, *quandocumq*; refertur ad verbum *reſtituat*, & reſtitutio fieri non poteſt, niſi adita hęreditate, l. ille à quo, §. 1. ff. ad Trebell. quo tempore vulgaris expirat, l. poſt aditam, C. eod.

Vltimò nota, quod fiat ſub compendio verborum; ideò dicitur compendioſa, & hoc nomen fuit inductum ab Imperatore, vt in d.l. precibus, & l. medius, §. duobus, ff. de leg. 2. & poteſt fieri, tam liberis in poteſtate, quam extra, & alijs extraneis, & propterea continet pupillarem, Bar. in dd. l. Centurio, & precibus.

49 Ex quibus colligitur, vt benè etiam notat Couar. in d. §. 9. num. 3. quod fieri poteſt verbis generalibus, veluti ſi diceretur. *Si deceſſerit filius meus, ſubſtituo Sempronium*, quæ eſt indefinita, & equipollet vniuerſali, l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. vel ſi diceretur, *ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel quandocunq, deceſſerit*, & iſta videtur facta verbis ſpecialibus, l. cũ acutiſſimi, C. de fideicomm. & glo. in l. teſtamentum, C. de milit. teſt. Fit etiam verbis ſingularibus, vt ſi diceretur, *ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel intra 25. annum, vel poſtea quandocumq*; Bar. in d.l. Centurio num. 9. cœtera de ſimilibus, vide apud ſcribentes in d. l. Centurio, & l. precibus.

50 Reciproca ſubſtitutio alio nomine breuiloqua nuncupatur, quæ propriè ſubſtitutio per ſe non eſt, ſed potius quædam adiectio ſubſtitutionis, & nomen eſt accidentale, non ſubſtãtiale, ratio eſt, quia continet tantum vulgarem, pupillarem, & exemplarem, & non facit aliam ſpeciem differentem ab alijs, Bart. l. Lucius, ff. de vulg. nu. 2. licet Imol. teneat, quod ſit ſpecies diſtincta, quia ſola iſta poteſt fieri pluribus perſonis ad inuicem, & non vni tantum, aliæ poſſunt fieri, & vni, & pluribus. Hoc idem tenet, Bal. in d.l. precibus, Alex. ſpeciem diſtinctam per ſe ait, quoad formam, ſed non quoad effectum, quia in effectu ſequitur conditionem aliarum ſubſtitutionum.

51 Ita deſcribitur exceptis alijs Doctoribus à Couar. in d.c. Raynutius §. 7. in primò pluribus hęredibus inſtitutis, aut exhæredatis alterum in alterius defectum ſubſtituere, & colligitur, ex l. Nam hoc iure, & l. Lucius, ff. eod.

52 Notatur primò, quod plures ſint inſtituti in hæreditate æqualiter; vnde inter inſtitutos in re certa, vel inter vniuerſales hæredes non cadit reciproca; nam & portio debet eſſe reciproca (vt exemplo) ſi pater filias fęminas inſtituiſſet hæredes in re certa, & maſculos in vniuerſa hæreditate, tunc inter maſculos vniuerſales inſtitutos, & fœminas in re certa non cadit reciproca, ex Bart. poſt alios in d. l. Lucius num. 18. ff. de vulg. vnde quos teſtator coniunxit in inſtitutione æqualiter, illos complectitur ſubſtitutio, de quo vide Doctores in d. l. Lucius.

Secundò notatur, quod ſubſtituti ſint inſtituti, vèl exhæredati, ſecundum iura antiqua,

Digitized by Google

vt ſi pater plures habens filios exhæredaſſet impuberes, & deinde ad inuicẽ illos ſubſtituiſſet, vt in l. 1. ff. de vulg. ſed hodie cum exhæredatio fieri non poſſit, ſine cauſa, quæ in impubere cadere non poteſt, ideò requiritur in omnibus inſtitutio, Auth. vt cum de appell. §. aliud. Ideò reciproca neceſſario requiritur inſtitutio.

Notatur tertiò, quod fiat ad inuicem inter inſtitutos, ideò dicitur reciproca; ſic non poteſt fieri inter inſtitutores, & inſtitutos, & ab vtraq; parte reſoluitur, & in ſe ipſum reflectitur, vt notatur in d.l.Lucius à Bar.& in l.nã hoc iure, ff.eod.& non poteſt cõtinere ſubſtitutiones, niſi in pari numero, vt inter duas perſonas, quatuor, vel ſex, non autem tres, quinq; , vel ſeptem, Bart.in d.l.Lucius num.*6*.

Quartò notatur, quod fiat vltimo morienti plurium ad inuicem ſubſtitutorum, l.Titia, §.Seio, ff.de legat.2.Alciat.in l.vel ſingulis, ff.eod. ſed ſi ſubſtitutio ita fuerit concepta, vt ei pupillo, qui vltimo morietur, ſubſtituatur, non erit reciproca inter ipſos hæredes, Alciat.ibi num. 1. per l. qui duos, ff.eod.& rationem allegat, quia non inducitur, niſi inferatur, ex verbis, & mente teſtatoris, l.Lucius, §.tres hæredes, ff. ad Trebell. ſed intelligitur, quod illi fiat ſubſtitutio, qui vltimo deceſſerit. ſed hic intenditur grauatus tantum nouiſſimus in parte ſua, quia ſimpliciter facta eſt, vltimo morienti, & nulla facta mentione bonorum, vt ſi dicatur illi, *qui nouiſſimè morietur, ſubſtitutio Caium*; vt Alciat. ibi notat num. 7. vt ſi fuerit dictum, *ſi omnes ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo Caium*, qui expreſsè grauatus nõ eſt, qui vltimo deceſſerit, ſic qlibet eſt in ſua portione grauatus, & requiritur, quod ſit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, ſecundum Couar.in d.c.Raynutius, §.8.

Quintò notatur, vt inſtituti ſint in pari ætate, vt omnes maiores, aut minores, quia cum iſta ſubſtitutio contineat directas tantum, requiritur, quod habeat requiſita ad illam ſubſtitutionem; ſimiliter ſi vult continere pupillarem, requiritur, quod ambo ſint minores,& in poteſtate; Nam reciproca apta eſt continere illas tantum ſubſtitutiones, quæ æqualiter oĩbus fieri poſsũt, l.nã hoc iure, §.ſed ſi alter, ff.eod.l.2.C.eod.Bar.l.Lucius, ſic breuiloqua regulariter non continet fideicommiſſum, niſi ſit facta ſub compendioſa, vt exemplo; ſi fuiſſet facta duobus pupillis furioſis, his verbis. *Inuicem ſubſtituo, ſiue moriamini in pupillari ætate, ſiue alias, quandocunque*, ex Bart.in d.l.Lucius.

53 Appellatur breuiloqua, & reciproca, in l.nam hoc iure, §.quod ius, ff.eod. quaſi repetita, quia mutuo, & alternatiuè repetitur, Iaſ.in l.teſtamentum, C.de milit. teſtam. Bart. in l.Lucius num.*3*.Breuiloqua, quia fit breuibus verbis, glo.in d.l.Lucius. Quibus verbis fiat huiuſmodi ſubſtitutio, Couar.in d.c.Raynutius, §.1. num.2.poſt Bart.in d.l.Lucius num.4. cum alijs tenet, quod fieri poſſet,& verbis generalibus, dum dicitur *Lucio, Titio, eorumuè, cui fundum do, lego*, vtiliter legatur, & ſi vterq; vixerit, l.ſi fundum, §.his verbis, ff.de legat.primò, aut ſi diceretur; *Seius, vteruè eorum viuet, hæres eſto*, l. Titius, ff.de hæred. Inſt. & alijs fieri poteſt verbis, vt ex Bar. ibi. *Vos inuicem ſubſtituo, vter eorum viuet, vt inuicem inſtituti, & ſubſtituti ſunto*. Fit etiam per verba, *deueniat*, ſeu *perueniat*, vt dum dicitur. *Vos hæredes meos inſtituo, & ſi quis eorum deceſſerit, volo bona mea deueniant ad alium*, & tandem concludit, Bar.quod poteſt fieri pluribus verbis, quibus iure, inde plures inſtituuntur, & ſubſtituuntur ſub vna conceptione verborum, Couar.in d. c. Raynutius, §.9.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an ſit ſeparatum à ſubſtitutionibus.*
2 *Inſtitutio fideicommiſſi quando.*
3 *Fideicommiſſum quid ſit.*
4 *Requiſita ad fideicommiſſum.*
5 *Quibus verbis fiat.*
6 *Species fideicommiſſi qui.*
7 *Effectus fideicommiſſi.*
8 *Legatum quid ſit.*
9 *Requiſita ad legatum.*
10 *Genera legatorum.*
11 *Qui repellantur à legatis.*
12 *Modus legandi.*
13 *Optio in legatis qualiter facienda.*
14 *Plura legata quando videantur.*
15 *Quid veniat in legatis, & 17.*

16 Con-

17 Coniunctum, vel diſiunctum, quando ſit legatum.
18 Suppellex quid ſit.
19 Penu legatum quid.
20 Vini appellatione quid veniat.
21 Quando dies legati cedat.
22 Caducum quid ſit.
23 Falſa cauſa legati qua.
24 Regula Catoniana qua.
25 Adimere legatum quid.

DILVCIDATIO XI. DE FIDEICOMM. ET LEGAT.

FIDEICOMMISSVM ſequitur poſt ſubſtitutiones directas, cum inter obliquas numeretur à Doctoribus, vt in d.l.precibus. Quod poteſt contineri in compendioſa, quando factum eſt per verba merè obliqua, niſi hoc aliter expreſſerit teſtator, l.recuſare, §.Titius hæres, ff.ad Trabell.& l.il-
1 le, à quo, ff. ſi de teſtamen. ſic concludunt Doctores, quod fideicommiſſum eſt ſubſtitutio ſeparata, quoad formam ab alijs ſubſtitutionibus ſupradictis, eo quod habet verba ſeparata, & modum, & effectum.

2 Notandum in hac materia, quod olim hæres non poterat cogi à teſtatore alteri hæreditatem ei relictam reſtituere, ſed teſtator vtebatur verbis tantum precarijs, & placidis, rogando hæredem, vt certo tempore elapſo hæreditatem reſtitueret, cui teſtator mandaſſet, & propterea fideicommiſſa erant inualida, & infirma; Vnde, vt teſtatoris intentio haberet effectũ Auguſtus populari voluntate cõmotus, eo quod multũ expediebat, vt illa vltima voluntas ſortiretur effectum ſuum, & teſtator non fraudaretur à Conſulibus rogatus, ex Senatuſconſulto Trebatij, fideicommiſſorum effectum confirmauit, & ſic fuit ordinatum, vt neceſſario hæres ſcriptus teneatur, iuxta defuncti voluntatem, hæreditatem fideicommiſſo ſcriptam reſtituere; Prætor, qui cauſas ſimiles cognoſceret, & recuſantes ad reſtitutionem cogerentur, fuit deputatus, vt habetur in §.1.Inſtit.de fideicommiſſ.hæred.& habetur tit.in C.de fideicommiſſ. Inſtit. C. fideicommiſſ.

3 Poſſent etiam, ita deſcribi, *Fideicommiſſa ſunt legata à teſtatore, relicta alteri ſubſtituto reſtituenda, ſub certis tempore, vel conditione appoſitis, iure grauatus reſtituere,* vt colligitur, ex Bar.in l.1.ff.de legat.primò, & Inſt.eod. §.1.ex quo iſta notantur. Inſt. fideicommiſſ. hæred.

4 Primò, fideicommiſſa ſunt legata, ſecundum iura digeſtorum, l. 1. ff.de legat.primò, & etiam de iure Codicis, l.1.C.communia, de legat.Inſtit.de legat. §.veſtra autem, & ita refert, Bart.in d. l. 1.ff.de legat. primo. Et Azo in ſumma, C.eod.differunt autem nomine. Nam legatum dicitur ab origine, eo quod omne, quod alteri relinquitur, poteſt hoc nomine appellari, quia datur ſine aliqua certa forma. Sed fideicommiſſum dicitur, quaſi id, quod legatur ſub fide aliena committitur, ſed in effectu idem ſonnat. Ideò vniuerſalia legata adæquantur fideicommiſſis vniuerſalibus, & particularia particularibus.

Secundò, fideicommiſſum poſtulat, quod aliquis ſit hæres inſtitutus, Inſt. eod. §.imprimis, & hoc in fideicommiſſo vniuerſali, licet, & codicillis legentur fideicommiſſa; Tamen requiritur perſona honorata, quæ grauetur in particulari verò fideicommiſſo requiritur perſona, cui committitur reſtitutio, vt ex Azo in d.loco, & in d.§.imprimis. Sic hæres ab inteſtato non grauatur, Inſt.eod. §.Prætores.

5 Tertiò, quod hæres, vt alter ſit grauatus à teſtatore, ſub verbis obliquis, vel precarijs, dum dicitur; *rogo, vel grauo hæredem meum, vt Seio hæreditatem meam reſtituas,* & iſta dicitur propria forma verborum fideicommiſſi, ex l.ex facto, §.ex facto, & §.fin.l.ſi quis rogatus, ff. ad Trabell. Fit etiam per verbum volo, dum dicitur, *volo talem hæredem recipias, vt talem hæredem facias;* & per verba; *perueniat, pertineat, habeat, remaneat, redeat, ſuccedat, reuertatur, deuoluatur, & accreſcat,* quæ omnia hoc idem ſignant, vt ſubſtitutus de manu alterius hæreditatem accipiat, niſi alijs verbis fuerit ordinatum, vel limitatum, vel alia intentione teſtatoris aliter fuerit expreſſum, ex Bar.in d. l. Centurio. Fit etiam dum petit teſtator, vt reſtituas, l.hæredes, §.peto, ff.de legat.2. Ita fit dum dicitur, *reſtituat ſubſtituto, vel per fideicommiſſum,* Bart.l.recuſare, §.Titio num. 2, ff.ad Trabell.ſic fieri poteſt,

cum verbis receptiuis, Inſt. de ſingul. rebus per fideicōmiſſ. relict. §. fin. Item quocunq; modo, quo cōnſtat de mente teſtatoris.

Quartò, requiritur, vt hæres adeat hæreditatem, quoniam prius præſtari non poteſt, alias dicitur, nullū fideicommiſſum de receptiori ſententia, ſecundū Iaſ. l. eam, C. de fideicommiſſ. num. 10. Nam ab eo die cedit fideicommiſſum, quo adita eſt hæreditas, Bart. l. quidam, ff. ad Trabell. l. ſed etiam, ff. eod. & ſic requiritur, quod fideicommiſſarius ſuperuiuat hæredibus, Bar. in d. l. apud Iulianum, §. vtrum.

Quintò, requiritur, quod reſtitutio fiat eo tempore, quo teſtator iuſſit, nam quandoque teſtator purè grauat hæredem, aliquando ſub conditione, aliquando poſt mortem ipſius hæredis, vel in diem certū, l. Lucius, §. hæredem, §. rogatus, §. fin. ff. ad Trabell. l. recuſare, §. fin. l. ſciendum, ff. eod. l. poſt mortem, C. de fideicommiſſ. Inſtit. de fide. hæred. §. poſt autem, §. imprimis. Quæ reſtitutio duobus modis fieri poteſt. ſ. re, vel verbis ſeparatim, vel ambo ſimul. re fit, dum hæres grauatus reſtituit hæreditatem, ipſo viuente, fideicommiſſario. Verbis, quando hæres iubet reſtitui; Re, & verbis ſimul, quando hæres iubet, & tunc fit reſtitutio, glo. Inſt. eod. §. reſtituta. Ita rubricatur in Auth. de reſtit. fideicomm. vt qui hæres moritur, tunc ſui hæredes reſtituere tenentur, qui reſtituit eo viuente, remanet hæres nomine, Inſt. eod. §. reſtitutio.

Inſt. ſing. rebus fideicom miſſ.

6 Fideicommiſſa quædam ſunt vniuerſalia, vt in tit. Inſt. de fideicom. hæreditatibus, & C. de fideicom. vt ſupra dictum eſt, quædam ſunt particularia, vt in tit. Inſtit. de ſingul. rebus per fideicommiſſum relictis, & hoc eſt, quando illud legatur, vel iure inſtitutionis, vel iure legati in aliqua re certa, vt dum legatur, aurum, argentum, veſtis, & ſimilia, & grauatus eſt ille alteri reſtituere, Inſt. eod. §. 1. & conſiderare debet teſtator, ne oneret vltra cōmodum, & ſi factum fuerit in re aliena ſcienter, tunc æſtimatio debetur, Inſt. eod. §. poteſt autem. In particulari fideicommiſſo poſſunt legari etiam libertates, Inſt. eod. §. libertas, & manumiſſiones, vt ibi §. qui autem. Singula in præſenti intelliguntur de particularibus rebus legatis, vt de domo, auro, fundo, & ſimilibus, §. 1. Inſt. eod. aliquando continet vniuerſalia, glo. in d. §. 1. & Bal. in c. cum omnes, de conſtit. num. 16. Effectus fideicommiſſi eſt

Auth. reſtit. fidei com. reſt. fideicom.

7 reſtitutio illius rei, quam teſtator iuſſit reſtitui, & dari alteri, vt in tit. Auth. de reſt. fideicom. vbi loquitur de reſtitutione fideicommiſſi particularis facti in codicillis in caſu, quo tenetur de dilapidatione, vel alienatione, cœtera infra de legatis declarabuntur.

8 Legata, quæ teſtamentis, vel codicillis relinquuntur, vt in §. 1. Inſt. de legat. ita deſcribuntur, Inſt. eod. §. legatum, & l. legatum, ff. de legat. 2. & l. legatum, ff. de legat. 1. *legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator, ex eo quod vniuerſum hæreditatis foret alicui, quid collatum velit*, alibi legitur, *deliberatio*, & propriè, ſecundum glo. ibi in §. 1. vel ſic *legatum eſt donatio a teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda*, ex quibus plura colliguntur.

9 Primò, dicitur donatio, vbi notat, glo. quod plures ſunt ſpecies donationis. ſ. inter viuos, cauſa mortis, & legati, Bart. verò ponit quinq; de quibus latius in tit. de donationibus, licet differant in multis legatum, & donatio. Nam in donatione contrahitur obligatio inter donantem, & donatarium, ſed hic nulla naſcitur obligatio, glo. ibi, niſi in vita ſua tradiderit, & tunc non erit legatum, ſed donatio inter viuos, ſed appellatur donatio, quia teſtator, ex mera ſua voluntate, nulla alia cauſa inductus, ſaltem præcipua legat; ſic largo modo dicitur donatio; Differentias inter legatum, & donationem ponit, Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reuocat. donat.

Secundò, ad legatum requiritur, quod à teſtatore ſit relictum, & ita comparari poteſt donationi cauſa mortis, & niſi ſequatur mors, non dicitur legatum, vt ibi colligitur.

Tertiò, vt præſtetur ab hærede, de hoc, ſecundum quoſdam non eſt expreſſum in antiquis codicibus. Nam in d. l. Lucius, ff. de legat. 2. habetur, quod poteſt in vita teſtatoris præſtari, ſed intelligitur potius de donatione, quam de legatis, quæ præſtantur ab hærede, & hæres non habet locum, niſi defuncto teſtatore. Ita tenet Bart. in d. l. legatum, Bal. in l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.

Quartò, vt ſit donatio requiritur, qđ ſit facta per verbū *dono*, Ang. in d. §. legatū, Inſt. eod.

10 Ge-

10 Genera legatorum quatuor erant apud antiquos, *Inſt.* eod. §.ſed olim, quæ veniebant à modo legandi. Primum genus dicebatur per vendicationem, quoniam teſtator his verbis vtebatur, loquendo cum legatario, *vendica tibi fundum Seianum.*

Secundum, dicebatur damnatione, dum teſtator dicebat hæredi, *Damno te Seium liberare are alieno.*

Tertium, per ſinendi modum, dum teſtator dicit hæredi, *Sinito modo Seium habere fundum Trebatianum.*

Quartum, præceptione, vt dum dicitur, vni hæredũ *precipito, rem illam.* ideſt ante partem capito, & ſic cuilibet legata erant aſſignata certa verba: modò verò omnis ſolemnitas verborum ſublata eſt, Inſt.eod.§.ſed olim, & ſunt determinata, l.1.C.communia,de legar.& ſat erit, vt ſeruetur voluntas defuncti magis, quam verba, & ſic omnibus legarorum vna eſt natura, & quibuſcumq; verbis concipiatur, valida erunt, dummodo verba ſint apta, ſecundum glo.Inſt.eod.§.veſtra. apta intellĩgũtur, ne mutetur ſubſtãtia, vel natura eius, quæ omnia declarantur in tit.ff.de legat.Repetitur tit.triplici ordine,veluti de legatis primò, de legatis ſecundò, de legatis tertiò, & hoc factum eſt, quia in primo tir. tractatur de rebus, quæ legari poſſunt, in ſecundò, de perſonis, in tertiò, de efficacia verborum, quibus fiunt legara, ſic per tres titulos declarantur tria ſubſtãtialia huius materiæ, quæ omnia ſeruantur etiam in alijs rubricis, vt in tit. C.communia de legat. & Inſt. eod.de legat.quæ ita declarantur ibi, in tit.Inſt.de legat. ff. legatis 1. legatis 2. legatis 3. C. cõmunia de legat. Inſt. de legat.

Quidam alij repelluntur, vt indigni, vt in tit.ff.de his, quibus, vt indign. vt ſi legatarius calumniet teſtatorem de illicita negociatione, poſt mortem teſtatoris, vel aliquid culpa
11 ſua egiſſet contra ſuum teſtatorem, vel ſi dixerit teſtamentum, in quo factum eſt legatum, eſſe inofficioſum, aut ſi mandato teſtatoris non paruerit, vel ſi inimicitiæ ſunt ortæ capitales inter teſtatorem, & legatarium, vel ſi legatarius dixerit verba iniurioſa, & inhoneſta teſtatori, & ſimilia,quæ in d. tit. continentur, tunc ex iſtis non tantum non confirmatur legatum, & auſertur, ſed nec eis legari poteſt, & legatum efficitur inutile. Ideò indignus dicitur, qui manifeſtiſſimæ comprobatus eſt id egiſſe, vt per negligentiam, & culpam ſuam teſtator, à quo hæres eſt inſtitutus moreretur, l. indignum, ff. his quibus, vt indign. ff. his quib. vt indignis.

12 Attenditur etiam in legatis modus legandi, ideò fieri potuerat in teſtamenris, & codicillis, tam ante hæredis inſtitutionem, quam poſt, & inter inſtirutiones, & ſubſtitutiones, Inſt.eod.§.ante hæredis,niſi in teſtamento Cœci, vbi prius fiunt inſtitutiones, l.hac conſultiſſima, C.qui teſt. fac. poſſ.fiunt etiam legata poſt mortem hæredis, vt cum dicirur; *Cum hæres meus mortuus fuerit lego, vel pridie, quam hæres, vel legatarius moriatur,* Inſtit. eod. §, poſt mortem,

Poſſunt etiam fieri puræ, vel ſub conditione aliqua ibi inſerta, vt in tit. C. de cond. inſert.tam legatis, quam fideicommiſſis,& non tantum ſub conditione, ſed etiam ſub modo, vt in tit.C.de his, quæ ſub modo legant. & in §. longè magis, Inſt. eod. quæ ſint conditiones, & qui modi, & cauſa, ſupra de his dictum eſt. C. cód. inſert. C. his, quæ ſub modo legãt.

Quædam alia legata fiebant olim ſub nomine pœnæ, licet hodie ſic inutiliter legetur, §.pęne quoq;, Inſt. eod.& in tit. ff.& C.his, quæ pœnæ nomine relinquuntur, & ad ſollicitandum hæredem, ad aliquid faciendum, vel non faciendum, vt ſi teſtator dixiſſet; *Si hæres meus filiam meam in matrimonio non dederit Titio, eidem Titio, vel alteri lego centum;* ſic centum ſunt adiecta nomine pœnæ, hodie verò ſi conditio fuerit honeſta,& poſſibilis,tunc hæres tenetur adimplere, alias tenetur ad pęnã,vt ibi Doctores.De pęnis dicemus in 5.lib.

Fiunt etiam aliquando legata certo modo ambiguo, quod non poteſt deliberari quid agendum, vt in §.ſi generaliter, Inſt. eod. ſed in dubio regula eſt, quod electio eſt legatarij, ſi aliter teſtator non declarauerit, & ſi viuus legatarius non elegerit, tunc hæredes eius optare poſſunt, ſi teſtator optionis legatum reliquit, & ſi pater legatarius erit diſſentio de optione, & à teſtatore non fuerit terminatum, tunc fortuna, ſeu ſorte dirimetur taxillis, videlicet, vel ſimilibus, Inſt.eod.§.optionis legatũ. Inde rubricatur tit.in ff.de optione, & electione legati, & ad hoc ſunt neceſſaria quinq;, ſecundum glo. l.ſerui, ff.de legat. tertiò. ff. optio.& elect. leg.

13 Pri-

13 Primò, quod hæreditas ſit adita, l. optimè, ff. eod. tit.
Secundò, ætas perſonæ eligentis ſit maior, & ſui iuris, l. ſi ſine, §. 1. ff. de maior.
Tertiò, quod res ipſæ exhibeantur, & demonſtrẽtur, l. ſerui, ff. de opti. legat. l. 2. §. ſi quis, ff. ad exhibẽdum. Quartò, quod electio fiat ſuper rebus, de quibus cadere poſſit electio, vt res ſit ipſius teſtatoris, l. 2. ff. eod. tit. Quintò, quod in tali legato interueniat forma debita verborum, circa ipſum actum eligendi. Nam dicere debet legatarius, hoc, vel illud eligo, non autem eligere volo, quia verbum, *volo*, ſuſpendit actum, glo. in l. mentis, C. de contrahen. empti. optare idem eſt, quod eligere, l. 3. §. Item ſi, ff. ad exhibendum, & l. ſi tibi, ff. de optio. legat.

ff. annuis legat. Conſideratur etiam in legatis numerus legatorum, quod ſint plura, vel vnum. Annua legata dicuntur plura, quia pluribus vicibus præſtantur, l. in ſingulos, ff. de annuis legat. ſic pluralitas conſideratur, quoad præſtãtiorem, tam ſi copulatiuè, quam diſtinctiuè, vt in d. l. 1. & 2. l. in ſingulos, ff. eod. ibi Doctores.

14 Dicuntur etiam plura, quando pluralitas eſt in obligatione, ſed ſi ſub vno nomine plura continentur, tamen vnum erit legatum, vt dum legatur ſuppellex, vbi plura continentur, aliquando dicuntur plura, ſi ſunt expreſſa.

15 Conſideratur etiam res, quæ legatur, & regula eſt, quod legari poteſt omne, quod eſt in noſtro commercio, Inſt. eod. §. non ſolum, vnde licet res fuerit aliena, tamen legari poteſt, ſed ſi teſtator ſciebat rem eſſe alienam, tunc hæres tenetur præſtare æſtimationem, ſed ſi bona fide legauit, quia credebat rem eſſe ſuam, tunc inutile videtur legatum, Inſt. eod §. non ſolum, §. ſi quis rem ſuam. Extra commercium noſtrum illa dicuntur, quæ nullius ſunt, ſicuti ſacra, & publica, vt Forum Baſilicæ, Theatra, & ſimilia, vt ſupra dictum eſt. Cœtera ſuis locis dicentur.

16 Fiunt & legata coniunctim inter plures legatarios hoc modo, *Titio, & Seio fundum do, lego,* ita & diſiunctim dum diceretur, *Titio lego equm, & Seio fundum,* Inſt. eod. §. ſi eadem, res. Sed hanc materiam tractat, Bart. in l. re coniuncti, ff. de leg. tertiò, & ne huiuſmodi termini remaneant hic incogniti, breuiter collegi, quomodo dicantur legata facta coniunctim, & diſtinctim, & præmitto, qđ quædã dicũtur re cõiuncta ꝗdã verbis, quædã re, & verbis, quædam nec re, nec verbis. Duplex autem eſt coniunctio, quædam dicitur hominis, quædam legis, & ſimul pariter. Hominis, quod à teſtatore fit, vt dictum eſt, de iſta prius dicendum; Coniunctionem facit non tantum copula, &, ſed vnitas ſermonis, quando eſt vnum verbum, reſpiciens plures perſonas, aut ibi Bart. & iſta fit, aut re tantum, aut verbis tantũ, aut ſimul re, & verbis, vt quando eadem res legatur ſeparatim, & faciunt partes per concurſum. Hoc accidit duabus de cauſis; primò, quando legatur quantitas pecuniarum, vel rei, & in hoc non datur, quia ſi dico, *Titio lego decem, & decem Seio,* non fit concurſus, quia quilibet habebit decem, ſed requiritur, quod dicatur, *Titio lego decem, & dimidium illius lego Seio,* ex Bar. ibi, & vt fiat concurſus, aduertendum, ne vnus habeat rem, alter æſtimationem, necnon ſi vni legetur totum vniuerſale, & alteri legatur pars, non fit concurſus, quia non continetur pars in hoc caſu, vt ſpecies ſub genere, per l. vxorem, §. feliciſſimo, ff. de leg. ſecundò.

Concludẽdum ergo, quod legatum re coniunctum dicitur, quibus eadem res ſeparatim relinquitur ſimpliciter, ſpecialiter, & expreſsè in ſpecie ab eodem hærede, & ab eodem teſtatore, Rip. in d. l. re coniuncti, num. 42. & additur in re propria. Pro cuius declaratione, primò, dicitur eadẽ res, ſic non in diuerſas, l. huiuſmodi, §. quibus, ff. de leg. primò.
Secundò, dicitur ſeparatim, quia eadem res ſeparatim legatur pluribus.
Tertiò, dicitur in ſpecie, nam ſi vni legetur genus, & alteri ſpecies non fit concurſus.
Quartò, dicitur expreſsè, nam tacitè non intelligitur, l. item, quod Sabinus, §. 1. ff. de hæred. Inſtit.
Quintò, dicitur ſimpliciter, nam ſi inſolidum cuilibet relinquitur, tunc non fit cõcurſus.
Sextò, dicitur ab eodem hærede, ne fiat à diuerſis, l. pen. ff. de vſufr. accreſcen.
Septimò, ab eodem teſtatore, non ab alio, l. planè, §. ſi duo, ff. de leg. primò.

Octauò,

Octauò, in re propria, non in aliena, quia ibi teſtator non poteſt facere partes per concurſum, ſic attenditur res principaliter, quæ facit coniunctionem, & poteſt quis vbi vno, vel duplici verbo, dum dicitur, *Titio lego fundum Seianum, & Seio*. Fit duobus verbis, dum dicitur, *Titio lego fundum Seianum, & Seio lego eundem fundum*, ex Rip. in d. l. nu. 42.

Verbis tantum dicuntur coniuncta legata, quos verborũ complexus coniungit, ibi Rip. num. 44. fit cum copula, &, vt alia ſimili coniunctione, vt dum dicitur, *Titio, & Seio lego fundum equis portionibus*. Hoc idem ſignificant tacitè, ſine copula, dum dicitur, *Titio, Seio lego fundum*. Fit etiam pro nomen collectiuum, vt *lego filijs fratris mei*, fit pariter pronomine collectiuo, ſeu diſtributiuo, vt *quiſquis, quilibet*, & ſimilia. Item fit coniunctionibus aduerſatiuis, videlicet, *autem, vero*, & ſimilibus. Hæc ex Bart. & Rip. in d. l. re coniunctim.

Differentia inter coniunctionem re, & verbis hæc erit; In re attenditur coniunctio in re ipſa legata, ſic vnitas rei legatur pluribus. In verbis attenditur vnitas ſermonis, qui fit vnico tantum verbo, vt ibi.

Re, & verbis, quos rei, & nominis complexus tangit, Rip. ibi num. 54. vt dum dicitur, *Titio, Seio, fundum lego*, & alia, vt ibi pro Doctores.

Diſtincta re, & verbis dicuntur, quibus diuerſis orationibus, & rebus legatum fit, vt dum dicitur, *Titio lego fundum, & Seio equum*, vt ibi Bart. & Rip.

Alia coniunctio dicitur legis, quando lex coniungit plures in ſucceſſione, quod fit, vt ab inteſtato, aut ex teſtamento, Bart. ibi, ex teſtamento ante additionem, vt cum fit legatum ſeruo communi plurium dominorũ fit coniunctio à lege inter illos dominos, & quando hæreditas, ſiue legatum transfertur in hæredes legatarij, qui omnes dicuntur à lege cõiuncti ad legatum ab inteſtato, & fit, vt infra dicetur de eo. Hæc breuiter collegimus de materia iſta, vt & tyrones aliqualem de præmiſſis notitiam habeant.

17 Plura in legato comprehendi poſſunt, veluti liberatio, creditor legat debitori ſuo liberationem ab eo, quod debet, & poteſt fieri ad tempus, & in perpetuum, ſed ſi debitor legaſſet debitori ſuo ſuum debitum iure, inutile eſſet legatum, niſi aliquod vtile acquireretur legatario, Inſt. eod. §. ſi quis debitori, huiuſmodi liberationis legatum à creditore fieri poteſt tribus modis; primò, dum dicitur, *peti nolo*, vel quod debet, *relinquo, aut actionem remitto*; ſecundò, dum teſtator contradicit legatario, qui negocia geſſit teſtatoris, & rationem reddere debet, *rationes reddere nolo*, ex glo. in d. §. ſi quis debitori, & latius in tit. ff. de liberat. legat. & fit vltra prædictos quatuor modis, qui ibi numerantur. ff. Liberatione legat.

Primò, dum teſtator, ita legat debitori ſuo, *relinquo Titio, quod mihi debet*, l. 1. ff. eod.

Secundò, dum dicitur, *damno hæredem meum non petere*, l. a. ff. eod.

Tertiò, *lego liberationem*, l. 3. in princ. ff. eod.

Quartò, dum dicitur, *lego debitori meo chyrographum*, l. 3. ff. eod. in princ.

Liberari, vel eſt non teneri, vt l. decem, ff. de verborũ oblig. vel ab obligatione ſolui, l. liberationem, ff. de liberat. legat.

Legatur etiam dos à marito ſuæ vxori, ſi exprimatur certa quantitas, vt conſtet quid, & quãtum legetur, Inſt. eod. §. ſed ſi vxori, & licet mulier habeat actionem ad dotem, ſic fruſtra videtur legatum, tamen quia plenius eſt legatum, quam actio id valet, ibi glo. prælegatur, cum aliquod vltra dotem, Inſt. ff. de dote prælegata, præ. i. ante inſtitutionem, & tempus dotis, & legatur etiam certa quantitas dotis, & inſtrumenta eius, Inſt. eod. §. ſed ſi vxori. ff. Dote prælegata.

Legantur etiam ædes, & tunc cum ædibus veniunt columnæ marmoreæ, & illæ cum domibus debentur, Inſt. eod. §. ædibus.

Legatur, & peculium, vt dum ſeruo legatur libertas, intelligitur, & ſuum peculium, ſi ſeruus rationes reddidit; ſed ſi legatur peculium, non veniunt debita, quæ debentur à domino ſeruo ratione peculij, Inſt. eod. §. peculium autem. Venit autem in legato peculij, quicquid accipit, vel decedit viuo teſtatore legatarij, lucri, vel damni, ſed quod accedit poſt mortem teſtatoris, ante aditam hæreditatem cedit legato, ſi legatum eſt factum ipſi ſeruo,

ſeruo. ſed ſi legatum fuerit factum extraneo, non cedit legato, vt Inſt. eod. §. ſi peculium, & in tit. ff. de pecul. legat. ſic ſub nomine peculij venit quicquid acquiritur viuo teſtatore, & de peculio ſupra in primo diximus.

ff. Peculium legat.

Legatur, & fundus inſtructus, & inſtrumenta ad res ruſticas apta, vt in tit. ff. de fundo inſtructo, & inſtrumento legato, & in hoc legato principaliter venit fundus, deinde inſtrumenta, quæ ad culturam ſunt deputata, pro fructibus colligendis, & conſeruandis, ſic dum dicitur de inſtructo, intelligitur de omnibus neceſſarijs ad prædij culturam, & legari poſſunt ſeparatim inſtrumenta, & fundus; inſtrumentum dicitur, quod ſine eo poſſeſſio fundi exerceri non poteſt; In quo tit. numerantur inſtrumenta plura, quæ veniunt in hoc legato, de fundo inſtructo, & inſeruiunt, tam fundo, quàm domibus fundi, & hortis, ſicuti aratra, ligones, falces, torcularia, boues, & ſimilia, l. Inſtrumenta fundi, & in l. ſeq. ff. eod. inſtructū quid ſignificet, vide l. 1. C. de verb. ſignif. Inſtrumenta hic intelliguntur de aptis ad culturam, cum vnumquodq; exercitium ſua habeat inſtrumenta.

ff. Fundo inſtru. & inſtrum legat.

Legantur etiam alimenta, & cibaria, vt in tit. ff. de alim. & liber. legat. & in legato alimentorum veniunt ea, quæ ſunt neceſſaria ad victum, vt victus, veſtitutus, habitatio, aqua, vbi fuerit venalis, l. 1. ff. eod. in legato cibariorum veniunt ea, quæ ſunt in vſu cibi. Si legetur Diarium veniunt omnia alimenta, quæ ſunt in cibo, non ea, quæ ſunt in veſtitutu, & habitatione, l. diarijs, ff. eod. & ibi plura, quin in ſingulo eorum veniat, vide in l. cum hi, §. qui tráſigit, ff. de tranſact. & glo. ibi in verbo veſtiario, & glo. in l. ſi quis à liberis, §. Iudex, ff. de liber. agnoſcen. & de cibarijs, vide Spec. in tit. qui filij ſint legitimi, & Bart. in tract. de aliment. & in l. ſi cum dote, ff. ſoluto matrim.

ff. Aliment. & liber legat.

Supellex etiam legari ſolet, vt in tit. ff. de ſupellectilibus legat. in quo veniunt ea, quæ 18 quotidiano vſu conſumuntur. i. (*Maſſeritie di caſa*) ſic cęteræ res mobiles, exceptis auro, & argento legatis, & animalibus, ſed veniunt menſę, mappæ, theatra Delfica, ſubſellia, ſcamna, lecta ſimplicia, culcitræ, toralia, mappæ villoſæ, vaſa aquaria, pelues, candelabra, lucernæ, capſę, armaria, vitria, eſcaria, & cętera ſimilia, quæ ſunt in vſu patris familias, vt per totum tit. de ſupellect. legar. & in l. 1. dicitur, eſt domeſticum patris familias Inſtrumentum, & à ſupplendo dictum, ibid. l. Labeo, ff. de ſupell. leg. l. 3. & Bart. ibi, & in l. ſupellectili, ff. eod.

ff. Suppelle. legat.

19 Penus etiam legatur, in quo veniunt omnia, quæ ſunt parata ad eſum, & potum, vt oleū, ſalſamenta, mel, & ſimilia; & dicitur à penu, hoc eſt loco, vbi eſculenta, & poculenta cōſeruantur, vt in tit. ff. de penu legato; & ibi l. 3. & l. nam quod, §. nemine, & quando veniat domus, vide glo. & Bart. in l. vxore. in princ. ff. de leg. 3.

ff. penu legato.

Legatur vinum, triticum, oleum, & ſimilia, in tit. ff. de vin. trit. & ol. legat. quæ aliquādo legantur generaliter; Si verò non de certo fundo fiat legatum, tunc reddetur præſtandum de patrimonio teſtatoris, l. cui vinum, ff. eod. Si autem additum fuerit, quod naſcatur in tali fundo, tunc ſi illi fructus non naſcuntur legatum non debetur, Bart. in l. inter ſtipulantē, §. ſacrā, ff. de verb. obl. l. certū, l. ex eo, ff. eod. Et appellatione vini venit omne, quod naſcitur ex vinea, ſed non potio facta ex aqua, & melle, neq; vinum, quod ſit ex pomis, ſed omnia, quæ habentur loco vini, poſſunt nomine vini legari, & in legato facto de vino veniunt etiam vaſa vinaria, vbi vinum continetur, & conſeruatur, vt in d. tit. ff. eod. l. 1. & l. 3. §. 1. & l. ſi quis vinum, & l. vinum; & continetur omnis potio, quæ inebriare poſſit, 33. d. violetum; necnon & acetum, quod teſtator habebat, & vua recens, & ſicca, in d. l. 1. triticum eſt omne, quod in arca tenetur, l. triticū. ff. de verb. oblig. & ibi Bart.

ff. Vino tritico, oleo legato.

Legatur ſimiliter aurum, & argentum, vt in tit. ff. de aur. & argen. mundo, ornamentis, augumentis, veſtibus, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis; hoc intelligitur de auro, vel argento in maſſa, non de pecunia, l. quantus, §. 1. l. cum aurum, ff. eod. niſi aliter appareat de mente teſtatoris; mundus eſt ornamentum muliebre, in quo mulier mundior fit, vt ſpecula, vnguentaria vaſa, & ſimilia; ſic de ornamentis mulierum, quæ ſunt armillæ, anuli, catenæ, ſeu pendentia ad collum, vel ad aures, & alia, quæ ornant caput, & collum, & manus; ſic gemmæ, lapilli, mitræ, ſemimitræ, ſantica, reticula, & reliqua. Legantur etiam vnguen-

ff. Auro, & arg. legato.

Digitized by Google

vnguenta, quæ adhibentur vel voluptatis cauſa, vt odoris, vel cauſa valetudinis, vt vnctio-
nes, quæ fiunt in balneis, ſicuti nardum, ſpicuta, & cętera. In legaro veſtimentorum in-
telliguntur omnia iam contexta ex lana, lino, ſerico, bombicino, & ſimilia, & veniunt om
nia, quibus induimur, vel cingimur, & quæ accubandi cauſa adhibentur, & quæ ibi ſunt
contexta, vt picturæ, ornamenra facta ex auro; & iſtorum veſtimentorum ſpecies, tam vi
riles, quàm muliebres, & pueriles, vel familiaria virilia, ſunt veſtimenta acquiſita, cauſa
ipſius patris familias, ſicuti togæ, tunicæ, palliola veſtimenta, ſtragula anſitunia, & ſaga,
quæ eſt veſtis virilis.

Muliebria ſunt ſtolæ, capititia, pallia, tunicæ, zonæ, plagæ, & penulæ.

Puerilia ſunt, quæ ad nullum alium vſu pertinent, quam ad pueros, vt prætexta, toga, cla
midis, & ſimilia.

Communia, quæ inſeruire poſſunt viro, & mulieri, vt penula, & pallium.

Familiaria, quæ ſunt ad familiam paratam, vt veſtimentum, ſaga, ſtragula, veſtis ex pel
libus caprinis, vel ouinis, quæ omnia ex d. tit. colliguntur.

Legantur etiam incorporalia, ſicuti ſunt iura, & actiones, Inſt. eod. §. tunc autem. Incor
porales, ſicuti vſufructus, vt in tit. ff. de vſufruct. legat. & in hoc legato veniunt omnes fru- ff. Vſufruct. legat.
ctus naturales, ſicuti poma, & quos natura ex ſe producit; Item veniunt induſtriales, vt
granum, ſegetes, vinum, oleum, & ſimilia. Item veniunt non tantum fructus, qui procedũt
de terra, ſed etiam fetus animalium, gloſſ. Inſtit. de rerum diuiſ. §. ſi quis, l. vſufruct. lega-
to, l. ſeq. ff. eod. Item veniunt fructus ſyluæ, ſi eſt cedua; ſicuti cedere arbores minores,
vel pedamenta, l. ex ſylua, ff. de vſufruct. Et huiuſmodi vſufructus aliquando legatur duo-
bus coniunctim. ſ. re, & verbis. Ita quod altero repudiante, accreſcat acceptanti, vt in tit.
ff. de vſufruct. accreſcen. quod ius accreſcẽdi non cadit inter legatarios diſtinctos, nec in-
ter legatarium proprietatis, & legatarium fructuum, l. 2. ff. eod. de qua materia accreſcen- ff. Vſufruct. accreſcẽ.
di latius dicet in ſuo loco; & accreſcere eſt nõ diminui, l. vnica. §. ſi verò, ff. de caduc. tollẽ.

Legantur inter incorporalia ſeruitutes, quę etiam conſtitui poſſunt in vltimis volunta-
tibus, ſic in legatis, vt in tit. ff. de ſeruit. legat. quod intelligitur de noua inducenda. ff. Seruit leg.

Alia pars legati eſt videre, quando legata debeantur, ſecundum tit. C. ff. quando dies ff. C.
lega. cedant, & in l. in quo caſu duo conſiderantur; quando. ſ. aduenıat dies petitionis, vel Quan. dies leg ceda.
21 dies tranſmiſsionis. Quo ad diem petitionis, ita diſtinguendum eſt; Si legatum eſt fa-
ctum purè, tunc dies legati præſtandi eſt à die poſt mortem teſtatoris, l. a Titio, ff. de
furt. l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. & l. 1. C. de caduc. tollen. §. cum igitur,
& §. nouiſsimo. Sed ſi appoſita eſt dies incerta, tunc expectanda eſt conditio, l. dies incer-
ta. ff. de cond. & demõ. & in d. l. 1. §. ſi autem, C. de caduc. tollen. ſi eſt dies certa; ſed in-
certa quo ad tempus, vt expectare mortem alicuius ante diem non præſtatur, l. Sempro-
nius, ff. de vſufruc. lega. Et ſi dies eſt certa; tamen ante diem non præſtatur, d. l. Sempro-
nius; ſic legata non debentur, niſi à die poſt mortem teſtatoris, & quando ipſe ordinaue-
rit, quando aduenit dies legati, illa præſtantur, vt in tit. ff. de legat. præſtand. vbi plures ff.
caſus numerantur, quando legata non ſunt præſtanda; ſic præſtare, eſt dare, l. qui vitulũ, De legatis præſtan.
§. quidam, ff. locati, vel tradere, l. exemplo, ff. ſic dies legati dicitur ceſſiſſe, quando adue-
nit dies ſolutionis, vel tranſmiſsionis, vt in l. cedere, ff. eod.

22 Efficiuntur caduca legata, vel mortuo legatario ante teſtatorẽ, vel ſi repudiauerit, vt
in d. tit. C. de caducir. tollen. ſicut dicimus glandem caducam, quæ de arbore cecidit, l. ſyl C.
ua cedua, §. glans, ff. hoc eod. tit. Item de legato, vt ſi contingeret, quod legatarius dece- Caducit. tollen.
deret ante aperturam teſtamenti, vel mortem teſtatoris, vt hodie ſeruatur, l. 1. §. cum igi-
tur, ff. eod. & l. 1. in princ. C. eod. & illa deuoluuntur, primò ad ſubſtitutum, ſecundò ad cõ-
iunctum, tertiò ad grauatum, l. 1. §. in primo. C. eod. & cætera vide, vt ibi.

Efficiebatur etiam aliquando caduca ex eo, quod falſa cauſa erat adiecta legato, Inſtit. C.
de legat. §. longè; quandoq; fit cum demonſtratione falſa, vt *Lego Sticum ſeruũ, quem emi*; Falſa cau. adiec. leg.
qui licet emptus non ſit, tamen legatum debetur, Inſt. de legat. §. huic; & de his duobus
23 modis loquuntur in tit. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. quot modis cauſa ſumatur, vide Bart.

O l. 2. §.

l. 2. §. fin. ff. de donatio. Fely. in c. in cauſis, de reſtit. ſpoliat. & Hoſt. de accuſat. c. cum dilecta, glo. in rub. ff. de cond. & demonſtr. dicit cauſam eſſe quid prætenſum, vel inſtans, quo quis impellitur ad aliquid diſponendum; ſecus tenet ibi Bart. ſic conſideratur hic cauſa impulſiua, quam finalis, de his infra de legibus dicemus.

Aliquando legata habentur pro non ſcriptis à princ. ſicuti ſi tempore teſtamenti, legetur illi, qui non eſt in rerum natura, vt ſi legetur mortuo, l. 1. C. de his, quæ pro non ſcriptis; poſtea verò in alio caſu non poteſt dici, quod legata non habeantur pro non ſcriptis, ſed dicitur caducum, quod, vt dictum eſt, contingit illis duobus modis, l. vnica. C. his, qui
24 ante aper. tab. Erant antiquorum iura, ſecundum regulam Cathonianam, quod legata efficiebantur caduca, ſi teſtator ſtatim facto teſtamento non moreretur, ſed vixiſſet, eandem rem, quam ex d. regula legauerat, legatarius, & rem legatam alienauerit, ex d. regula legatum erat caducum, v. g. ſi teſtator legaſſet rem ipſius legatarij eidem legatario, Inſtit. de legat. regulariter dicitur nullum, vt Inſtit. eod. § ſed ſi rem, quia quod ſuũ eſt, amplius ſuum fieri non poteſt, Inſtit. de actio. §. ſic itaq;, & in hoc declaratur in d. §. ſed ſi rem; qđ ſi teſtator ſciebat rem eſſe legatarij, tunc debetur æſtimatio, vt ibi. Sed ſi poſt teſtamentum contigerit, quod legatarius alienauerit rem legatam, tunc legatum debetur, per d. §. ſed ſi rem; ſed ex regula Cathoniana non debetur, quia à principio non debuit, quæ regula ſublata eſt per l. vnicam, C. de caduc. toll. licet iſte caſus multipliciter limitetur, p̃ſertim à glo. in l. 1. C. de his, quæ pro non ſcriptis.

ff. Regu. Cathon.

Habetur pro non ſcripto legatum pluribus de cauſis, vt in d. tit. Et præſertim, ſi quis ſibi adſcripſit legatum ſine teſtatoris voluntate. Secundò, ſi quæ in teſtamento ſunt ſcripta, q̃ intelligi non poſſint; nec quid ſignificent eligi poteſt. Tertiò, legatum factum tempore, quo quis exiſtit apud hoſtes. Hæc ex d. tit. colliguntur.

Nunc dicendum, quomodo præſtentur annua legata, & ita diſtinguitur à glo. in §. vt ſi ita, Inſt. de verb. obligat. nam diſtinctio eſt, ſi dicatur ſingulis annis, tunc ſolutio fieri debet in fine anni, quia tempus videtur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis; ſed ſi dicitur annuo, vt *lego decem aureos annuos*, tunc debet in principio anni, quia annus apponuntur gratia multiplicandi legatum; Vnde verſus.

Annua ſi debes, tunc reſpicies caput anni,
Anno ſi debes in fine teneberis anni.

Ideo conſiderandum an dies ſit appoſitus gratia differendæ ſolutionis, vel gratia multiplicandi legatum, vt ex d. glo. ibi.

ff. Admi leg. Inſt. Adêp. leg.

Cum voluntas hominis ſit ambulatoria vſq; ad mortem, l. 3. §. fin. ff. de admin. legat. id videndũ, quomodo adimantur legata facta, vt in tit. ff. de admin. legat. & Inſt. de adempt. legat. vbi in d. §. vnico, iſti caſus numerantur; Primò adimũtur ſecũdo teſtamento, vel co-
25 dicillis, ſic cõtraria volũtate, & cõtrarijs verbis, vt dũ dicitur; *non do, non lego, vel adimo*, qđ dicitur expreſsè adimere, l. 2. & l. 4. ff. eod. § Titio. Tacitè fit adẽptio, quando teſtator poſtquã legauit rem legatam, alienauit inter viuos voluntariè, ſed ſi neceſſitate alienauit, legatũ non videtur adeptum, l. rem legatam, ff. eod. ibi Bar. Item ſi ſuperuenerint graues inimicitiæ poſt legatum inter teſtatorem, & legatarium, dummodo ſe non recõciliauerint, l. 3. ff. eod. Adimitur etiam tacitè, quando teſtator expreſsè adimit onus, quod fuerat ipſi legato appoſitum, l. alium, §. Seiæ, l. filiæ, §. 1. ff. eod. Sic adimere eſt pro non dari, l. vna, ff. de adempt. libert. & legata adempta, intelliguntur cum reuocantur, ita vt non data videantur, vt ex dd. tit. colligitur.

ff. Vt leg. ſeu fideicó.

Dum præſtantur legata, hæres tenetur ſatiſdare nomine legatorum, de quibus legauit teſtator hæres tempore ſuo præſtabit, amoto omni dolo, vel fraude; hoc limitatur multis modis, vt in tit. ff. vt legatorum, vel fideicommiſſ. ſeruandorum cauſa. Caueatur primò in fiſco; ſecundò in legato repetito; tertiò ſi teſtator vetuit; quartò quando offertur cognitio, & offert hæres ſe paratum ſoluere; quintò ſi calumnioſè petitur, vt quia fideicommiſſum non debetur, vel eſt repudiatum, vel hæreditas non eſt adita: & liberatur ab huiuſmodi ſatiſdatione filij teſtatoris, l. iubemus, §. 1. C. ad Trebell. & tenentur ſatiſdare non ſolum hære-

hæredes, ſed ſucceſſores eorum, l. 1. §. non ſolum, ff. eod. & datur ad fauorem non tantùm legatariorum, ſed & ſuorum ſucceſſorum, vt in d. tit. Si hæres hoc neglexerit, tunc gratia conſeruandorum legatorum, legatarius mittitur in poſſeſsionem rei legatæ, in tit. ff. vt in poſſeſsione legatorum; ſed in hoc legatarius non efficitur dominus, ſed retinet rem legatam pro ſua ſecuritate, tanquam pignus. ff. Vt in poſſ. legator.

SVMMARIVM.

1 Donatio quid ſit.
2 Conditiones bonæ donationis.
3 Vnde dicatur donatio.
4 Species donationis.
5 Donatio inter viuos quæ.
6 Requiſitum ad donat. inter viuos.
7 Inſinuatio quid ſit.
8 Requiſita ad inſinuationem.
9 Donatio cauſa mortis quæ.
10 Requiſita ad donationẽ cauſa mortis.
11 Differentia inter donat. & legatum.
12 Differentia inter donat. cauſa mortis, & inter viuos.
13 Celebs quis dicatur.
14 Quot modis reuocetur donatio cã mortis.
15 Donatio propter nuptias quæ.
16 Sponſalitia largitas quæ.
17 Quæ donatio prohibeatur.
18 Inofficioſa donatio quæ.
19 Quando reuocetur.

DILVCIDATIO. XII. DE DONATIONIBVS.

1 ACQVIRITVR etiam ex titulo lucratiuo, ſicuti Donatione, vt in tit. C. & Inſt. de donat. Donatio generaliter ſumpta eſt conceſsio, ex mera liberalitate, & munificentia proueniens, per quam quis aliquid ea mente dat, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, l. 1. l. donari, ff. eod. ex qua iſta notantur. C. Inſt. Donationibus.

2 Primò, vt ſit vera donatio, non debet venire ex cauſa, ſed ex mera liberalitate; ideo excluduntur oẽs donationes, quæ fiunt ex cã, qui verè donationis non ſunt.

Secũdò, dicitur conceſſio, ſeu acquiſitio, quæ fit de iure ciuili approbatione, licet olim donatio non fieret, niſi ſtipulatione, quæ eſt de iure ciuili, ſed cum hodie fieri poſsit nudo pacto, l. ſi quis argentum, §. fin. C. eod. ff. eod. Dicitur de iure ciuili approbatione, ſed inuentione de iure gentium, §. per traditionem, Inſt. de rerum diuiſ. gloſ. in §. 1. Inſt. eod.

Tertiò, quod huiuſmodi conceſsio fiat ſtatim accipientis, licet hæc diffinitio in hoc non videatur conuenire cum donatione cauſa mortis, tamen & de ea intelligitur, quia ea mente donatur, vt fiat accipientis, & non reſtituatur, intellige, rebus ſic ſtantibus, non ſuperueniente alia voluntate mutata.

3 Dicitur donatio à verbo, *Dono*, quaſi dono datum, ſumpto à verbo Græco, vt in l. Senatus, §. donatio, ff. de donat. cauſa mortis.

4 Diuiduntur donationes in quatuor ſpecies, ſed propriè ſunt duæ, ſ. inter viuos, & cauſa mortis, §. 2. Inſt. eod. Impropriè ſumitur etiam pro donationes propter nuptias, & pro legato, de quo ſupra dictum eſt; At prius de donatione inter viuos erit dicendum. ff. & Don. inter viuum.

Donatio inter viuos dicitur illa, quę fit nullo intuitu mortis, l. donari, & l. 1. ff. de dona.
5 inter viuos; & datur ea intentione, vt res efficiatur accipientis ſtatim, Inſt. eod. §. aliæ, vt in tit. ff. & C. de donat. inter viuos. Cogitur donatur facta donatione, ſtatim tradere rem donatam, l. ſi quis, §. ſed, & ſi quis, C. de donat. & iſta fit non tantum purè, ſed cum conditione modo, & cauſa, l. Senatus, §. mortis, l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, & in d. tit. habẽt. C. Dona. quę ſub. mod.

Requiſita ad donationem inter viuos; Primò, requiritur ſtipulatio, ſeu pactum, vbi do-
6 nator declaret voluntatem ſuam in ſcriptis, vel ſine, vt Inſt. eod. §. aliæ autem; & verba debent eſſe præſentis temporis, vel futuri, vt, *Dono, vel Donabo*, vt in ſtipulatione. glo. in d. §. aliæ; & fit etiam verbis præſentis temporis, vt dum dicitur, *Do, & Dono*: ſed facta per verba futuri temporis, non eſt propriè donatio inter viuos, quia eſſet potius pacto de donando, vt ibi.

O 2 Secun-

Digitized by Google

Secundum requiſitum, quod ſint præſentes donator, & donatarius, ſic donator donet, & donatarius accipiat, vnde abſenti, ſine epiſtola, vel nuncio, fieri non poteſt, Syluest. ad glo. Inſt. in d. §. aliæ, per l. abſenti, ff. eod.

Tertium requiſitum, quod fiat traditio rei donatæ, ſicuti venditor tenetur tradere rem venditam, ita donator rem donatam; vt in d. §. aliæ; ſic ex neceſsitate requiritur traditio.

Quartò, vt in donatione inter viuos, nō veniant omnia bona donatoris, præſertim cum clauſula, quam ſolent moderni Notarij apponere præſentium, & futurorum, quæ donatio omnium bonorum non valet eo, quod aufertur libera facultates teſtandi, Bar. l. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Ideò practica eſt, quod teſtator ſibi reſeruet aliquid iure teſtandi.

Quintum requiſitum, quod donatio careat omni fraude, & dolo; ad iſta euitanda prouiſum eſt, ſi donatio exceſſerit quingentos florenos aureos; tunc inſinuatur, l. data, C. de donat. l. ſancimus, C. eod. & Inſt. eod. §. aliç. Eſt autem inſinuatio quidam actus declarato-
7 rius, & denunciatorius, in quo Iudicis ordinarij aſſenſus petitur, & requiritur, l. donatio, in fin. l. donationibus, l. in hac, C. de donat.

8 Primò dicitur, quod eſt actus declaratorius, continens donationem factam; ſed actum eſſe in actis, & publicare illa apud acta Iudicis, vel ipſam donationem facere apud acta coram Iudice præſente, & authorāte, & ſatis eſt Iudicem eſſe ordinarium, licet alterius iuriſdictionis, necnon etiam interuallo fieri poteſt, ex Syluest. ad glo. in d. § aliæ, & Bart. l. Modeſtinus, ff. de donat.

Secundò, requiritur aſſenſus Iudicis ad tollendas fraudes, ſed non decretum; Ideò datur practica, iuxta d. l. data, & l. in hac, C. de donat. quod Notarius in fine Inſtrumenti apponere ſolet, in quibus omnibus, & D. Iudex authoritatem ſuam, & aſſenſum interpoſuit, quod ſi non fuerit factum in parte, quę excedit dictam ſummam, vitiatur donatio, ex d. l. ſancimus, §.

Limitatur in multis, quod donatio non debet inſinuari, ex d. glo. & Syluest. in d. §. aliæ.

Primò, in donatione facta pro redemptione captiuorum.

Secundò, in donatione facta per Capitaneum militum alicui de ſua ſocietate.

Tertiò, ſi pro reparatione alicuius domus combuſtę, l. ſi quis, C. eod. ibi glo.

Quartò, in donatione Imperiali facta ab eo alteri, d. l. ſancimus, C. eod. in princ.

Quintò, in donatione facta ipſi Imperatori.

Seſtò, in donatione facta propter nuptias, quantum ad mulierem, non autem virum, l. cū decurſum, C. de donat. ante nupt. l. maioribus, C. eod. tit.

Septimò, in donatione cauſa mortis, quæ fit ex cauſa remuneratoria, Bart. l. Aquilius Regalis, ff. de donat. Inſt. eod. §. aliæ.

9 Alia ſpecies donationis, dicitur cauſa mortis, & eſt illa, quę fit mortis intuitu, Inſt. eod. §. mortis; Intellige de morte præſenti, vel futura, glo. in d. §. mortis cauſa; nam licet dies ſit incertus, tamen tempus eſt certum, l. Senatus, §. mortis, ff. de donat. cau. mor. & in d. tit. habetur.

ff. C. Dona. cā. mortis.

Requiſita ad donationem cauſa mortis. Primò, fiat mentio de morte, glo. ibi; nam ſi
10 ſimpliciter fuiſſet dictum, intelligeretur inter viuos, ibid. glo. Bart. l. contra dotes, ff. ſolut. matrim. Ideò de morte cogitandum eſt, de ea fiat mentio, Inſt. eod. §. mortis; & debet expectari tempus mortis donationis, vt effectum habeat, Inſt. eod. §. mortis cauſa, cum §. ſeq. & poteſt fieri huiuſmodi donationem, non tantum poſt mortem ipſius donatoris, ſed etiam poſt mortem alterius perſonę, vt dum quis donat poſt mortem filij, vel fratris, l. qui precio, l. mortis, l. non fratres, ff. de donat. cau. mortis.

Secundò, requiritur præſentia donatarij, licet olim donatio inter viuos fieri poſſet, tam abſenti, quàm pręſenti, vt per nuncium, vel epiſtolam, l. etiam, l. abſenti, ff. de donat. tamen donatio cauſa mortis fieri poterat tantum pręſenti, l. inter mortis, ff. eod. Sed hodie cum vtraq; donatio fieri poſsit nudo pacto, l. ſi quis argentum, §. fin. ff. de donat. licet Bar. l. Thais, & l. 1. ff. de donat. teneat, quod fieri poſsit abſenti, & præſenti, per nunciū, & epiſtolam: vnde ſi fuerit abſens, poterit Notarius ſtipulari pro abſente, vti publica perſona,

ſed ſi ſit facta in teſtamento, operatur abſq; iſta clauſula fideicommiſſum, d.l.Thais,& l.fi-
deicommiſſ. ff.de leg.3.

Tertium requiſitum, adhibeatur ſolemnitas debita; adhibeantur teſtes quinque, vt in
Codicillis, l.fin.C.de donat.cauſa mortis, l.fin.C.de Codicill.

11 Vnde comparatur ad inuicem legata,& donationes cauſa mortis, Inſt.eod. §.ſic mortis,
quia donationes cauſa mortis fieri poſſunt in teſtis, & Codicillis, ſicuti legata, de quibus
ſupra de leg. dictum eſt. Confirmantur donationes, vt legata, glo.in d.§.hæc mortis, Inſt.
eod. Reuocantur, vt legata. Subſtitutiones fieri poſſunt in donationibus, vt in legatis, l.
quoties, C. de ſub. quæ ſub modo, & l.ſicuti mortis, ff. eod. & in hoc aduertendum, quia
ſi fit iſta donatio aliter, quã extra teſtamentũ, requiritur præſentia ſubſtituti, vel alterius
eius nomine ſtipulantis, ſed ſi fit in teſtamento, tunc non requiritur præſentia, Cynus in d.
l.1.C.de donat.cau.mortis. Differt autem donatio in multis à legatis, vnde glo. Inſt. eod.
§.ſic mortis.& primo legatum factũ in annos ſingulos, dicitur vna donatio, ſed legata ſunt
plura. Secundò, legatum ab hærede traditur, donatio ab iſto, vel ab illo. Tertiò, in dona
tione obligatur donans. In legato non. Quartò, diuerſimodè ſubſtituitur in legatis, & in
donationibus, ſecundum Syluest.in glo.in d.§.ſic mortis. Quintò, filiusfamilias donat,ſed
non legat. Sextò, in legato tria tempora conſiderantur, vt legatarius ſit capax in donatio-
ne. Septimò, pro legato datur interdictum, quorum legatorum, non in donatione, ex glo.
& Sylue. in d.§.ſic mortis, & certa de ſimili æquiparatione habentur apud Sylue.in d.glo.

12 Differunt autem ad inuicem donatio inter viuos, & cauſa mortis.ſ.quo ad formam ver-
borum: nam in donatione cauſa mortis verba ſunt cum expreſsione mortis tacitè, vel ex-
preſsè, l.vbi donator, ff.de donat. cau. mortis. Secundò, donatio cauſa mortis regulariter
ſola pręſentia reuocatur, l.quæ mortis, l.Senatus, ff.de donat. l.mortis, ff.eod. ſed inter vi-
uos non reuocatur, niſi ex caſibus expreſsis in iure, l.fin. C. de reuoc. donat.

Iſtæ donationes cauſa mortis olim fiebant huiuſmodi, vel mulieri celibi, nolenti duce-
13 re vxores, nec illis, qui filios non habebant; quæ omnia hodie ſunt ſublata, vt tit. C. de
infirmandis pœnis celibatus. Eſt autem celebs, qui nec vxorẽ duxit, nec ducere vult, glo. C. Infirmandis celibat.
in rub. C.eod. tit.

Reuocantur tribus modis donationes cauſa mortis ſub tribus modis expreſsis, in d. §.
14 mortis. Primò, ſi pœnitentia ſit ductus donator priorem donationem reuocaſſet, quia vo
luntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem, l.3.ff.de adim. legat.& glo. in d.§.mortis; cum ſit
donatio ob cauſam.ſ.mortis, id ſi pœnitet, reuocare poteſt; licet quidam teneant, quod
poſſit fieri irreuocabiliter, ſi clauſula reuocatoria apponitur, l.ſi aliena, l.vbi, ff.eod. Bart.
in d.l.vbi; & aſſumit naturam inter viuos, eo magis, ſi interuenit iuramentum donantis,
vt ibi Syluest. in glo. in d.§.mortis; limitatur ibi, quod reuocatio, ſi in priori donatione
fit mentio hæredum donatarij, Iaſ. l. non omnis, ff. ſi cert. pet. & quomodo fieri poſſit ir-
reuocabilis. Vide Couar. in rub. de teſtamentis, p.2. nu. 13. licet verba derogatotia ſint
appoſita diſpoſitioni, vel exequutioni. Contra tenet Io.Dilett. de arte teſt. in tit. de teſtis
ordin. cant.10. nu. 4. ſed de his alibi.

Secundò, ſi prius deceſſit donatarius, quam donator, Inſt. eod. §. mortis cauſa.

Tertiò, ſi fiat intuitu mortis præſentis, & ab illa tunc liberetur, vt ibi.

Aliæ cauſæ numerantur à Doctoribus, vt in rub. Couar. de teſtamentis, & in ſuis locis.

Alia ſpecies donationis dicitur donatio propter nuptias, quæ habent vim donationis
15 inter viuos, Inſt. eod. §. eſt & aliud genus, quæ fit inter coniuges ſimul ante, vel poſt ma-
trimonium, ſed eius intuitu; vnde recipit plura nomina. In primis temporibus dicebatur C. Don. ante nuptias.
donatio ante nuptias, quæ habebat locum ſequuto matrimonio, vt in tit.C.de donat.ante
nupt. Appellatur hoc nomine, quia Iuſtinus pater Iuſtiniani iudicauit honeſtum, vt dotes
augerentur, conſtante matrimonio. Ideò appellauit donationes poſt nuptias; ſub quo no-
16 mine & donata ante nuptias continentur, Inſt.eod.§.eſt & aliud,& l.fin.C.eod. Sed ſi de iu
re, Auth. in tit. vt ſponſa: largitas impropriè ſumitur donatio, cum ad dotis recompen- Auth. Vt ſponſa-lit. largi.
ſationem fiat; idcircò in donationibus, quę fiunt inter ſponſos locum habet, & iſti contra-

ſtus poſt nuptias, qui eſt nominatus per ſe, & habet ſuá ſpecialia, & fieri poteſt ſine inſinuatione, cum fiat ad recompenſationem dotis à muliere ſuo marito ob cauſam, glo. & Sylue. in d. §. eſt aliud. Largitas ibi pro donatione ſumitur, Authē. de nupt. §. optime, & quid ſit ſponſalitia largitas dicit Spec. in tit. de donat. inter virum, & vxorem, §. 1. nu. 3. eſt illa, q̃ ſponſus facit ſponſæ, cuius reliquiæ ſeruantur in anulis, & alijs munuſculis, quæ ſponſæ donantur, vt de ſimilibus plura in addit. ad Specul. & addit ibi Specul. poteſt ſponſus ſponſæ donare, & è conuerſo, quando donatio in ſe conditionem habet, vt ita demum retineri poſſit ab accipiēte, ſi per eum non ſtat, quominus matrimonium compleatur, alioquin q̃d datum eſt, repetitur. Si verò caſu matrimonium impeditur, ſi quid ſponſo dedit ſponſa, reuocatur in totum, vt ibi. Ad hoc ergo, vt ſit donatio propter nuptias, requiritur. Primò, matrimonium eſſe celebratum, Inſt. eod. §. eſt & aliud. Secundò, vt æqualitas ſeruetur, vt ibi glo. Tantundem donet vxor in dotem mariti, quantum maritus donauerit propter nuptias vxori. Et Syluest. ibi ad glo. dicit, quod æqualitas ſeruanda eſt in donatione, ne mutuo ſe amore ſpolient, vt in tit. ff. de donat. int. vir. & vxorem, l. 1. quæ ratio ceſſat ante matrimonium, ſecundum Innoc. in c. donatio, & de donat. int. virum, & vxorem; ſic duplex donatio fieri poteſt inter cōiuges, vna propter matrimonium, alia ſequuto matrimonio, nullo intuitu matrimonij, vt in d. tit. quæ ſecundum Azo. in ſum. hoc eod. tit. habet effectum, cum res fuerit tradita, vel morte donantis, l. 1. & l. 2. C. eod. ſed facta nudo pacto, vel ſimplici promiſſione, ante confirmationē non valet, l. Papinianus, ff. de donat. int. virū, & vxorem.

ff. C. Donat. inter. vir. & vxo.

17 Prohibentur quædam donationes in iure, quæ excedunt ordinem charitatis, vt dum nimio amore fiunt, veluti ſi pater extraneo magis, quā filio donaret, vel nō ſeruando æqualitatem inter ipſos, vt in tit. Auth. de immenſ. donationibus, eo magis, ſi filio ingrato pater donauerit, l. donationes, C. de donat. inter virum, & vxorem, l. 2. C. de inoffic. donat. l. donatione, C. de collat. Sic immenſam videtur, quod fit extra debitam menſuram, vel debitum ordinem.

Auth. Immenſis donat.

18 Quædam aliæ dicuntur inofficioſæ, eo quod ſint contra officium pietatis; vt ſi in bonis parentum filij excluduntur donatione à parentibus alijs facta, iſta dicitur inofficioſa; vnde fuit ordinatum, vt filij non deſtraudarent in bonis parentum, nec parentes in bonis filiorū, ad minus in legitima, vt in tit. C. de inoffic. donat. & datur querela inofficioſæ donationis contra donatarium, quæ competit aſcendentibus, & deſcendentibus, vt in d. tit. & quid ſit inofficioſum, dictum eſt ſupra de inoffic. teſtam.

C. Inoffic. donat.

Reuocantur donationes non tantum ex cauſis prædictis, ſed etiam ex illis, quæ ſunt in titulo, C. de reuoc. donat. & inter cæteras cauſas principalis eſt cauſa ingratitudinis, quod
19 vitium maximum eſt contra ius naturæ, cum benefacienti benefacere teneamur; & ingratitudinis exempla plura ſunt ibi expreſſa, ſed non omnis leuis cauſa conſideratur, ſed illa, quæ parat mortem, vel eſt huic propinqua; ſicuti paraſ inſidijs, veneno, armis, percuſſione, & ſimillibus, ex l. ſui, C. eod. de reuocat. donat. & glo. Inſt. eod. §. ſciendum, Rip. & Doct. in d. l. fin. C. eod. reuocare dicimus, quod fuit translatum, glo. in l. hac in factum, ff. quæ in fraudem cecidit, & in toto d. tit. de reuocat. donat.

C. Reuoc. d. donat.

Hæc de donationibus breuiter ſint collecta.

SVMMARIVM.

1 Succeſsio quot modis ſumatur.
2 Succedat, verbum, quid remiſsine.
3 Succeſsio ab inteſtato, quot modis fiat.
4 Quomodo fiat iſta ſucceſsio.
5 Prima ſucceſsio qualis.
6 Legitima ſucceſsio qua.
7 Agnati qui, & eorum ſucceſsio.
8 Cognati qui, & eorum ſucceſsio, & nu. 10
9 Succeſsionum edictum quale.
11 Libertorum ſucceſsio qua.
12 Succeſsio veteranei qua.
13 Succeſsio ex Orficiano qua.
14 Succeſsio ex Tertulliano qua.
15 Succeſsionum differentia.

16 Suc-

16 *Succeſsio ex tranſmiſſione qua.* 19 *Succeſsio ex venditione.*
17 *Succeſsio inter virum, & vxorem.* 20 *Tempus datum ad acceptandum.*
18 *Succeſsio fiſci.*

DILVCID. XIII. DE SVCCESSIONE AB INTEST.

1 SVCCESSIONIS nomen multipliciter ſumitur, ſecundum diuerſitatem materiæ, de qua tractatur, veluti de ſucceſsione in officio, ſeu in beneficio, necnon quædam ſucceſsio eſt vniuerſalis, quædam particularis, ſecundum Dyn. in reg. ſi quis in vis lib. 6. At hic agimus de ſucceſsione, quæ fit ad iura, & bona defuncti, & idem eſt, quod ponere aliquem in locum alterius, quod & verificatur etiam in eo, qui non ſit hæres, l. ſi hæreditatis, §. qui filium, ff. de teſtam. tutel.

Succeſsio continet cauſam teſtati, & inteſtati, Marian. Soccin. in conſ. 143. lib. 1. num. 48. per l. 1. ff. de pact. petit. hæredit. & §. fin. Inſt. per quas perſ. nobis acquiratur.

2 Hoc verbum, *Succedat*, obliquum eſt, & de eo plura vide apud Bart. in l. non tantum, ff. de fideicom. libertat. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pupill.

Qua de re de ſucceſsionibus, quæ fiunt ex teſtamento, dictum eſt, & contingit ſex mo-
3 dis, quos quis dicitur decedere inteſtatus, §. 1. Inſtit. de hæredum ab inteſtat. venientium, cum gloſſ.

Primò, ſi moriens nullum fecit teſtamentum, vel quia noluit facere, vel quia non potuit, eo quod mors ſuperuenit, aut quia à lege erat inteſtabilis.

Secundò, vel quia teſtamentum eſt factum, ſed de iure non valet, eo quod deficit aliqua pars ſubſtantialis.

Tertiò, vt quia factum eſt teſtamentum validum de iure, ſed poſtea ruptum eſt.

Quartò, vt quia eſt legitimè factum, ſed hæres non apparet, vel quia deceſſit viuente teſtatore, aut quia conditione pendente, deceſsit.

Quintò, ſi teſtamentum reſcinditur ex eo, quod filij non ſunt inſtituti, nec exhæredati, ſed præteriti.

Sextò, ſi teſtamentum reſcinditur iure prætorio, per Contrabell. in l. in liberis, C. de Codicill.

In his caſibus ſuccedit ab inteſtato, vt in tit. C. cõmunia de ſucceſsionibus, & in Inſtit. hæred. ab inteſt. venient. & in Auth. hoc eod. tit. Fit autem iſta ſucceſsio de ordine, ſeu gradu in gradum, at ſecundum iura antiqua, de ordine in ordinem, ſecundum iura nouiſſi-
4 ma, de gradu in gradum, & de perſona in perſonam dictum eſt, communia de ſucceſsionibus, quia dominium habetur, vt in Rubr. C. & ſecundum coniecturam maioris, vel minoris dilectionis fit ſucceſsio; Ideò hæredum ab inteſtato differentia hæc eſt, quod quidã dicuntur ſui, & legitimi, alij cognati, alij agnati. ſ. proximi hæredes, ſic ſecundum ordinem dilectionis ad ſucceſſionem vocantur.

C. Cõia. de ſucceſſ. Inſt. Auth. Hæred. ab inteſt. venient.

5 Prima ſucceſſio eſt ſuorum, qui veluti domini, in vita defuncti videntur, l. in ſuis, ff. de liber. & poſthu. & in Rubr. ff. & C. de ſuis, & legit. hæred. ab inteſt. venient. & Inſt. eod. §. 1. hoc ex l. 12. tabul. his verbis. *Inteſtatorum Hæreditatis, Primo ſuorum hæredum velint, nolint, ſunto.* His deficientibus *Proximus, Agnatus, familiam habeto.* Inter legitimos, & ſuos numerantur plures, poſiti in §. 2. Inſt. eod. ſicuti filius, filiaq́; nepos, neptis, ex filio pronepos, pronepotis ex nepote prognatus, & prognata ex filia; ſic omnes nati ex legitimis nuptijs dicuntur legitimi. Inſt. eod. §. quibus, dummodo ſint in poteſtate decedentis, nullo perſona mediante, Inſt. eod. §. ita demum. Sic à lege dicitur legitima ſucceſsio.

De his verò, qui veniunt ad ſucceſsione, tanquã ſui, vel legitimi, plura alibi, & in d. tit. ff. & C. de ſuis, & legit. Inſt. eod.

6 Legitimorũ ſucceſsio diuiditur inter agnatos, & cognatos, vt in tit. Inſt. de legat. Agna. ſucceſſ. & C. de legit. hæred. tunc habet locum legitima ſucceſsio, quando deficiunt ſui, in d. §. 1. & hoc ex l. 12. tab. vt dictum eſt.

Inſt. Leg agna. ſucceſſ. C. leg. hę.

Ille agnatus, qui proximior eſt defuncto, tempore ſuæ mortis, de cuius ſucceſsione agi-
7 tur, vocatur ad illius ſucceſsionem. Sub nomine agnatorum veniunt omnes deſcendentes
per virilem ſexum, dicto Cippo Domus, vt fratres ad inuicem, & eorum filijs, Inſt. eod. §.
ſunt autem, & §. per adoptionem, ſic agnatio ſe extendebat ad filios naturales, inter quos
erat adoptio ab eodem patre; ſed hodie tantum per arrogationem, qua acquiritur pote-
ſtas in arrogato, ex glo. in d. §. per adoptionem, & ad ſucceſſionem agnatorũ veniunt, tam
maſculi, quàm fœminæ, ſublata differentia ſexus. §. cæterum, Inſt. eod. ſic ad ſucceſsionẽ
patrui tam veniunt nepotes maſculi, quàm neptes fœminæ in ſtirpes, vt ex glo. concludi-
tur in d. §. cæterum; qui ſeruetur inter ipſos, ex l. 12. tab. §. ſi plures, Inſt. eod. vt proxi-
mior in gradu defuncto ſuccedat iſta proximitas, inſpicitur tempore teſtamenti, ſi factum
eſt, alias tempore mortis, §. proximis autem, Inſtit. eod. & qualiter filij fratris ſuccedant
in locum fratris, habetur in tit. Auth. vt fratris filij.

Auth. Vt fratris filij.

8 Alia ſucceſſio, quæ eſt tertia, olim erat cognatorum, quæ fiebat de perſona in perſonã;
& ideò factum eſt edictum ſucceſſorium, vt in tit. ff. & C. quod locũ non habet inter agna-
tos, ſed cognatos, vt Inſt. eod. §. placebat, & ibi glo. & iſta ſucceſſio fit de capite in caput,
& de liberis ad agnatos, & de agnatis ad cognatos, & de iſtis ad alios, de quib. infra, ſecun
dum glo. vt ibi: Sed hodie ſublatũ eſt ius agnationis, & cognationis, quo ad ſucceſsionem;
9 ſic tam agnati, quàm cognati, qui proximiores ſunt, ad hæreditatem admittuntur, Inſtit.
eod. §. placebat; & ſucceſſionis edictum non habebat locum in ſuis, l. 1. §. ſciendum, ff. de
ſuis, & legit. & ex l. 12. tab. cum filij neceſſario tenentur iam adire, vel repudiare, §. ſui,
Inſt. de hæred. qualit. & differentia. Sed tunc erat locum ſucceſſorio edicto, quando proxi-
mior, aut hæreditatem contenderit, aut antequam adierit, obierit; in d. §. placebat. quam-
uis filius beneficio Prætoris poſſet ſe abſtinere ab hæreditate, tamen ſine dubio remanet
hæres, l. 1. §. qui ſunt, ff. ſi quis omiſſis. Cauſa teſtamenti ſic eſt communis ſententia, quod
ſucceſſorium edictum nõ habet locum in ſuis, & legitimis hæredibus.

ff. C. Succeſſ. edict.

De ſucceſſione cognatorum habetur in tit. Inſt. de ſucceſſ. cognat. qui ſint cognati, ſu-
10 pra dictum eſt in lib. 2. Iſti admittuntur deficientibus ſuis, & legitimis agnatis, ſed quia
hodie ſublata eſt differentia cognatorum, vt in Auth. de hæred. ab inteſt. §. 1. quod æqua-
liter ſuccedunt agnati, & cognati; Ideò omiſſo, quæ in inſtitutionibus narrantur in d. tit.
ſucceſſ. cognat.

Inſt. Succeſ. cognat. Auth. De hæred. ab inteſt.

Quinta ſucceſſio dicitur libertorum, vt in tit. Inſt. de libert. ſucceſſ. ſerui effecti liberi
dicebantur liberti, & remanebant aliquo vinculo adſtricti cum dominis. Ita quod ex le-
11 ge, 12. tab. domini ſuccedebant in bonis libertorum ſuorum deſcendentium ab inteſtato;
poſtea verò prætoris beneficio patroni ſolum ad dimidium admittebantur, non ſolum ex
teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, relicto filio adoptiuo, & patrono; ſic excludebantur
libertorum liberi, ſiuè eſſent legitimi, ſiuè emancipati, ſiuè adoptitij; deinde per l. Papiã
patronus admittebantur ad ſucceſsionem libertorum, vnà cum filijs. Hodie verò ſi liberti
habent in bonis minus, quàm centum aureos, & fuerint teſtati, patronus excluditur; ſi in-
teſtatus deceſſit, patronus admittitur, deficientibus filijs: ſi maior fuerit ſumma ſuorũ bo
norum liberis extantibus, ipſi in totum ſuccedunt, ſed ſi non extarent, patronus ſucceſſit
ab inteſtato, Inſt. eod. §. 1. cum ſeq.

Inſt. Succeſ. libert.

12 Sexta ſucceſſio dicebatur ex nomine perſonarum ſuccedentium, vt ſucceſſio veterano-
rum militum, ff. veteranor. milit. ſucceſſione, quæ nil aliud habet, quam priuilegia quæ-
dam, nam heres legitimus militis defuncti vſq; ad quintum gradum infra tempus ſtatutũ
non acceperit poſſeſſionem, quod fiſcus non ſuccedat, & ſimilia, vt ibi.

ff. Vet. milit. ſucceſſ.

13 Septima, in ordine, ſucceſſio erat in bonis maternis, vt in tit. ff. & C. ad Orficianum, vbi
tam filij, quàm nepotes ex filio, vel filia ſuccedebant, Inſt. eod. §. 1. Et factum eſt Senatus
Conſultum Orficio, & Ruffo Conſulibus, Diui Marci temporibus, & iſti præferuntur cõ-
ſanguineis, & agnatis, defunctę matris, vt Inſt. eod. §. 1. quę ſucceſſio nec tollitur, ſi filij fue-
rint capite diminuti, Inſt. eod. §. ſciendum; non tantum filij nati ex legitimis nuptijs, ſuc-
cedunt matri, ſed etiam naturales filij, & vulgo quæſiti, Inſt. eod. §. nouiſſimè. Intellige,
quod

Inſt. ad Orficianum.

quod mater puniri non poſſit de coitu, ſecundum glo. ibi, licet de iure Canonico pater filios pariter ſpurios teneatur alere, c. cum haberet, ext. de eo, qui dux. in vxor.

14 Octaua ſucceſsio eſt patrum, & matrum in bonis filiorum; ideò factum eſt Senatuſconſultum Tertullianum, tempore Adriani; nam ex l. 12. tabul. excludebantur omnes filiæ fœminæ ad ſucceſſionem ſuorum aſcendentium; ſed tantum in eam partem veniebant, in quam erant vocatę perſonæ proximiorum cognatorum, quæ à Prætore vocantur per bonorum poſſeſſionem: ſic non erat ſucceſſio inter matrem, & filium, vel filiam. Ideò à dicto Senatuſconſulto factum fuit ad ſolatium filiorum prædefunctorum, & ad fauorem matrũ; quod ſi mater eſſet ingenua, & haberet ius liberorum, vel eſſet liberta, & haberet quatuor liberos, tunc admitteretur ad ſucceſſionem filij prædefuncti, quamuis mater eſſet ſub poteſtate ſui parentis. Iuſtinianus autem aliter ordinauit.

Inſt. C. ad Tertull.

15 Collige ergo de iure nouiſsimo; prima ſucceſſio eſt deſcendentium in bonis, aſcendentium in omnibus alijs prætermiſsis, per Auth. ceſſante, C. de legit. hęred. & Auth. ſucceſſione, C. de ſuis, & legit. Secunda eſt aſcendentium ſolum, vt Auth. defuncto, C. ad Tertull. Sed ſi Collateralis concurrant cum aſcendentibus, vt mater, frater, vel ſoror, in bonis fratris defuncti; tunc ſi cum matre concurrat fœmina. ſ. tunc medietate diuiditur hæreditas; ſed ſi concurrat cum matre maſculus, tunc in capita diuidetur, Inſt. ad Senatuſconſul. Tertull. §. præferunt, liberi præferuntur matri, ſic filiæ, & nepos ex filio præponitur matri, & nepos ex filia defuncti; ſic pater defuncti, & frater matrem excludunt, vt ibi, & quomodo fiat concurſus plurium, in ſecunda parte dicetur.

16 Alia ſucceſsio eſt illa, quæ fit ex tranſmiſsione, vt in tit. C. quando non petenti partes petenti accreſcant, & de hac ſupra dictum eſt; quod accidit, quando ille, cui defertur hæreditas, excluditur ex aliqua cauſa, & ſic accreſcit alteri, C. quando non peten.

C. Quan. nõ peté. partes, pet. accreſc.

17 Decima ſucceſsio eſt illa, quæ dicitur vnde vir, & vxor, vt in tit. C. eod. & iſti ſuccedũt in quarto ordine, deficientibus ſuis, & legitimis agnatis, & cognatis, & excludunt fiſcum, & vt iſta ſucceſsio habeat locum, requiruntur primò, quod ſit iuſtum matrimonium inter virum, & vxorem. Secundò, quod tempore mortis ſit vxor, & non ſit factum diuortium. Tertiò, quod mulier non nubat intra annum luctus, l. 1. infra, C. de ſecund. nupt. & tunc habet locum tit. Vnde vir, & vxor; & præferuntur primò conſanguinei, l. 1. C. eod. Secũdò, alij ſupra nominati. Tertiò, qui ex Imperiali libertate veniunt, vt in tit. C. ſi Imperiali libert. lib. 10. Hodie verò alij excludunt, vt in Auth. præterita, C. eod.

C. Vnde vir, & vxor.

18 Vndecima ſucceſsio eſt fiſci, & tũc iſta admittitur, quãdo alter de iure ſuccedere non poteſt; vel quia nullus alius eſt hæres, vt in tit. ff. & C. de iure fiſci; vel ille, cui delata eſt hæreditas, eſt effectus incapax bonorum ex delicto, tunc illa hæreditas applicatur fiſco, vt in tit. ff. de his, quibus vt indig. vel quia Princeps eſt inſtitutus hæres, vt quia bona ſunt inuẽta in loco publico, tunc ex his, & alijs applicatur fiſco in dicto tit.

C. Iur. Fiſci.

ff. His, quib. vt indig.

19 Vltima ſucceſsio eſt illa, quæ habetur in Inſt. de ſucceſſ. ſublatis, quæ fiebat diuerſimodè ab iſtis nominatis, vna erat per bonorum venditionem, vt quando debitor vẽdebat bona debitoris, & iſta ſublata eſt; Alia dicebatur miſerabilis, qua mulier libera coniungẽs ſe ſeruo, ammittebat libertatem, & bona, quæ omnia nunc ſunt ſublata, vt in d. tit.

Inſt. Succeſſ. ſublat.

20 Ita breuiter ſunt collectæ omnes ſucceſsiones ab inteſtato, & hac de cauſa factum eſt edicto Prætoris, ne bona hæreditaria vacua iacerent ſine dominio, quod eſſet in damnũ creditorum, vt infra certum tempus ſuccedentes, hæreditatem, & bona adiret bonorum iſtorum poſſeſſionem; liberis fuit datus annus, ſic & parentibus ob prærogatiuam ſanguinis. Cęteris autem agnatis, & cognatis centum dierum ſpatium; ſic non petentium partes, petentibus accreſcebant, & illi dies intelliguntur vtiles, vt ſup. dictum eſt.

Qui verò huiuſmodi hæreditates, & ſucceſsiones tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato noluerit, tunc ille poterit renunciare. ſ. recuſando, vel repudiando, vel abſtinendo, vt in titulo ff. de acquir. vel ommit. hæred. & C. de repudian. vel abſtinen. hæred. Repudiare eſt nullo cauſa habere contrarium aditionis: vnde repudiare non poteſt, qui adire non valet, per regulam iuris, l. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. Sic repudians videtur certus de iure ſuo,

ff. Acquiren. vel omit. hæred.

C. Repudiã. vel abſtinen. hæred.

hoc

hoc proprium eſt extraneorum; nã ſui ſi immiſcent, ex Azo. in ſumma C.eod.tit. tũc qui ſuam ſucceſsionem quærit, petit beneficio Prætoris, ſe immittit in bonorum poſſeſsionẽ; Ita dicimus Prætorem facere hæredem, §. quorum, Inſt. de bon. poſſeſ. Acquiſita res eſt, quando cõmodum quis acquirit, l.ſi extraneus, ff.de hære dot. Ommiſſa verò, quando repudiamus; ſic ommittitur eſt repudiare, l.1. C.quando non peten. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff.ſi quis cau. eſt autem repudiare de eo, quod poſſem habere, l. qui poteſt, §. quod qs ff. de reg. iur. Propterea extenditur ad acquirenda, ſic ad ſucceſsionem, §. extraneis, Inſt. de hæred. qualit. & differen.

SVMMARIVM.

1 Bonorum poſſeſsio quid.
2 Species bonorum poſſeſ. & nu. 9.
3 Aedictalis qualis.
4 Bonorum poſſeſ. ſine tab.
5 Bonorum poſſeſ. contra tab.
6 Bonorum poſſeſſ. quibus detur.
8 Prima bonorum poſſeſ. quæ.
9 Secunda bonorum poſſeſ. de agnatis.
10 Tertia bonorum poſſeſ. de cognatis.
11 Alia bonorum poſſeſ. quæ.
12 Extraiudiciaria bonorum poſſ. quæ.
13 Decretalis quæ.
14 Quibus detur bonorum poſſeſ.
15 Repudiare quis poteſt.

DILVCIDATIO XIV. DE BONORVM POSSESS.

1 EST autem bonorum poſſeſsio ius proſequendi, retinendiq; patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſuis fuerit, dum moriuntur repeririuntur, Azo. in ſumma, C. qui admitt. & iſta datur à Prætore multis de cauſis; aut ſecundũ tabulas, vel contra; vel ab inteſtato. Et duplex eſt bonorum poſſeſsio, vna eſt decretalis, alia edictalis, §.fin. Inſt.de bon.poſſ. & ibi glo. Decre-
2 talis eſt illa, quæ à Prætore viuo decernitur; olim fiebat ſolemniter, hodie ſufficit tantum Iudęis præſentia, coram quo dicat ſe velle agnoſcere bonorum poſſeſ-
3 ſionem, l. pen. C. qui admitt. Sylueſt. in add. ad glo. dicit. Decretalis eſt extraordinaria, quæ eſt facti defertur cauſa cognita, & decreto Iudicis datur, vt in Carbonario: ſed hodie non requiritur nec decretum Iudicis, nec citatio partis, ſecundum Ang. in l.fin. C.qui admitt. Edictales ſunt ordinariè, vt in tit. Inſt. de bonor.poſſeſ. Alciat. in l.delata, ff.de verborum ſignif.

Bonorum poſſeſsio, quæ à Prætore datur, eſt ſecundum tab. nam hæredes ſcripti petũt, ſi immitti, ſecundum formam tabularum, quæ vltimæ ſint, l. 1. §. ſufficit, ff.ſi tab. teſt. ex tab. & latius in Rub. ff. & C. de bonor. poſſ. ſecundum tab. & ff. ſi tab. teſtamenti ex tab. Tabula licet plura deſignet, veluti pro ea, qua luditur, Auth. de ſanct. Epiſcopis, §. interdicimus; Interdum pro menſa, l.quæſitum, §.ſi domus, ff.de fundo inſtruct. Sic ratione adiuncti mutatur ſignificatio verbis, l.annua, ff.de annuis legat. l.Marcellus, §.quidam, ff.ad

ff. C. Bon. poſſ. ſecundũ tab.
ff. Si ſub teſtamẽ. ex tab.

4 Trebell. Tamen in propoſito ſumitur pro diſpoſitione vltimæ voluntatis: ſiue tab. ſit lingea, aut cartha ex corio animalium, ſeu alterius, l. 1. in princ. ff.de bon. poſſ. 2. tab. & tales tabulæ propriè ſunt teſtamenti inſcriptis conditi, perfecti, & ſignati; ſed abuſiuè etiam de confuſo, Irrito, & imperfecto, l. 1. §.hoc interd. ff.ſi tab. teſt. extab. dicitur ibi, ſecundum tab. Secundum regulam dicitur reſpectu primi, l.qui ſoluendi, ff.de hęred. inſt. l.creditor §.ſi pignus, qui pot.in pig.hab. Tamen aliquando diuerſimodè ſumitur, l.1.§.2.ff.de grad. nec primi dicitur reſpectu ſecundi cap. Ioſeph. de verb. ſignif. Interdũ ponitur cauſaliter, & conditionaliter, c.Abbate, de verb.ſignif. Iaſ.in l.admonendi, ff.de iure iurand. nu.37. & in repet.nu.32.& 34. regulariter non facit conditione, l. ſerui, C. de contrahen. vel committen. ſtipul. Bar. l. cum qui, §. Iulian. ff. de conſt. pec. Aliquando ponitur pro iuxta, Bar.in extrauag. ad rep. imendum, & in d.l.eum qui; Denotat cauſam impulſiuã,& non finalem, Iac. de Aren. in l.1.C.de Epiſcop. & cler. vt hic. Interdum ſignat formam, l.pen. C.de inſt.& ſubſt.

Alia

Google

Alia bonorum poſſeſsio, ſecundum tab. eſt militis, & priuilegiata exiſtit, vt in tit.ff.de bon. poſſ. ex teſtam.militis.

ff. Bon. poſſ. ex teſta. milit.

5 Contra tab. datur præteritis filijs, vel exhæredatis ſine cauſa; nam tunc iſti admittuntur contra teſtamentũ paternum ex beneficio Prętoris, per contratab. & datur bon. poſſ. Cõtra hic pro aduerſus, l. fin. ff.de offic. proconſ. de hac dictione plura Mend. in prax. commiſſ. concl. 1. in glo. contra.

ff. Bon. poſſ. cõt.tab.

6 Secunda principalis bonorum poſſeſ. fit ab inteſtato, vt in tit. ff.de bon. poſſ. & Inſt. & datur venientibus ab inteſtato beneficio Prætoris, inducta emendandi; ſupplendi, & coadiuuandi iuris ciuilis gratia, inducti naturali æquitate ne excluſi à teſtamenlo, aut ab inteſtato eſſent, ideò illis pollicitus eſt ſucceſsionem per bonorum poſſeſsiones, & tantum cõſequi poteſt bonorum poſſeſsor, quantum ex ciuilibus actionibus conſequeretur hæres, vt in tit.ff.de poſſ. hęredit. petit.

ff. Poſſ.petit. hæred.

Quibus competat bonorum poſſ. declaratur in tit.C.qui admit.& ff.quib. non compet. bon.poſſ. ibidem multi declarantur caſus, tam de admiſsione, quàm excluſione; & admittuntur non tantũ nominati ad ſucceſsionem, ſed etiam repudiantes, & qui in gradu ſunt proximiores admittuntur loco excluſorum, vel repudiantium.

C qui admit ta.

ff. Quib. nõ cõp.bon. poſſ.

Talis bonorum poſſeſ.quædam eſt ordinaria, alia extraordinaria; Ordinaria duplex ex
7 teſtamento; ſecundum tabulas, & contra tab. Alia ab inteſtato, & continet plures gradus, vnde liberi, agnati, cognati, vnde vir, & vxor, ſecundum quoſdam ſunt ſex, ſecũdum alios decem, Inſt.eod. §.ſunt autem.

8 Prima bonorum poſſeſsio datur liberis, ſicuti ad ſucceſsionem ſui, & legitimorum, vt in tit. ff. & C. vnde liberi, & vnde legitimati, ſic Prætor voluit ſequi ordinem ſucceſsionis. Hæc defertur legitimis agnatis tam maſculis, quàm fœminis, & ex quacunq; ſucceſſione, l. 2. §.fin.l.3.ff.vnde legit. Dictio iſta vnde diuerſimodè ſumitur; aliquãdo ex hoc, c.conſtitutionem, de reg. lib. 6. Interdum à quo, aut ex quo loco, vel ex qua cauſa, l.1.C.vbi petat. vt hic. Interdum pro tempore, l.conſtanti, ff.ſolut.matr. Aliquãdo ſignificant locum, l.non eſt, in fine. ff.de cuſt.reor. Plura Iaſ.in l.ſi conſtanti, nu.2. Rip.ibi nu.3.

ff. C. Vnde lib. Vnde legitim.

Secunda dicitur vnde agnati; ſic datur vocatis ad ſucceſsionem de linea agnatorum; in
9 defectu ſuorum, & liberum, vt in tit.ff.& C.vnde cognat.

10 Tertia eſt cognatorum, ſicuti ſucceſsio, ita & bonorum poſſeſsio, deficientibus liberis, & agnatis, vbi comprehenduntur etiam fœminæ ex linea defuncti; ſed cum hodie ſit ſublata iſta differentia agnationis, & cognationis, vt diximus. Ideò datur ſecundum ordinẽ ſucceſsionis prędictæ; Auth.de hæred.ab inteſt. §.ex his. coll.9.& in tit.ff.vnde cognat.

ff. Vnd.cog.

Quarta verò datur vxoribus, vnde rubricatur tit. vnde vir, & vxor, quod habet locum deficientibus alijs.

ff C. Vnd. vir, & vxor.

11 Quinta poſſeſsio bonorum datur patrono in bonis libertorum, morientium ſine teſtamẽto, eo modo, quo de ſucceſsione libertorum dictum eſt.

Sexta, dabatur patrono, & patronę, liberiſq; eorum, & parentibus.

Septima, dabatur cognatis manumiſsis; hæc omnia ex d.§. ſunt autem. Inſt. eod.

Concludi poteſt, quod ordinaria bonorum poſſeſsio datur illis, quibus & ſucceſsio cõceditur, eadem ordine ſeruato, vt ſup. dictum eſt.

12 Extraordinaria duplex eſt, vel quia non eſt certa ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel qa dicitur edictalis. De his habentur in tit.ff. quis ordo in bonorũ pet. ſeruetur; & de iſta habetur Inſt.eod. §.ſeptima. ad quam duo requiruntur: Primò, vt detur bonorum poſſeſsio, ex aliqua lege, quæ non ſit ex l. 12. tab. vt ex Senatus conſulto, aut ex aliqua conſtitutione Principis, & ſic non habet nomen expreſsum bonorũ poſſeſsio; Secundò, quod illa ſucceſsio, quæ datur ex d.bonorum poſſeſsione, tantum de iure Prætorio, & iſta non erit neque ex teſtamento, neq; ab inteſtato; vt de eo, qui moritur apud hoſtes, cuius bona non aquiruntur de iure ciuili, ſed ex municipali, l.Cornelię, ff.de bon. poſſ. l.3. §.ſuum, ff.eod. vel quando teſtamentum factum eſt cum quinq; teſtibus, quod valeat, ex l.hac conſultiſsima, vel facto cum duobus teſtibus, & Parocho, c.cum eſſes, ext. de teſtam. & iſta extraordinaria

ff. Quis ord. in bono. poſſ. ſer.

Digitized by Google

dinaria, vt dictum eſt, duplex eſt. Prima dicitur incerta, cum non ſit firmum: an veniat ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel quando ab vno, quando ab alio, vt ſunt illi, qui veniūt ex nouis legibus, ſecundum Azo. in tit. Cod. qui admitti, veluti ſi mater grauida fecerit teſtamentum, inſtitutis alijs filijs, præterito ventre, ſic iſte inſtitutus habet bonrum poſſeſsionem, ſecundum tabulas. Aliud exemplum in l. Cornelia, quæ fingit mortuum eſſe in captiuitate ſeruum, ſic poteſt quiſq; ei ex l. Cornelia, ſuccedere, tam ex teſtamento, & ab inteſtato; dicitur extraordinaria, quia ius non tribuit nomen proprium, nec ordinem, vt de alijs dictum eſt.

Alia extraordinaria dicitur edictalis, vt quæ ex edicto Prætoris mortui decernitur; alia 13 decretalis, quę viuo Prætore datur, quæ alio nomine iudicialis appellatur, ex Iudicis p̄ſentia, quæ exigitur in tali cognitione, l. 2. ff. de bon. poſſ. §. à municipibus. Sunt & alię bonorum poſſeſsiones, quæ dātur non expreſsis in caſibus præmiſſis, ſicuti Carboniana, quæ datur ventri ſine cauſę cognitione, & eſt de ordinarijs, vt in tit. ff. ex l. & Senatuſconſul. bonorum poſſeſ. datur.

ff. Ex l. Sena. cōſ bon. poſſ.

Ventri autem datur, vel quando aliqui petunt nomine ventris, ſ. filij exiſtentis in vtero, mitti in bonorum poſſeſsionem, vel quia ipſa mulier hoc petit ſe mitti nomine filij, exiſtē tis in vtero; vt in tit. ff. ſi ventris nomine, in poſſeſsionem mittatur; & quia matres aliquādo doloſè fingunt, ſe vtero gerere, & pepetiſſe; Ideò defertur iuramentum matri illi, an ſit grauida, vel ne; nam virtute iſtius iuramenti tollitur dolus, & datur poſſeſſio, vt in d. tit. ff. & tenetur mulier prius iuſtificare partum, cuius ſit, antequām detur bonorum poſſeſsio.

ff. Si ventris nomine.

14 Datur etiam huiuſmodi bonorum poſſeſsio non tantum viuentibus, & nominatis, vt ſupra; ſed etiam, vt dictum eſt, exiſtentibus in vtero, Infantibus, Surdis, Furioſis, Mutis, & Cœcis, & omnibus, ad quos defertur ſucceſſio, vt in tit. ff. de bon. poſſ.

ff. De bonor. poſſeſ.

Datur etiam vltimo illi, cui relicta eſt libertas, ac ſi ille hęreditatē non adierit, tunc nō poterit alium petere, adire bona defuncti, & ſatiſfacere creditoribus, ex conſtitutione Diui Marci, vbi erat ſtatutum, quod ſi plures eſſent ſerui, & in teſtamento datæ eſſent libertates omnibus, tunc poteſt vnus de cōſeruis, præſtita idonea cautione de ſatiſfaciendo creditoribus, petere, vt bona ſibi adiudicentur, cauſa conſeruandarum libertatum, & ita omnes ſerui efficiuntur liberi, & ipſe erit patronus, & licet fiſcus prætendat ſucceſſiones, tamen libertates debentur, vt in tit. Inſt. de eo, cui libert. cauſa bona adijciuntur.

Inſt. De eo, cui libert. cā bona adij ciuntur.

Talis bonorum poſſeſsio repudiari poteſt; nam aliquando non eſt agnita, vel decreta, vt quia ſucceſſor infra tempus debitum non petijt; quod dictum eſt liberis, & parentibus eſt annus, alijs datur centum dies, Inſt. eod. §. cum igitur, vel quia primus repudiauit, & tunc incipit currere tempus, alteri ſuccedat, Inſt. eod. § ſi quis itaq;. Ideò ſi alicui fuerit delata hæreditas, antequam agnoſcat, debet acceptare, vel repudiare, & ſi voluerit repudiare, requiritur, quod ſit maior 25. annis, vt in tit. C. de repud. bon. poſſ. Hodie omnes dies ſunt vtiles, & incipiunt currere à die ſcientiæ, ſecundum Sylue. in glo. in §. fin. Inſtit. eod. & nulla ſolemnitas ſeruetur in petitione, quæ ſit coram Iudice de bonor. poſſeſsione, niſi probatio petitorum in d. §. fin. Inſt. eod.

C. Repudiā. bon. poſ.

Inſuper non eſt ommittendum Carbonianum edictum, quod ſecundum Bald. in Rubr. C. eod. tit. locum habet, quando moueretur quæſtio pupillo, de ſtatu, & hæreditate; & talis pupillus non erit inſtitutus, nec exhæredatus, & præſumptiuè apparet, quod ſit talis, cui detur contra tab. & interim differatur quæſtio ſtatus, & bonorum in tempus pubertatis, & decernitur ei Carboniana bonorum poſſeſſio. Si pupillus eſſet inſtitutus haberet bonorum poſſeſs. ſecundum tab. ſi exhæredatus, neutram habet; ab inteſtato quoq; habet locum Carbonianum, delata quęſtione principali in tempus pubertatis ſi pupillo expedit differri, & ſi ſit talis pupillus, cui decernetur, vnde liberi nulla ſtatus mota quęſtione.

C. De Carboniano edicto.

SVMMARIVM.

1 Collatio quid ſit.
2 De quibus rebus ſit collatio.
3 Quare ſic dicatur.
4 Quot modis ſumatur. nu. 6.
5 Cauſa iſtius tit.

DILVCIDATIO XV. DE COLLATIONIBVS.

1 CVM in hæreditatibus aliquando contingat interueniſſe collationem bonorum alterius, quam prætendentis ius in hæreditate, vt ſit eiuſdem, aut cuiuſuis: Ideò hic iſta declaranda ſunt. Collatio autem eſt ius, quo res quædam non hæreditariç fiunt hæreditariæ, dum rediguntur in communionē, Azo. in ſumma, C. de collat. ex qua iſta notantur. Primò, Azo. tenet, quod propriæ ius non ſit, vt ibi nu. 1. quia eſt potius quid facti, niſi accipiatur ius pro eo, quod cogitur quodammodo, vt quis communicet ſua, ad hoc, vt poſtea participet, vel conſideretur in eſſe ſuo, & tunc eſt quid facti.

2 Secundò dicitur, quod iſta collatio ſit de rebus non hæreditarijs. i. illius, de cuius ſucceſſione agitur, ſed per communicationem efficiuntur hæreditaria; id dicitur collatio.

3 Appellatur collatio, quaſi in commune latio, nam quod proprium erat alicuius, efficitur commune per collationem cum alio. Hoc etiam facit Prætor, eadem naturali æquitate inductus, dum facit bonorum poſſeſſionem emancipatos contra tabulas, & efficitur, vt ille, qui poſſidet bona paterna, participet de iſta, & iſte debet prius communicare ſua bona, ſic fit collatio, cum quibus datur bonorum poſſeſſio; ſed inter quas perſonas detur, & de quibus bonis in tit. ff. de collationibus habetur. ff. C. De collationib.

4 Sumitur autem hoc nomen multipliciter, & diuerſas habet ſignificationes, nam Iaſ. in Rubr. C. de collat. plura declarat; & ibi aliter ait capitur à Canoniſtis, aliter apud Legiſtas. Canoniſtç collationem ſumunt prò beneficiorum Eccleſiaſticorum aſſignatione, vt in c. fin. de inſtit. apud Legiſtas aliquando reperitur collatio publica, & eſt oneris, ſeu muneris publici impoſitio, l. comperit. C. de pręſcript. 30. ann. & de iſta loquitur Authen. de collationib. Aliquando capitur pro deciſione librorũ, nam liber Authenticorũ diuiſus eſt in nouem collationes. Aliquando propriè, & tunc eſt contributio, & de hac loquitur iſte tit. & ff. eod. & eſt rei propriè in commune latio, ſecundum glo. in Rubr. ff. eod. Bart. in l.
5 pater filium. ff. de collat. dot. & ſubdit ibi Iaſ. quod iſte titulus fuit inuentus principaliter à Prætore, propter iniuriam, quam fecit Prætor filijs in poteſtate, admittendo ad ſucceſſionem patris filios emancipatos, qui de iure ciuili erant penitus incogniti, & extranei: Nam vltra hoc, quod filij emancipati emittebantur ad ſucceſſionem matris ſimul cum filijs emancipatis habebant etiam dimidiam de bonis acquiſitis per filios in poteſtate, quæ reperiebantur in hæreditate patris; filij autem emancipati quicquid acquiſierant, viuo patre, erat eorum proprium. Ideò Prætor adinuenit iſtud principaliter propter filios emancipatos, & in l. 1. ff. eod. vt mitigaret iniuriam prædictam; ſtatuit. n. quod ita demum filius emancipatus admittatur ad ſucceſſionem patris, ſi conferat omnia illa bona, qua acquiſiuit patri, ſi in eius poteſtate remanſiſſet; Ideò caſtrenſia, vel quaſi non conferuntur, l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. eod. nec hodie bona aduentitia, niſi quo ad vſumfructum, l. fin. infra eod. Hæc ex Iaſ.

6 Inſuper collatio ſumitur à Religioſis pro potatione ſerotina, quã vocãt collationem; Interdum etiam pro diſputatione, inde ſcholares dicuntur conferre, & ſimul colloqui, ſiue diſputare; Alberic. in Dictio. in verb. collatio. Item collatio hoc eſt comparatio, in Auth. de his, qui ingred. & de appell. §. ſi verò ex publicis.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis obligatio contrahatur.*	6 *Iuris appellatione quid veniat.*
2 *Obligatio quid ſit.*	7 *Quomodo obligatio ſit mater actionum.*
3 *Quare eſt iuris vinculum.*	8 *Species obligationum.*
4 *Obligatus ad quid teneatur.*	9 *Naturalis quare dicatur.*
5 *An ad factum, vel faciendum.*	10 *Quid ſit naturalis obligatio.*

11 *Circa qua verſetur.*
12 *Quomodo tollatur.*
13 *Ciuilis obligatio qua.*
14 *Species ciuilis obligationis.*
15 *Obligatio ciuilis, quæ veniat à iure.*
16 *Quæ obligationes veniant ex l. Aquilia.*
17 *Quæ ſi quadrupes pauperiem fecerit.*
18 *Prætoria obligationes quæ.*
19 *Modi contrahendi obligationes.*

DILVCIDATIO XVI. DE OBLIGATIONIBVS.

DIXIMVS hucuſq; de modis acquirendi ex titulo lucratiuo, nūc ſequitur de acquiſitione ex titulo oneroſo, quæ cum ab obligationibus naſcatur, ideò prius de obligationibus in genere, deinde in ſpecie dicemus.

1 Acquiſitiones fiunt obligatione, ſtipulatione, & acceptilatione. Obligatio autem, vt ait glo. in princ. Inſt. de obligat. §. 1. deſcribi non pōt.

2 Attamen in textu legitur his verbis; *Obligatio eſt iuris vinculum quo neceſsitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura.* Ex qua iſta notantur. Primò nuncupatur iuris vinculum, quo homines ligantur, ſicut beſtiæ ligantur funibus, l. rei, §. 1. ff. de verb. ſignif. iuxta illud, Verba ligant homines, taurorum cornua funes :

3 Cornu bos capitur, voce ligatur homo, Ex add. ad glo. in d. §. 1. Inſt. de obligat. Ligat, qm̄ ad obſeruationem promiſſorum aſtringit; ideò ibi glo. ait. Iuris vinculum, quaſi ius vinciens; ſic eſt res incorporalis, l. ſi onus, §. pactus, ff. de pact. ibi Bart. nu. 14.

4 Secundò, oſtenditur vnus de effectibus obligationum, dum obligatur tenetur ad promiſſorum obſeruationem, cum obligatus poſſit arctari de neceſſitate ad præſtandum debitū, l. debitor, ff. de verb. ſignif. Ang. in d. §. 1. per l. creditores, & ſeq. ff. de verb. ſignif. & hoc ad differentiam obligationis exceptione elidi poteſt, l. non videtur, ff. de reg. iur. nam cū exceptione tollatur, non erit obligatio, glo. in d. §. 1. Inſt. eod.

5 Tertiò, obligatio fit in aliqua re, quæ in facto conſiſtat, vel faciendo, l. 1. ff. ſi cert. peta. l. rei, ff. de verb. ſignif.

Quartò, quod ille in tantum obligatus remaneat, in quantum iura diſponunt; vel reſpiciendum eſt ad rem, circa quam fit obligatio, l. cum quidam, ff. ſi cert. petat. l. 3. §. ſi res, ff. commod. vel quod ſoluatur ſuis loco, & tempore, l. ſi ſoluturas, ff. de ſolut. aut quia iura nolunt, vt teneatur de euictione, l. Iulianus, §. qui fundum, ff. de verb. obligat. aut vt ſolutio fiat apud competentem Iudicem, vel creditorem, l. fin. C. ſi à non comp. Iud. aut quia res non ſit determinata. Hæc inferre poſſunt verba illa; *ſecundum noſtræ ciuitatis iura*; &

Inſt. De obligatio.

6 propterea de ciuili obligatione videtur intelligi: Nā appellatione iuris, venit ius Romanorum, vt refert Vacon. lib. 1. declarat. 21, nu. 18, de qua habetur in d. tit. Inſt. de obligat.

Sumitur aliquando obligatio pro matre actionum, & in quid differant ad inuicem, vid.

7 Bart. & Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. & habet in tit. C. de actio. & oblig. Ang. in d. §. 1. Inſt. eod. dicit, poſſe actionem oriri ſine obligatione, nu. 2. his verbis. *Cum actio ſit ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur*, vt infra de act. §. 1. per conſequens fit effectus obligationis, & eius filia, vt dicit hic glo. in Rubr. Et quia obligatio eſt iuris vinculum, quo, velimus nolimus, aſtringimur ad implendum id, in quo ſumus obligati, quod dicta actio, vt filia non poteſt oriri, niſi ex obligatione ciuili, vt ex parte, vel ex cauſa agente, & ex obligatione naturali, vt ex matre, ſiue cauſa patiente ſimul coniunctis, ſicut naturaliter videmus, quod ad generandum filiam opus eſt mare, & fœmina, & alterum non ſufficit naturaliter per ſe, vt in l. maximum vitium, C. de lib. præt. Verum ſicut Deus omnium conditor creauit primum hominem, Adam ſine patre, & ſine matre, ita Imperator aliquando creat actionem ſine aliquibus parentibus, & ſic ſine aliqua obligatione, vel materia præexiſtenti, vt quando eſt actio datiua, non natiua. Actio natiua eſt, quæ habet materiā præexiſtentem ſufficientem ad producentem actionē, quę verò non habet materiam ſufficientem, dicitur datiua, vt actio vtilis, Alex. in l. iuris gentium, in princ. de pact. & plura ibi Ang. p l. cum mota, ibi glo. C. de tranſact. & glo. & Doct. in l. 1. C. de actio. & obligat. Inſuper

C. Act. & obligat.

ſuper dicit ibi Ang. ad imitationem creationis Euæ ſine matre, ex obligatione ciuili tantum Imperator, ex patre facit naſci actionem ſine matre, vt in litterarum obligatione. Et idē ex obligatione naturali, tanquā ex matre ſine patre produxit actionem, vt in pacto nudo de nō petendo, vt ibi Ang. per plura exempla demonſtrat. Qua de re obligationem dicimus eſſe paſſionem, quæ coheret debitori, Bald. in l. illud quod. C. de legat. nu. 4. & vinculum neceſſitatis, l. ſub conditione, ff. de cond. indeb. ibi Bald. nu. 2. & in l. vnica. C. vt act. ab hæred. ait obligationis efficaciam eſſe actionem parere, & Bart. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. nu. 16. glo. fin. in §. fin. Inſt. de obligat. ait obligatio eſt, quæ inde naſcitur actio, quod poſtea inde ſurgit. Hinc fluxit, quod vulgo iactatur, ex contractu actionem dari, ex obligatione naſci.

8 Diuiditur obligatio in tres ſpecies, in naturalem tātum, ciuilem tantum, naturalem, & ciuilem, Inſt. eod. §. omnium; naturalis eſt, quæ à ſolo conſenſu naſcitur, l. Sticum, §. na-
9 turalis, ff. de ſolut. quoniam rōne nālis eſt incitare homines ad res honeſtas, inde qui agit in id, quod tantum dictat ratio adæquat ſe rationi; ſic ratio dicitur ęquitas naturalis. Qui etenim ſponte ſua ſine cauſa promittit ſe aliquid facturum, daturumuè, ęquitate naturali tenetur iſtud ſeruare, etiam ſine alia ſcriptura; quia ſolo conſenſu naturaliter quis obligatur, l. ex hoc iure, ff. de inſt. & iur. necnon ciuilis obligatio eſſe non poteſt inter contrahentes, quando naturalis præceſsit, eo quod ius gentium antiquius eſt iure ciuili, §. ſingulorū.
10 Inſt. de rerum diuiſ. Eſt autem naturalis obligatio, ſecundum Vacon. lib. 1. declarat. 19. vinculum ęquitatis, quo voluntas volens aſtringitur, trahiturq; ad faciendum id, quod promiſſum eſt, l. Sticum, §. naturalis, ff. de ſolut. & glo & Ang. in d. §. 1. Inſt. de obligat. Vinculum in iure eſt in triplici differentia, quoddam materiale, vt funiculus; aliud ciuile, vt obligatio verborum, Inſt. eod. §. 1. quoddam ęquitatis, vt hic, & in l. 1. ff. de pact.

Ang. in d. §. 1. Inſt. de obligat. & Bald. ibi declarant iſtam obligationem naturalem cir-
11 ca plura verſari. Agere ſecundum inſtinctum naturæ propriæ, non eſt obligatio, quia natura ſponte ſua agit. Aliquando obligatio venit ex inſtinctu naturæ cum aliquo extrinſeco, ſed inducimus à rationabili cauſa, vt beneficienti, benefacere debemus. Aut prouenit ex eo, quod nil eſt magis congruum fidei, quam pacta ſeruare, l. 1. ff. de pact. Interdum prouenit ex vſu gentium, approbante eadem ęquitatem, vt ex d. l. ex hoc iure, intelligo de iure gentium primæuo, quo gentes abſque alia lege, ratione ſolum dictante, fidem ſeruabāt. Vltima obligatio naturalis eſt deſcendens ex eadem ęquitate recepta, & formata, ac etiā veſtita robore iuris ciuilis.

12 Tollitur iſta naturalis obligatio ſublato eo, à quo dependet; nam cum procedat à naturali ęquitate, merito ea ſublata tollitur obligatio, l. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric. Iſta obligatione poſſunt ſe ad inuicem obligare, dominus, & ſeruus, l. naturaliter, ff. de condit. indebit. necnon filius, & pater, l. frater à fratre, ff. eod. & pupillus pubertati proximus, l. 1. ff. de nouat. & eius effectus eſt magis producere exceptionem, quam actionem, l. ſi onus, §. pactus, ff. de pact. l. iuris gentium, §. ſed cum nulla. ff. eod. Ideò impedit repetitionē ſolut. l. fideiuſſor, §. fideiuſſor, ff. de fideiuſſ. & de eius effectu, Ang. in d. §. 1. Inſt. eod. Nam quidam effectus naſcuntur ex moribus, vt benefacięti benefacere debemus; quidam verò ex conſenſu; tanquam ex cauſa naturali.

13 Ciuilis autem obligatio eſt quidam habitus, & quidam forma, adiecta ipſi naturali obligationi, Bald. in §. ius autem gentium, Inſt. de iur. nat. nu. 5. & eſt tanquam radix, quæ informat, & veſtit d. naturalem obligationem, glo. in d. §. 1. Inſt. de obligat. & oritur ex ſolemnitate iuris ciuilis, glo. in l. generaliter, C. de non numer. pecun.

14 Duplex eſt ciuilis obligatio, vna eſt ſpecialis affectu in quatuor contractibus, vt in verborum obligatione, contractu emphyteotico, & ſponſalitia largitate; alia vniuerſalis approbatione, quæ locum habet in omnibus; ſic ciuiles obligationes paucæ; approbatione multæ, & in illis quatuor cauſa eſt immediata, qui ibi immediatè eſt conſenſus. In alijs eo mitatur naturalem obligationem, ex Bart. in d. l. ex hoc iure, necnon ſecundum Bal. in d. §. ius autem. nu. 4. Oritur ciuilis obligatio ex quolibet contractu valido: ex quibus colligi pōt, quæ ſit ciuilis, nālis obligatio ſimul.

15 Ciuiles pariter efficaciã recipiunt à iure, vt quæ veniunt ex l. Aquilia, obligantia principaliter ad tria; vt ſi quis occiderit ſeruum, ſeruamuè alienam, aut quadrupedem, vel pecudem iniuria affecerit; quantum eo anno plurimi fecerit, tantundem dare domino debet, & contra facientem dabitur actio in triplum, & appellatione pecudum venient Oues, Capræ, Boues, Equi, Muli, Aſini, Sues, Canes, Vrſi, Leones, Inſt. eod. §. 1. & latè in tit. ff. ad l. Aquilia. Inſuper ea lege cauetur, qui præter hominem, & pecudem occiſum damnũ dederit, vt qui iuſſerit, fregerit, rapuerit, iniuria, & culpa ſua, quanti ea res erat, in diebus

Inſt & ff. Ad l. Aql.

16 triginta proximis æſtimanda, tanti domino condemnabitur, Inſtit. eod. §. 1. Venit etiam omne id, quod dolo, vel culpa factum eſt in damnum alienum, non autem ſeueriſſima culpa, vt in §. iniuria, Inſt. eod. & ex damno indicatur dolus, & culpa, veluti ſi ſtudioſè commiſit, vt quia vidit, audiuit, non imparatè offendit, vt in §. item ſi petatur, Inſt. eod. Extẽditur ad plures perſonas, & ad Medicos, ſi negligẽter infirmos curauerint; ſeruus, ſi ex imperitia moriatur, §. præterea, Inſt. eod. Item mulio, ſi ſua imperitia, vel equitans equum alterius occiderit, vel offenderit, l. impetu quoq;, Inſt. eod. Tales itaq; contra hanc legem committentes obligantur ciuiliter ad ſatisfactionem d. legis. Appellatur Aquilia, quia ab Aquilio Tribuno Plebis fuit lata, & eſt plebiſcitum. Ideò ciuiles ſunt, quæ aut legibus cõſtructæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt, §. omnium. Inſt. de obligat.

17 Eadem obligatione venit dãnum, quod infert animal contra aliud animal, aut animal contra bona aliena; tunc lædens tenetur ad noxam, vel animal dabitur pro noxa, vt in tit. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, & differt à lege Aquilia; quia illa datur de damnis illatis ab animalibus, l. Aquilia ab omnibus, & ſunt omnes obligationes ciuiles, Iſtæ licet ſint actiones, tamen obligationes iuris ſunt; Quadrupes denotat animal, quod ſua feritate motum pauperiem. i. damnum, iniuria facit, l. 1. ff. eod. veluti equus, aut mulus calcitroſus; bos cornipes, & ſic de ſimilibus, vt in d. l. 1. ff. eod. De iſtis obligationibus vide glo. in §. omnium, Inſt. eod. in verb. legibus, & ſeq.

ff. Si quadrupes paup. feciſſe dicatur.

18 Prætoriæ obligationes ſunt illæ, quas Prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, quæ etiam honorariæ dicuntur addendo, vel approbando, vel de nouo condendo, l. ius autem ciuile, ff. de iuſt. & iure, §. ius prætorium, & §. omnium, Inſt. de oblig. vt quæ veniunt ex edictis Prætorum, veluti obſeruatio pactorum paciſcens non ſolum naturali obligatione, ſed etiã & Prætoria obligatur, l. 1. ff. de pact. De his in §. omnium, de obligat, & ibi glo.

Diuerſimodè itaq; obligationes contrahuntur, quædã naſcuntur ex contractu, vel quaſi, quædam ex maleficio, vel quaſi, §. ſequens diuiſio, de obligat. de quibus omnibus ſingulariter dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quid, & 11.*
2 *Quot modis ſumatur.*
3 *Differt ab obligatione.*
4 *Quo iure inuenti.*
5 *Eſt quid indiuiduum.*
6 *Diuiſio.*
7 *Nominati qui.*
8 *Innominati qui.*
9 *Simulati qui.*
10 *Quaſi contractus qui.*
12 *Quot modis quis oblig. contractu.*
13 *De quot modis contrahatur.*
14 *Mutuum quid ſit.*
15 *Diuiſio mutui, & nu. 23.*
16 *Requiſita ad mutuum.*
17 *Pecunia quot modis ſumitur.*
18 *Specialia in mutuo.*
19 *Commodatum quid.*
20 *Quare dicatur.*
21 *Nomina mutui.*
22 *Credere, & creditum quid.*
24 *Differentia inter mutuum, & creditum.*
25 *Indebitum quid, & quot modis dicatur, & num. 27.*
26 *Cauſa indebiti, & nu. 28.*
29 *Precarium quid, & 32.*
30 *Quare ſic dicatur.*
31 *Differt ab indebito.*
33 *Precarij natura.*
34 *Quot modis ſumatur.*

35 Depo-

35 *Depoſitum quid.*
36 *Quare dicatur.*
37 *In quibus rebus conſtituatur.*
38 *Efficacia depoſiti.*
39 *Quotuplex.*
40 *Requiſita in depoſito.*
41 *Pignus quid.*
42 *Hypotheca quid.*
43 *Quot modis contrahatur.*
44 *Diuiſio pignoris.*
45 *Quæ obligentur pignore.*
46 *Alienum quid.*
47 *Commune quid.*
48 *Potior, & prior quis.*
49 *Antiquior quis.*
50 *Pignora quomodo diſtrahũtur.*
51 *Quibus modis ſoluantur pignora.*
52 *Soluere quid ſit.*
53 *Remiſsio quid.*
54 *Chirographum quid.*
55 *Pignorum liberatio.*
56 *Verba ſeruiunt intentioni.*
57 *Verbum quot modis ſumatur.*
58 *Obligatio verbis facta, quæ.*
59 *Stipulatio quid, & requiſita, nu. 60. & 71.*
61 *Species ſtipulati, & iudicialis, quæ. & 62.*
63 *Prætoria quæ, & differentiæ à iudicialibus. & 64.*
65 *Conuentionales, & communes, quæ. & 66.*
67 *Natura ſtipulati, & quare inuenta. & 68.*
69 *Vtilitas quæ, & forma. & 72.*
70 *Contractus quare non dicatur ſtipulationes.*
73 *Fieri poteſt inter plures. & 74.*
75 *Inutilis ſtipulatio quæ.*
76 *Aquiliana quæ.*
77 *Acceptilatio quæ, & in quid differat à ſtipulatione. & 78.*
79 *Conuentionum differentia.*
80 *Promiſsio quid.*
81 *Pollicitatio quid. & 82.*
83 *Pactum quid ſit. & 86. & quare dicatur. & 84.*
85 *Requiſita ad pactũ. & 91. differt à ſtipulat. & 87.*
88 *Pacta nuda quot modis veſtiantur. & 89.*
93 *Plures Rub. de pactis. dotalibus quæ. & 94.*
95 *Pacta pignorum quæ.*
96 *Tranſactio quid. & 99.*
97 *Quare dicatur, & quot modis fiat. & 98.*
100 *Differt à pace.*
101 *Obligatio facta literis quæ.*
102 *Inſtrumentorum appellatione quid veniat.*
103 *Publica, & priuata quæ.*
104 *Authenticum quale. & non authen. & 105.*
106 *Apoca, & antipocha quæ.*
107 *Obligatio ex conſenſu quæ.*
108 *Permutatio quid, & differt abſenti. & 109.*
110 *Venditio, & emptio quæ. & 114.*
111 *Requiſita, & quotuplex. 112. & 113.*
115 *Quibus eſt permiſſum alienare.*
116 *Quæ res alienari poſsint.*
117 *Commune, & proprium quid.*
118 *Periculum quid.*
119 *Reſcindere quid.*
120 *Euictio quid.*
121 *Ex quibus cauſis detur.*
122 *Locatio quid. & 123.*
124 *Quæ locari non poſsint.*
125 *Species locati.*
126 *Libellarius quid.*
127 *Emphyteoſis quid.*
128 *Nomina emphyteoſis.*
129 *Cenſuale quid.*
130 *Emptio quid.*
131 *Mandatum quid.*
132 *Quot modis contrahatur.*
133 *Societas quid.*
134 *Quot modis contrahatur, & ſoluatur. & 135.*
136 *Dos quid.*
137 *Diuiſio dotis.*
138 *Quot modis ſumatur.*
139 *Origo dotium.*
140 *Ius dotale quid.*
141 *Quomodo conſtituatur.*
142 *Priuilegia dotium. & 145.*
143 *Prædium dotale quid.*
144 *Inofficioſa dos quæ.*
146 *In reſtitutione dotis quid veniat.*
147 *Fideiuſſor quis dicatur.*

DILVCID. XVII. DE OBLIGATIONIB. EX CONTRACTV.

1 Contrahitvr obligatio ex contractu, vt dictum eſt; Ideò de contra-
ctibus dicendum eſt. Contractum autem propriè eſt obligatio vltro, ci-
troq; facta, glo. in §. fin. Inſt. de oblig. in verbo ex contractu; qua de re
2 tripliciter ſumi poteſt. Propriè, impropriè, & improprijſsimè; de pro
prio dictum eſt, & habetur in l. Labeo, §. contractum, ff. de verborum ſi-
gnif. Impropriè, quando vna pars tantùm obligatur, l. 2. ff. ſi cert. peta.
Improprijſsimè, quando fit diſſolutio contractus, vt in tranſactione, l. ſiue apud, C. de trã-
ſact. & Inſt. quibus mod. toll. oblig. §. 1.

3 Differunt ad inuicem contractus, obligatio, & actio. Contractus eſt obligatio verborũ,
ſeu conſenſuum, l. ſtipulationum, §. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. & tunc eſt, quod facti, l. cõ-
ſilio, ff. de curat. furioſ. Obligatio eſt, quæ oritur ex ipſo contractu, & eſt quid iuris, l. 2. ff.
ſi cert. petat. & glo. fin. in §. fin. Inſt. de obligat. Actio verò oritur ex obligatione. Ideò di-
cit glo. ex contractu actionem dari, ex obligatione naſci. Qua de re contractus eſt conclu
ſio contrahentiũ vltro, vel citroq; facta certis verbis, quæ in ſtipulatione fiunt, vt plurimũ,
ex Bart. Soc. conſ. 214. lib. 2.

4 Inuenti ſunt contractus de iure gentium, l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, & dicitur, quod
vel indiuiduum, licet plura componant ad inuicem contrahentes; quia vnicus in actu eſt
conſenſus, qui formam dat. ex Vacon. lib. 5. Declar. 7. nu. 2. attamen non omnis conſen-
5 ſus facit contractum, ſed qui de iure requiritur, Bald. in Auth. Sacramenta, C. ſi aduerſus
vend. nec venit teſtamentum, l. teſtamentum, C. de teſtamentis, nec compromiſſum, ſeu
arbitramentum, Bald. in Rubr. C. de rer. permut. ſic de ſimilib.

6 Diuiduntur contractus in plures ſpecies; nam quidam habent ſcripturam de ſubſtantia,
quidam de probatione, l. contractus, ff. de fid. inſtr. & Azo. in ſum. eod. nu. 19. Alij ſunt no-
minati, quidam verò innominati, quidam verò alij ſimulati. Requirunt ſcripturã de ſub-
ſtantia contractus, vt emphytheoticus, Iaſ. in l. fin C. de iure emphyt. & plura dicuntur ſuo
loco; ſic omnes alij habent ſcripturam ad probandum factum, qualiter ſe habeat.

7 Nominati ſunt à lege, vel contentis in ea; vt in empt. & vendit. mutuo, & ſimilib. qui
nomen proprium habent, l. 2. C. cõmod.

8 Innominati, qui certum nomen non habent, ſed ex conſuetudine fuerunt inducti, Bald.
in Rubr. C. de rerum permut. & in l. naturalis, ff. de præſcript. verb. l. iuris gentium. §. 1. ff.
de pact. Cognoſcuntur ex conuentione, ſecundum aliquos; vel ex cõplemento, ſecundũ
alios, Angel. de except. inſt. §. præterea, nu. 41. Ideò quidam dixerunt denominari ab actu
facto, ſed præſenti, Bart. in d. l. naturalis ab initio extremorum denominari ait; veluti ex
parte vendentis dicitur venditio, ex parte ementis emptio, & tunc quælibet pars contra-
ctus eſt eque principalis, in quibuſdam alijs vna erit principalis, alia excedit per modum
cauſæ, itaut in vna parte denunciationis præſupponatur alia. Sunt autem contractus inno
minati quatuor; do, vt des; vel do, vt facias, aut facio, vt des, aut facio, vt facias; & poſ
ſunt multiplicari ex gemina dictione, & in omnibus ſeruatur regula, quando eſt vltro, ci-
troq; obligatorius erit innominatus Ang. in d. §. præterea. nu. 46 eo quod cum vtraq; pars
ęque principalis ſit obligata, non conſtat à qua magis denominari poſsit; Ideò innomina-
ti dicuntur.

9 Simulatus, ſiue fictus fit tribus modis; Primò, cum in rei veritate celebratur contractus,
ſed aliud continet, quàm fuerat conuentum. Secundò, ſi celebretur, ſed modico tempore
debuerit durare, vt quis ſit retrocedendum, quod ibi fuerit conceſſum. Tertiò, ſi in appa-
rentia videatur contrahi, ſed in rei veritate partes non intendunt obligari, ſic oſtenditur
facta ad oſtentationem, Ang. Inſt. de except. §. ſequitur. nu. 44.

10 Quaſi contractus eſt obligatio, qua quis obligatur alijs ex aliquo officio, vel facto lici-
to, licet non interueniat expreſſa voluntas vtriuſque, vt tutor, curator, negociorum geſto
rum,

Digitized by Google

rum, §.1.& ſequen. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

11 Contractus impropriè ſumitur pro omni obligatione, Auth. vt omnes obed. Iud. prouinc. §.& hoc. Sumitur etiam ſtrictius, in l.contractus, C. de fid. inſtr. Aliquandò pro ſententia, l.Valerius, ff. de iure fiſci. Quapropter contrahere eſt obligare, l. in ſumma, §. ſed agere, ff.de cond. Iud. lic.

12 Obligatur autem contractus quatuor modis; re, verbis, literis, & conſenſu, §.fin. Inſtit de obligat. de quibus ſeparatim dicetur; latius de his omnibus in tit.de oblig. inſt. Inſt. De oblig.

13 Re, contrahitur obligatio quinque modis; mutuo, debito, commodato, depoſito,& pignore, Inſt.quib. mod.re contrahatur obligatio. §. 1. Ideò intelligitur de re, quæ conſiſtit in pondere, numero,& menſura; & dicitur obligatio in re; quia res eſt de ſubſtantia; nam ſi illa cum effectu non interueniret, obligatio de ea nulla eſſet,nec realis, nec naturalis,ſed ciuilis tantùm, Port.Inſt.eod. §.1. vt de non numerata pecunia, & ſimilibus. Inſt. Quib. modis re cõtrahatur; obligat.

14 Mutuum ponitur in obligatione, quæ contrahitur re, & eſt, quod de meo fit tuum, trãſferendo dominium, l.2.§.ſtipulata, ff.ſi cert.pet.glo.Inſt.de teſtam.in princ. Fallit in duobus caſibus, ſecundum Alex.in l.ſingularia, ff.eod. Diuiditur in plures ſpecies; nam quoddam eſt naturale tantùm, aliud ciuile tantùm,quoddam ciuile, & naturale, ſicuti de obliga-

15 tionibus diximus. Naturale mutuum tantùm eſt, dum res ipſa, quę mutuatur, traditur: nã tunc recipiens naturaliter obligatur literis, vel ſtipulatione verborum de iure ciuili inductũ, non autem ex interuentu rei, l.ſi ita fuero, §.fin.ff.de nouat. vel quia paulo ante numerationem, vel in continenti ſtipulor mihi reddi. Ideò non naſcitur ex re, ſed ex ſtipulatione tantùm, vt quando datur exceptio non numeratæ pecuniæ, Azo. in ſum. C. eod. tit.& in §.1.Inſt.quib.mod. re contrahatur ſtipulatio.

16 Idcircò ad verum mutuum plura requiruntur; Primò, quod res illa de ſui natura poſſit ponderari, numerari, vel menſurari. Secundò, quod res illa tradatur, alias naturaliter non obligatur, vt in ſtit.ff.& C.de non numer. pecun. Numeratio ſumitur interdum pro mutuo, ſic numeratio pro mutuatione, l. omnia, ff.ſi cert. pet.& numerationis appellatione continetur datio alicuius ſpeciei, l.1.C.de donat. cau.non numer. aliquando numerata pecunia ff. C. Non num. pecun.

17 accipitur pro intereſſe, l.ſi qui ab alio, §.ſi quis,ff.de re iud. Pecunia tribus modis capitur; ſtrictè, pro pecunia numerata; largè, pro his, quæ conſiſtunt pondere, numero,& menſura; largiſſimè, pro omnibus rebus corporalibus, Curt. in tract.de ſeque. nu.1. & pecuniæ numeratæ nomine ſola pecunia numerata continetur, Azo.in ſumma C.de non numer.pecun. & pluribus modis ſumitur, tamen eſt de his, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, glo.& Doct.in l.1.§.fuit quęſitum, ff.ad Trebell. & §.conſtituitur, Inſt.de vſufr. de his vide Rom. ſing.207. Dec.l.2. § creditum, ff. ſi certum petat. nu. 2. & in 2. lect. nu.2. Si enim mutuo fuit dictum, pecuniam fuiſſe numeratam.i.datam; ita in rei veritate poſtulatur. Tertio, q traditio fiat ſecũdum aptitudinem eius. Quartò, quod actus adaptetur ad aptitudinem rei, vnde non ſufficit tradere pecuniam in ſacculo non numeratam, glo.in §.1.Inſt. quib.mod. re contrah. obligatio, in verbo mutui, & Bart.l.mutui, §.mutui, ff.eod. Quintò, res tradatur à domino, alias de meo non fieret tuum, niſi reconciliatione.i.compenſatione, vſucapione, vel ſuperuenientia dominij, aut ratihabitione, Doct.in l.2.§.2. ff.eod. Cõſumptione res aliena mutatur, dum ille rem ſibi mutuatam conſumpſit; nam tunc mutuum videtur contractum, quia res illa conſumpta eſt; propterea tenetur ad illam in ſpecie, l.ſi alienã, ff.de ſolut. Pro pecunia in d.tit.omnis res, quæ conſiſtit in pondere, numero, & menſura, continetur, Bart. l.talis ſcriptura, ff.de leg.1.& l.pecuniæ, ff.de verb.ſignif.

18 Quatuor ſunt ſpecialia in mutuo; Primò, quod obligetur, licet res non ſit in conſpectu, tamen naturaliter ſit obligatus.i.rem effectualiter receperit. Secundò, vt quiſque partem ſuam non in vno nummo, ſed in quantitate retineat, l.cõtractus, ff.de ſolut. Tertiò, vt res facilior conſumetur. Quartò, vt difficili petatur vſura, l.lecta, ff.eod.

Superueniẽtia dominij contrahit etiam mutuum, vt ſi res aliena mutuo ſtipulata ſit dari, cum dominus fuerit, tunc ante peti non poteſt, quia repellitur petens exceptione doli contra petentem, l.1.§.2.ff.de ſtipulat. ſeru.

Vſucapione, vt ſi ille, qui recipit mutuum de pecunia aliena poſsidendo, vſucapiet, vel conſignauit in dote numerata, l. iure, §. ſi pater, ff. de iure dot. & in donat. cauſa mortis, l. qui alienam, ff. de donat. cau. mor.

Ratihabitione, vt ſi pecuniam alienam tibi mutuo, quæ poſtea mihi legatur, ſi tamen durat animus mutuantis, Ang. in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb.

19 Notatur, quod cum dominium rei mutuatæ ſit translatum, non tenetur recipiens eandẽ rem in ſpecie reddere, ſed in genere; alias eſſet commodatum, ſeu depoſitum. Eſt autem commodatum alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuito, facta conceſſio, ex Goff. in ſum. de commod. nu. 1. dicitur conceſſio, & non translatio, quia qui commodat, retinet dominium, & poſſeſſionem, l. rei commodatæ, ff. eod. gratuito verò additur, quia interuenienti mercede, res tranſit in locationem, vel in contractum innominatũ, vt do, vt facias, Inſt. mand. §. fin. Inſuper adijcitur ad aliquem ſpecialem vſum; ad differentiam commodati, & precarij, ex glo. in §. item is, Inſt. quibus modis re contrahatur obligatio, videtur tenere defenſionem hanc non male fuiſſe datam, ex quo datur ad certum vſum etiam tempore ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè præfinitum; quod non eſt in precario conceſſum ad libitum conce-

20 dentis. Appellatur commodatum, quaſi commodo vtentium datum. Natura commodati eſt, vt eadem res reſtituatur in ſpecie, & hoc eſt de iure naturali, c. cum ius naturale d. 50. Nam dum commodatur liber non erit mutuum, ſed commodatum, quia conſideratur conſuetudo, & aptitudo, & natura rei talis, vt in l. 2. §. 1. ff. eod. & glo. in d. §. 1. Inſt. in verb. appendendo, & in gl. ibi plura de mutuo, & commodato, & additur actio, quæ naſcitur ex mutuo dicitur certi conditio, vt in l. de commodato.

ff. De cõmodato. ff. Si cer. pet. ff. De rebus credit.

21 Appellatur mutuum pluribus nominibus, veluti certum petatur, vel de rebus creditis, vt in tit. ff. dicitur certum petatur, quia in rebus certis conſtituitur, & certum pro mutuo ſumitur, glo. in Rubr. ff. eod. Et quia tam pro mutuo datur certi conditio ſpecialis, quam pro quolibet alio credito certo datur certi conditio generalis; ſic ſtrictè accipitur certi ſignificatum, l. ſi certum, C. eod. tit. & in l. certum, ff. eod. petitur his verbis. Certum eſt, cuius ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur qualis, quantaq; ſit oſtenditur: Nam & Pedius lib. 1. de ſtipulationib. nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice res fungatur, quæ tantundem præſtent & Cic. in lib. 1. Offi. & in lib. 9. Epiſt. ad Papirium Petum, *Multas*, ait, *res alienis vocabulis rectius demonſtrari, quam proprijs nominibus appellari*: non immerito ergo mutuum appellatur certum.

22 Nuncupatur etiam de rebus creditis. Credere, verbum eſt, generalem ſignificationem habet, ſicuti & res, de qua ſupra diximus; tamen in præſenti pro pecunia ſumitur, vel pro eo, quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura, ſicuti eſt pecunia. Tamen creditũ differt à mutuo, ſicuti ſpecies à genere. Creditum conſiſtit in alijs, & in ipſa pecunia, ex l. 1. ff. eod. dum legitur, *Credendi generalis appellatio eſt*. Ideò ſub hoc tit. Prætor & de commodato, & de pignore edixit. Nam cuicunq; rei aſſentiamur, alienam fidem ſicuti, mox recepturi quid ex hoc contractu credere dicemus. Rei quoq; verbum, vt generale Prætor elegit. Inde credere dupliciter ſumitur generaliter, vt in l. creditores, ff. de verb. ſignif. & ſtrictè pro mutuare, & ſic mutuatore tantùm. gloſſ. in d. l. 1. in verbo generalis, vt in propoſito; & ex glo. Inſt. in §. 1. quibus modis contrahatur obligatio, & in addit. ad verbum (tuum fiat.)

23 Alia diuiſio datur à Bart. in l. ſingularia, ff. eod. quoddam dicitur mutuum verum, aliud interpretatiuum; verum contrahitur, ſeruatis ſupradictis interpretationum, dum deficit in aliquo.

24 Duæ ſunt differentiæ inter mutuum, & commodatum; In mutuo transfertur dominium, in commodato ſecus, qui eandem rem in ſpecie tenetur reſtituere, Inſt. eod. §. item is cui. Altera recipiens mutuum, tenetur de dolo, & lata culpa, & caſu fortuito, commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi ſua culpa proueniat; ex glo. in d. §. item.

25 Contrahitur etiam obligatio re ex conditione indebit. vt in §.his quoq; Inſt.eod.& indebitum intelligitur ſolutum, non debitum, vel ſi perpetua exceptione non tenebatur, aut per errorem ſoluit, l.ſi non ſorte, §.indebitum, ff.eod. & in d.§.is quoque, & Azo, in ſum. eod.tit. ex quibus multis modis indebitum dici.

Primò, quod nullo modo debetur, nec ciuiliter, nec naturaliter, ex glo.in l.1.ff.eod.

Secundo, ſi naturaliter fuerit indebitum, ſed ciuiliter debitum, vt in obligatione ſolum ſtipulatione firmata ſine traditione rei, vel ſi adeſſet pactum de non petendo, aut iuramẽtum à naturali obligatione ſe liberaret, ita vt remaneat ciuilis tantùm.

Tertiò, ſi ciuiliter eſſet indebitum, ſed naturaliter debitum, ſolutum alteri per errorem iuris, vel facti.

Quartò, ſi exceptione perpetua ſe tueretur, in d.§.indebitum;& quatuor ſunt exceptiones dilatoriæ, ſiue temporales, perpetuæ, peremptoriæ, dubiæ, & de rigore iuris conſeruandi inductæ, ex d.glo.1.ad l.1.de cond.indeb.& in addit.ad Port.in d.§.is quoque; vt latius habetur de his in tit.ff.de cond.indeb. Conditio ſumitur hic pro repetitione, quia indebitum ſolutum debetur, vt mutuum, & obligatur re, Inſt.in d.§.is quoque, in fine.

ff. Cond. indebit.

26 Plures itaque ſunt tales repetitiones, quibus contrahitur re obligatio, vt in tit.ff.de cõditione cauſa data, & non ſecuta, & ſi quid ea conditione datũ fuerit, vt prius honeſti mãdatum exequatur; nam tunc cauſa ob quam debetur, non adimpletur, ſolutum quod fuerit, indebitum erit ſolutum, l.1. ff.eod.tit.& ſeq.

Aliquando cauſa, ob quam datur obligatio, dicitur turpis, vt in tit.ff.de condit. ob turpem cauſam, & turpe, ac iniuſtè idem ſunt, vt not.glo.in Rubr.eod. ſic turpe eſt, quod iniuſtum eſt, vt ſi dedi centum pro homicidio, vel alio delicto, non obligatur ex tali cauſa, quæ conſideratur tam de præſenti, quàm de futuro, & an dicatur indebitum, & detur repetitio; diſcurre vt in corpore tit. & latius de his ſuo loco.

ff. Condi. ob turp. cauſam.

27 Indebitum etiam dicimus, quando ſolutio facta ſit, quia putabam cauſam adeſſe, & me teneri ad legatum, tamen in rei veritate de legato non conſtat, ſic nec minus de cauſa; vt in tit.de condit.ſine cauſa; intelligitur tamen ſi cauſa ſequuta non ſit, vel quia ſolutum eſt, quod non debetur, in addit.ad glo.in l.1.ff.eod.

ff. Cõdi.ſine cauſa.

28 Interdum datur conditio furtiua ſolo domino, vt ſi ſub iſta conditione, ſeu cauſa fuerit ſolutum, & in rei veritate furtiua res non erat, datur tunc conditio.i.repetitio rei datæ, vt in tit.ff.de condit. furtiua. Ideò dicitur in l.1. ff.de condit. ob turpem cãm, & ob rem, aut turpem, aut honeſtam; turpem autem, aut vt dantis, ſit turpitudo non accipientis, aut accipientis dumtaxat; non etiam dantis, aut vtriuſq;. Hæc ibi in tit. de condit. ob cauſam, reſpicitur futura cauſa, & honeſta tantum; in tit.de condit. ob turpem cãm, intelligitur de præterita, & futura, vt in Rub.ff.eod.

Datur & alia conditio indebiti ex lege, vt habetur in l.vnica, ff.de condit. ex lege, his verbis; ſi obligatio lege noua introducta ſit, nec tantum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex l.agendum eſt. Hæc ibi. At glo.pro lege noue intelligit omnem legem p l.12.tab. vt in donatione, in nudo pacto de ſalario præſtando, & de ſimilibus, vt ibi, licet talis expoſitio, ſecundum Doctores, non ſit neceſſaria, quia lex ſemper loquitur.

De condi. ex lege.

Datur etiã alia indebiti cõditio, q Triticaria appellat̃, vt in tit. ff.de condit.triticaria p omni re, excepta pecunia numerata ſiue certum, ſiue incertũ, ſiue dominiũ, ſiue poſſeſſio petatur, l.1.ff.eod, ibi Bart. Triticaria fortaſſe à Tritico auctore, vt de Publiciana dicitur, vt in Inſt.de act.§.ſed quia ſanè; ex Rub. ff.eod.

ff. De condi. triticar.

29 Contrahitur etiam re obligatio præcaria. Eſt autem præcarium pignus obligatum creditori,& à debitore creditori conceſſum vtendũ quamdiù patitur, qui conceſſit, l.1.ff.eod. ex Goffr.eod.tit.in ſumma. Verba edicti ſunt iſta; *Quod præcario ab illo habes, dolo malo feciſti, vt deſineres habere; qua de re agitur, vt illi reſtituas;* De eo plura in l.1.& 2.ff.eod. Precarium dicitur à præce, conſiſtit in re propria, poſſeſſionis gratia, quæ eſt apud creditorẽ,
30 non gratia proprietatis; l.certè,§.fin.ff.eod. & in rebus mobilibus, & immobilibus, veluti ſi me rogaueris, vt per fundum meum tibi hoc agere liceat, & ſic de ſimilibus. Eſt contra-

ctus

Digitized by Google

ctus gratuitus, ſimilis commodato; & licet non videantur differre niſi verbis; tamen diffe-
31 runt. Primò, quia commodatum datur ad certum vſum, ita vt ſi aliter re illa, vt eſt com-
mitteret fortunæ, præcarium non datur ad vſum certum. Secundò, commodatum non pōt
ſtatim reuocari, ſed confecto vſu, ad quem commodatum eſt; præcarium verò ſemper po
teſt reuocari, glo. in l. vt commodat. Tertiò, commodatum debet eſſe gratuitum, ſine ali-
qua mercede: ſi merces interuenerit, dicitur locatio, aut innominatus contractus. De his
plura ad Goffr. & Hoſt. in ſum. eod. tit. & ibi, in quid differat à donatione.

32 Præcaria eſt contractus de quinquennio in quinquennium renouandus, vt in c. 1. de præ-
car. Dicitur etiam donatio ad præces facta, vſq; ad mortem accipientis, 16. q. 3. c. Clerici.
Item dicitur conceſſio vſufructus ad præces ſimiliter facta, cuius forma habetur in 10. q. 2.
c. præcariè.

33 Natura præcarij eadem eſt cum emphyteoſi, Bart. Auth. ingreſsi, C. de ſacroſanct. eccl.
l. ſi finita, ff. de damn. infec. & differt in hoc, quia præcarium reuocatur de quinquennio in
quinquennium, alias caderet à iure ſuo in rebus Eccleſ. glo. in c. 1. ext. eod. ſic habet vim
locationis.

34 Soluitur multis modis, quos numerat Goffr. in ſum. eod. tit. Primò, voluntate conce-
dentis, l. 1. ff. eod. Secundò, morte eius, cui fuit conceſſum, c. ſi quia, ext. eod. Tertiò, alie-
natione rei præcariæ conceſſæ, c. fin. eod. Quartò, finito tempore ad quod ſunt res conceſ-
ſæ, l. cum præcatio, ff. eod.

35 Sequitur & altera obligatio, quæ re contrahitur depoſito, Inſt. eod. §. pen. Eſt autem de-
poſitum, quod ad cuſtodiendum alicui traditum eſt, glo. Inſt. quibus mod. re contr. oblig.
§. præterea, in verbo deponitur; & Azo. in ſum. eod. & Goffr. eod. & notatur in l. 1. ff. eod.
& virtute talis depoſiti transfertur dominium in depoſitarium, quando depoſitum factum
fuit in genere, non in ſpecie, l. dies ſponſaliorum, §. 1. ff. eod. tamen hoc videtur contra na
turam depoſiti; tamen re obligatur, quod ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur,
vt in d. § præterea, & legitur in l. licet, §. rei, ff. eod. rei verò depoſitæ, ſicut & commoda-
tæ, & poſſeſsionem, & proprietatem retinemus.

36 Nuncupatur depoſitum, quaſi deorſum poſitum; Deorſum, inquam, ait Goffr. in ſum.
eod verſ. 2. à ponente poſitum, vt oſtendatur totum fidei eius commiſſum apud quem po-
nitur, quod ad cuſtodiam rei pertinet, & omnino videatur ſeparata cuſtodia à deponente;
Ideò dicitur, quod propoſitio, de, auget depoſitū, ex l. 1. ff. eod. ſic concludit Azo. in ſum.
37 quod talis actio non erit mādati, ſed depoſiti, & conſiſtit depoſitum in rebus mobilibus, &
ſe mouentibus, & regulariter in his, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, glo.
l. bona fide, ext. eod. & in tit. de depoſito in vero, & proprio depoſito attenditur, cum cer
ta res in ſpecie, vel quantitas, vt ſpecies deponitur in ſacculo ſignato, l. 1. ff. ſi pecuniam, ff.
eod. Ideò vt depoſitum obliget pecunia, ſeu illud, quod coram teſtibus cōſignetur, Doct.
in l. acceptum, C. de vſur. & tunc videtur prohibitus vſus, d. l. licet, §. rei, l. Lucius, l. die, §.
qui pecuniam, ff eod. & Inſt. in d. §. præterea.

ff Depoſiti.

38 Effectus depoſiti eſt, vt cuſtodia, & periculum rei depoſitatæ tranſeat in depoſitariū in
quatuor caſibus, glo. in l. 1. §. ſæpè, ff. de depoſit. Duplex eſt depoſitum, verbale, & reale.
39 Verbale, quando confitetur tantum, ſed id recepiſſe; vt in d. §. præterea, & l. 1. §. is qui, ff.
de act. & oblig. Nam confeſſio eſt obligatio verbalis, quādo res non interuenit, vt in Inſt.
de litt. oblig. l. publica, ff. de depoſito. Aliud reale, quando factum eſt, re ipſa interuenien-
te, & quando teneatur de dolo lata, vel leui culpa, alibi dicetur.

Depoſitum comparatur ſequeſtro, dum res poſita eſt in controuerſia, vt detur venien-
ti, l. ei qui apud, ff. eod. & depoſitum factum in vim ſequeſtri, facit poſſeſſionem remanere
apud deponentem, niſi cauſa cuſtodiæ tantùm ſit actum, l. propriè. ff. eod. & l. licet, ff. de
verb. ſignif. l. ſequeſter, ff. eod. Differt, quia depoſitarius rem ſequeſtratam non poteſt re-
ſtituere, niſi Iudex ordinauerit, l. rei, §. fin. ff. eod.

40 Quatuor ſunt, quæ faciunt depoſitarium teneri, conuentio, dolus, lata culpa, mora, &
oblatio, l. 1. §. ſæpè, ff. depoſiti, & latius in d. tit.

41 Inſu-

41 Inſuper pignore pariter re contrahitur obligatio, vt in §. fin. Inſt, quibus modis re con-
trah. obligatio. Eſt autem pignus res obligata pro debito, quod ad ſecuritatem fit credi-
toris, quia tutius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere, §.furti, Inſt.de obliga.
quæ ex delict. naſc. dicitur à pugno, vel manu tradita, l.plures, §.pugnus, ff.de verb.ſignif.
& tunc conſtituitur in re mobili. Secundò, tradatur creditori, ſed ea, quæ nuda conuentio-
ne dantur ſine traditione, dicitur hyppotheca, quæ cõſiſtit tam in re mobili, quàm immo-
bili ex Azo. in ſum.C.de pign.& Inſt. eod. §.fin. impropriè conſtituitur etiam in re immo
bili pignoris obligatio, & vbi non tranſit poſſeſſio in creditorem appellatur hyppotheca,
l.ſi rem, §.de pigri. act.§ propriè; Sed vna ferè eſt actio hyppothecariæ, & pignoris, l.res, ff. Pignorib.
42 §.inter pignus, ff.eod. Qua de re, vbi res non tranſit in creditorẽ, dicitur hyppotheca, ſed
quantum ad hyppothecariam actionem nihil differt à pignore, niſi verbo tantùm, Inſt.de
act. §.inter pignus.

43 Contrahitur pignus duobus modis, tacitè, vel expreſsè; tacitè in rebus miniſtri, l.1.&
2.C.in quibus cauſis pigno.tac.com. vt bona tutoris tacitè obligatur pupillo, l.fin. ff. eod. ff. C. In quibus cauſ.pig. tac. com.
ſic bona conductoris inuecta, & illata tacitè pro penſionibus obligantur, l. ſi non inducta,
& l.fin.ff.eod. ſic tacitè poteſtate legis. Expreſsè generaliter, vel ſpecialiter, vt cum quis
omnia bona ſua pignori obligauit habenda, l.fin.C.quando res pign. oblig. poſſ. ſpeciali- ff.
ter, vt quando obligatur ager, ſiue liber, aut equus expreſsè, vt cõuentionibus, vel expreſ- In quibus caſib. pign. à lege dentur.
sè à lege, vt in tit.ff.in quib.caſib.pign. à lege autem dentur bona mariti pro pignore.
44 Triplex eſt diuiſio pignoris; Aliud conuentionale, prætorium, iudiciale. Conuentio-
nale ex ipſo facto nomen ſumpſit, dum ſola conuentione contrahitur, l. 1. in princ. ff. de
pign.act. ſic non eſt de eſſentia ſcriptura, vel quod præſentes ſit perſonæ, quoniam etiam
inter abſentes nutu, vel epiſtola contrahitur obligatio pignoris.

Prætorium conſtituitur per miſſionem in poſſeſſionem, l.non eſt mirum, §.ſciendum, ff.
de pigr. act. & prætorium fit ex cauſa, dum iubet, vt caueatur, aut de damno confecto, aut
de opere demoliendo, vel ſimili, vt in tit.C.de prætorijs pignorib. In iudiciali ſeruandus C. Præt. pig.
eſt ordo iuris, vt prius capiantur mobilia in exequutione, deinde immobilia nomina. Olim
licebat creditori pignus poſt duos menſes vendere, l.debitoribus, C.de re iud. & hodie de
iure communi, non niſi elapſis duobus menſibus, l.fin.C.de excuſat.rei iud.& in tit.C.ſi in
cauſa iudicat. pigno. Eſt iudiciale, hoc dicitur pignus, ext. quo Iudex iubet mitti in poſſeſ- C. Si in cauſ. iud. pig.
ſionem, vel ſententiã diffinitiuam executioni demandat. Aliquando iudiciale dicitur præ-
torium, & ſic è conuersò, quia vtrunque à Iudice conſtituuntur, l.2. C.de præt. pigno.

De hac materia pignorum plura rubricantur; quæ & ipſius cauſam facilè demonſtrant;
45 ppa declarantur primò, quæ bona pignori obligentur, & excipiuntur res ſacræ Eccleſię, &
quæ fauore Religionis ſunt inducta, l.ſancimus, C.de ſacroſ.Eccleſ.l.3.C.quę res pign. vel ff. C. Quæ res pign. vel hyppot. oblig.
Hypot. oblig. nec liber homo, quia contraria eſſet libertati naturæ, l.qui filios, C.eod.

Res aliena nec pignori datur, niſi dominus diſſimulauerit, l.2.C.ſi res alien. pign. detur.
Poteſt autem per procuratorem, l.curator, l.ſi rem, C.eod. Ideò filius non poteſt obligare C.
bona patris, l.nec ſi minor, C.eod. nec mater rem, quam donauit filio, l.quæ prædiũ. Ideò Si res aliena pign.
46 regula eſt; qui alienare poteſt, & pignorare, l.fin. C.eod. Alienum hic ſumitur, quod eſt
in dominio alterius, Dec.conſ.83.num.3. ſic non ſuum, l.cum quærebatur, C.vnde vi. Vl-
terius idem dicendum de re communi inter plures perſonas, quando pignori obligari poſ-
ſit, vt in tit. C.ſi communis res pigno. data ſit, quo caſu de ſua parte poterit; ſecus de alia, C.
l.vnica, C.eod. Commune accipitur ſiue pro diuerſo, aut pro indiuiſo, l.magis, §.fin. ff.de Si cõis res pig. data ſit.
47 reb.credit. & ibi glo. ſed propriè pro indiuiſo, l.rectè, §.1. ff.eod. Sumitur autem commu
ne pro eo, quod eſt proprium ſingulorum, C.de iur.cod.confirm.§.his prudentib' in fine, in
glo.in verbo communibus. Aliquando eſt commune vniuerſitatis, & non ſingulorum tan-
tùm, l.tantum, §. Vniuerſitas, ff. de rerum diuiſ. nam commune ſingulorum eſt proprium
cuiuſq; ratione partis tangentis; ſic commune poteſt dici meum, non ex propria ſignifica-
tione vocabuli, ſed extenſione. At hoc non confirmatur, quod verè dicatur meum, vt cõ-
mune dici poſſit, Doct.in l.illud, ff.de ritu nupti. At vide Bart.l.ſerui electione, ff.de leg. r.

Con-

ff. C.
Qui potiores in pigno hab.
C.
His, qui priorum credit.

48 Contingit aliquando rem vnam pluribus obligatam pignore feciſſe; ſic naſcitur contē-
tio inter partes, & quæritur, qui potiores in pignore habeantur, vt in tit.ff.& C. & decla-
ratur idem in tit.C.his, qui priorum creditorum: nam potior idem eſt, quod prior in tem
pore, l.2.ff.eod.& hoc contingit vel ratione cauſæ, vt ſi vna fuerit magis priuilegiata, quā
altera; vel ſpecialiter obligata; necnō ratione temporis; & tunc prior in tempore potior
in iure, l.ſi fundum, C.eod.& d.l.2.C.eod. ſic prior prius ſignificat, l.ſi ego, §. ſi duo, ff.de
publi. & prior tempore intelligitur antiquior, Auth.de defenſ.ciuit.§.interim. Prior cre-
ditor, qui in locum prioris ſuccedit creditoris, l.ſi prior, ff.eod.§.ſi tertius; Id comproba-

C.
Si antiqor credit. pigno.ved.

49 tur in tit.C.antiquior creditor pign.vendi. Antiquior hic ſumitur pro anteriori, & præ-
ceſſerit in credito, non autem de tempore viginti annorum, vt notatur in c. 2. de ſepult.
lib.6. ibi.Archid.

50 Pignora data ſunt ad cautionem creditoris, qua de re, ſi debitor aduenienti tempore nō
redemerit, diſtrahuntur; quod aut euenit pacto, aut ex lege, & in hoc ter denunciatur de-
bitori, vt ſoluat, & ab vltima monitione dabatur biennium ad vendendum, & vnica denū-
ciatione ante biennium ſuppletur. Hodie ſeruantur iura municipalia; de his in tit.ff.de di-
ſtract.pigno. Diſtractionis verbum pertinet tantum ad venditionem, l.ſi ego, §. pactus, ff.
de public. l.cum res, ff.de empt.

ff.
Qub. modis pign. ſoluan.
C.
Luitione pigno.

51 Modo ſequitur, quibus modis ſoluatur pignus, & ex diuerſitate rubricarum, ſic varijs
modis ſoluitur; Primò, dum partes ad inuicem contraria voluntate ſe liberant, aut credi-
tor debitum remiſerit, aut ſi poſt pignus fuerit datus fideiuſſor, vel ſi debitum ſoluatur, de
quibus latius in tit.ff.quib. mod. pign. ſoluan.& in C.de luitione pignoris. Ideò ſoluuntur
52 in tit. ſumitur pro diſſoluere, vt in Auth. de nupt. §.ſi vero, & Inſt. pro locis, §.maner, &
ita ſumitur in tit.quib.mod.res pati pot. ſoluatur; & luere hic idem eſt, quod ſoluere, ſeu
liberare, vt in l.1.& 2.C.eod.

C.
Remiſ. pigno.

53 Soluitur etiam remiſſione; Remiſſio hic ſumitur pro donare, l.1.ff.quib.mod.pign. ſol-
uant.& latè Spec. in tit.de remiſſ.& hoc fit, vel ex voluntate creditoris, l.ſi tibi, §.de pign.
ff.de pact. & de his plura in tit.C.de remiſſ. pignorum.

C.
Si vnus ex pluribus hæredib.

Interdum remittitur debitum perpetuum, ſi plures hæredes creditoris partem debiti ac
cipiant; nam tunc non præiudicatur cęteris, quo minus quilibet hæredum poſſit pignus in
ſolidum vendere, vt in tit. C.ſi vnus ex pluribus hæredibus debit. vel credit. partem ſuam
ſoluerit, vel acceptauerit.

C.
Etiam ob chirogra. pec. pig.

Non videtur liberatus debitor à pignore, ſi chirographum, cuius virtute pignus eſt cō-
miſſum, non fuerit cancellatum, vt in tit. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus
teneri poſſ. dicitur ibi in Rubr.1. quæ ſine pignore debetur per chirographum, vt ſupra in
l.cum ſibi, qui pot. in pig. habeatur, & hoc verum eſt, etiam ſi chirographum non interue-
54 nerit, quia lex generaliter loquitur chirographum eſt ſcriptura manu ſua deſcripta, l.ſu-
per, C.ſi cert. petatur; & dicitur, ſecundum glo.ibi à chir, quod eſt manus, & graphi, quod
eſt ſcriptura; Ideò chirographaria pecunia eſt ſcriptura facta manu ſua fuit confeſſata; &
inde ſumitur pro inſtrumento, l.fideiuſſor, §.pater, ff. de pignor. qua de re non cancellata
ſcriptura, pignus non ſoluitur, & per cancellationem videtur facta liberatio.

C.
De pac. pign. reſci.

55 Liberatur etiam ſi pactis, vel conuentionibus id fuerit remiſſum, vt in tit. C. de pactis
pign. reſcind. Nam quod eorum conſenſu fuerit actum, vt ſi intra certum tempus non ſol-
uerit, pignus vendatur, l.1.C.eod.adeo quod pactū appoſitum ad liberandū pignus, vt ibi.

C.
Si pig. pig. datum ſit.

Interdum liberatur altero pignore, vt in tit.C.ſi pignus pignori datum ſit; Ideò ita le-
gitur in l.1.eod.etiam id, quod pignori obligatum eſt à creditore, pignori adſtringi poſſe
iamdudum placuit. Ibi gloſſ. intellige pro tanta quantitate, quantā primus debitor debet,
& eodem modo; Vt ſi primo dedit ius diſtrahendi, & ipſe dabit, alias non. Si ergo pri-
mus debitor ſoluerit ſuo creditori, vel ſecundum tollitur pignus; qua de re, qui pignus ha
bet, poteſt & illud in pignus dare, vt ibi.

C.
Debit. vēdit pign. ſped. non poſſ.

Si creditor voluerit pignus vendere, & debitor obtulerit pecuniā, facta oblatione, im-
peditur venditio, vt in tit. C. debitorem venditionem pign. imped. non poſſ. ita l. in l. 2.
quæ

quæ eſt final.C.eod. niſi debitor vniuerſum debitum offerat, non habet poteſtatem denũciandi creditori, ne pignora vendat, nec emptori ne emat, & creditore nolente recipere, debet illud deponere; Debitor eſt, qui ad aliquid faciendum obligatus eſt, l. vel obligari, ff.de liberat.& l.debitor meus, ff. de neg. geſt.

C. ſi vendito pign. agatur.

Aliquãdo cõtingit vendito pignore agi,vt habetur in tit.C.ſi vẽdit.pign. agatur; Si creditor vendit pignus malę fidei, hoc eſt minori precio in fraudem, ipſe creditor tenetur pignoratitia non emptor, niſi duo concurrant; quod creditor non ſit ſoluendo, & quod emptor participauerit fraudem: nam tunc debitor oblato precio, cum vſuris recuperabit ſuã, ex l.1.C.eod.

C. de iure dominij impetrãdo.

Impeditur ne tranſeat dominium pignoris ex pluribus cauſis, vt in tit. C.de iure dominij impetrando; quia quandoq; creditor non inuenit emptorem, ideoq; opus eſt, vt addicatur; Ideoq; de hoc ponitur in dicto tit. ibiq; datur forma procedendi, l.vetuſtiſsima,C. eod. & ibi tria terminantur circa pignoris venditionem, & dominij impetrationẽ, ſeu adiudicationem, & circa ipſius adiudicationem præmiſſam luitionem, & qui vult iure pignoris poſſidere, debet ſeruare huius legis ſolemnia, niſi aliter de cõſuetudine, vel ſtatuto fuerit ordinatum.

ff. de verborũ oblig.

56 Hæc de obligationibus, quæ re contrahuntur; ſequitur de obligatione, quę contrahitur verbis, vt habetur in tit.ff.de verbo.obligat. nam verba inſeruiunt intentioni,ext.de verb. ſignif.c.in his,& talia nobis inducunt in aures, qualia foris ſonant, Spec. de Aduocat. §.vt Aduocatus, verſ.ſeq. Ideò inſtituta ſunt, vt per ea quis in alterius notitiam ſuas cogitationes declarando mittat. Spec. ibi §.6.& in ſum.de verb.ſignif.§.1. Sumuntur autem multi-
57 pliciter, veluti pro fallacia, vt verba dare; pro oratione, vt ſi dicamus, Cicero in concione verba fecit; pro prouerbijs, vt ſi dicatur; Verum iſtud verbũ, quod dici ſolet, pro exẽplo; vt verbi gratia pro verbo declinabili. Tandem omiſsis alijs pro obligatione, vt in ꝓpoſito noſtro, huius tituli; licet aliquando tacere,& reſpondere paria ſint, ita vt tacens videatur conſentire, l.carius, ff.de pigno.act.& reg.qui tacet; de reg.iur.& reg. is, qui tacet, lib.6. ibi Dyn.& de his plura à Doct. tamen hic agitur de obligationibus, quæ contrahun
58 tur verbis, quod contingit pluribus modis, vt in l.1.ff.de verb. oblig. per interrogationẽ, & reſponſionem de dando, aut faciendo, aut contra; hoc euenit promiſſione, ſtipulatione, acceptilatione, pactis, tranſactione; ſic de ſimilibus.

Primò dicemus de ſtipulatione.

59 Stipulatio eſt verborum conceptio,quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumuè ſe id, quod interrogatur ſpondet, l.1.§.ſtipulatio, ff.de verb. oblig. ex quo colliguntur plura notanda. Primò, quod fiat verbis, vt de verb. obligat.l.1. & verba ſint apta ad materiam,
60 quia verbum vnum non reſpondet omnibus caſibus,nam alijs conſtituitur emptio, alijs donatio, vel locatio. Secundò, requiritur interrogatio vnius, & reſponſio alterius, vt in d. l. 1.& Inſt.de duobus reis ſtipul.§.1. Incontinẽti,non aũt ex interuallo,licet de quãtitate temporis interpoſiti ſit remiſſum ad arbitriũ Iudicis,Sylueſt.ad glo.in d.§.1. Inſt. de duob.reis. Tertiò, reſponſio ſit conformis interrogationi factæ. Ideò ſtipulari eſt interrogari, Inſtit. quibus mod. oblig. toll. §. ideò. Talis itaq; interrogatio fit per verbum præſentis temporis; veluti promittis, promitto; ſpondes, ſpondeo. per eadem verba, vel æquipollentia, ſic mutus, & ſurdus ſtipulari non poſſunt, in l.1.ff.de verb. oblig. nec referr an eodẽ idiomate, vel alieno, Græco, Latino, Aſſirio, aut ſimili, vt in d.l.1. & de his eſt tit. de contrahen. ſtipulatione.

C. contrahenda ſtipulatione.

61 Diuiduntur ſtipulationes, quædam ſunt iudiciales, quædam prætoriæ, quædam conuentionales, aliæ communes, §.ſtipulationum, Inſt.de diuiſ.ſtipul.& l.1.ff.de verb.oblig.

Inſt. diuiſione ſtipulat.

62 Iudiciales ſtipulationes ſunt,quæ Iudicis officio interponuntur non principaliter, ſed ex incidenti, veluti ſi coram eo rei venditio ageretur decerneret, bona vindicata non pignorari, vel alienari,& hoc pacto officio Iudicis interueniente, ſtipularentur, l.ſi poſt,ff.de rei vend.§.iudicial. Inſt.eod. & factum videtur ad tollendum dolum, ſed bona contraherent, Sylueſt.ad glo.in d. §.iudiciales, vbi ita legitur iudiciales ſunt, quæ à mero Iudicis officio profi-

proficiſcuntur, veluti de dolo cautio, vel de proſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendouè pretium, & expeditur non coram Prętore, ſed coram alijs Iudicibus, dum partes nō alia de cauſa, quam vt caueant, accedunt.

63 Prætoriæ ſtipulationes ſunt, quæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitiæ: nam & hæ à iuriſdictione Prætoris veniunt, ex §. Prætoriæ, Inſt. eod. ſic non veniunt ex officio Iudicis, vt iudiciales, glo. ibi, & Ang. & licet ibi glo. dicit, Præ-

64 toriam ſtipulationem damni infecti dici, quia Prætor approbat, non habito reſpectu, aut ſint inuentæ à Prætore, vel de iure ciuili, aut quocunq; modo fuerint inuentæ; Et hoc modo videtur complecti prætorias iudiciales communes omnes, præter cōditionales, Sylue. ibi tenet contra glo. tenentem ſtipulationes prætorias accipi dupliciter, ſed tenet, quod ſumatur prætoria ſtipulatio hic, vt in l. 1. ita quod ſolum diuerſificatur ſignificatio iudicialis, quæ hic accipitur, vt ſpecies, & coæqua prætoriæ; ibi vt ſpecies ſubiecta; & differentiam ponit. Prætoria à Prætore mortuo inducta eſt, ſed iudicialis à Iuris conſultis. Item in prætoria inuenies Iudicem ob ipſum principaliter adiri, ſed in iudiciali per conſequētiam. Item iudiciales vagæ ſunt per totum corpus iuris; ſed prætoriæ licet & ipſæ ſint vagæ, & comprehenſæ; tamen ſunt ſimul in vno tit. ff. de prætor. ſtipul. l. 1. Item poteris notare quartam differentiā, vt notatur in l. .. §. 2. de verb. oblig. quia prætoriæ ſunt, quæ per ſolum Iudicem ordinarium interponuntur, & iudicialis, quæ per quemlibet alium Iudicē. Vide in d. tit. de præt. ſtipul. quæ ibi tractantur; vide l. ſtipulationū, ibi glo. de verb. oblig.

ff. de ptorijs ſtipulationibus.

65 Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione vtriuſq; partis concipiuntur, nec iuſſu Iudicis, nec Prætoris, ſed ex conuentione contrahentium. Ideò tot ſunt genera iſtarum ſtipulationum, quot rerum contrahendarum, & tot genera contractuum, quot ſtipulationum; quoniam vbicunq; poteſt contrahi, poteſt ſtipulari, §. conuentionales, Inſt. eod. & ibi glo. & d. l. ſtipulationum, ff. de verb. oblig. Sic conuentio eſt nomen generale ad omnem contractum, & ad omnem diſtractum ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue per nuncium, vel epiſtolam, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, Iaſ. in Rubr. de verb. oblig. nu. 1. Si verbum, promitto, reperiatur ſcriptū, intelligitur per ſtipulationem, ſed ſi per verbum conueniunt ſecus, non intelligitur ſtipulatio, quia verbum conuenit, importat pactum nudū, & non ſtipulationē.

66 Communes ſunt, quæ participant de iudicialibus, & prætorijs, quæ quandoq; fiunt coram Iudice in negocio principali, vel in conſequenti, ſicuti in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, dum confirmatur tutor à Prætore, §. fin. Inſt. eod. Appellatur prætoria ſtipulatio, rem pupilli ſaluam fore, quia prouidetur eius indemnitati officio Prætoris; & hac ſtipulatione tenetur tam tutor, quàm qui geſſit negocia tutelæ, l. 4. §. illud, ff. eod. Alia ſpecies dicitur iudicatum ſolui, quæ fit ante litis conteſtationem, l. dedit, §. ſi ſecus, ff. qui ſatis dare cogitur, quæ ſatisfactio tria continet; de defendendo, de dolo, quod abſit, quod iudicatū ſoluere promiſit, glo. §. 1. de ſatiſd. inſt. Alia eſt rem ratam habere, dum agens nomine alieno promittit ratum habere, quod geſtum eſt. Et notantur tres caſus; ſic conſtat de mādato; tunc non cauet de rato, aut non habet, & tunc niſi fuerit coniuncta perſona non admittitur, ſed cauet cū fideiuſſore de rato; vel q̃a fuerit valde amicus, l. ſed ſic, ff. de procur. ſed ſi dubitaretur de mandato, vt quia probatur per vnum teſtem, vel literis, tunc ad ſupplementum admittitur cautio de rato, ex gloſſ. in d. l. ſtipulationum, ff. de verb. obligat. & Doct. in d. §. fin. Inſt. eod.

67 Datur & alia diuiſio ſtipulationum, quædam ſunt in dando, quædam in faciendo, l. 2. ff. de verb. oblig. natura ſtipulationum in dando habet, vt ſecundum naturam eorum recipiat diuiſionem, vt cum parte datur, pro illa liberatur; ſed quæ eſt in faciendo, non patitur diuiſionem; nam qui pro parte adimpleuit, quod facere promiſit, non ſatisfecit, nec liberatur, ex d. l. 2. ff. de verb. oblig.

68 Inuenta eſt ſtipulatio propter neceſſitatem, & vtilitatem: nam ſtipulatio eſt neceſſaria pro obligationibus fideiuſſionis, quia fideiuſſor non poteſt accedere ſine verbis, & ſic ſine ſtipulatione, Iaſ. in Rubr. de verb. oblig. nu. 22. necnon fuit inuenta cauſa neceſſitatis pp

obliga-

obligationes iuris gentium, vel re contractas nouandas, quæ nouari non poterat, niſi prius in ſtipulationem deduceretur. Item per nullum alium actum citra moram ſolutionum debiti poteſt induci liberatio ipſo iure, niſi per acceptilationem, quæ non poteſt fieri, niſi p ſtipulationem, per l. an inutilis, §. accept. ff. de acceptil.

69 Vtilitas ſtipulationis ponitur à Iaſone in d. rub. de verb. oblig. nu. 24. & eſt propter eius firmitatem, & robur, quia ea interueniente, non habet locum potentia, nec repetitio datur. Item propter productionem actionis, quia veſtit omnes conuentiones, alias de ſe nudas, & innominatas. Item nullo alio contractu magis, & de facili fit nouatio, & transfuſio vnius obligationis in aliam, quam per contractum ſtipulationis, per l. item illa, §. fin. ibi Bart. ff. de conſt. pecu.

70 Conſiderat etiam ibi in fine Iaſon, quod licet contractus regulariter nomen recipiat à facto, vt emptio, venditio, locatio, & ſimilia; tamen ſtipulatio non denominatur à facto, quia non vocatur eo nomine, quo contrahitur, ſed habet nomen iuris, vt Inſt. de verb. obl. in princ. & ſic aſſumit ſibi materiale nomen, per Bald. in l. 1. C. de fide inſtr.

71 Qua de re ad eſſentiam ſtipulationis requiruntur verba, ſic loquela vtriuſq; partis, l. 1. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. nu. 1. quod verum eſt in vera ſtipulatione, ſecus in ficta, aut præſumpta; vbi per quinque caſus ſine loquela contrahitur, ibi nu. 5. vide vt ibi. Nota itaque quod interrogatio, & reſponſio ſint de ſolemnitate ſubſtantiali ſtipulationis, ſed non præſentia, ſed de ſolemnitate naturali, quia non eſt ſubſtantia contractus, ſed ad contractum, Iaſ. ibi nu. 8. in l. ſtipulationum, ff. de verb. oblig. ex mente Baldi. Attamen illum propriè loqui dicimus, qui præſentialiter loquitur, vnde abſens mittens nuncium, vel epiſtolam, non dicitur propriè loqui, ibi Iaſ. nu. 10. Ideò ſtipulatio fieri non poteſt inter abſentes, l. inter abſentes, C. de inutili ſtipulat. & §. item verborum, Inſt. eod. ibi gio. Abſentes etiam dicuntur, qui loqui non poſſunt, vt ibi Iaſ. & ita etiam dicemus contrahi poſſe ſtipulationem per conſenſum partium, qui percipi poteſt etiam per interpretem tam verbo, quàm ſono. Hoc aſſerit Iaſ. de magis communi in d. l. 1. ff. de verb. oblig. nu. 24. & caſus continet naturam, remitto alibi; & vide ibi Iaſ. & in §. qui præſes eod.

72 Forma ſtipulandi duplex olim fiebat, hac ſolemnitate ſeruata, ſpondes, ſpondeo; promittis, promitto. Fide promittis, fide promitto; fideiubes, fideiubeo; & ſic de ſimilibus. Hodie autem fieri poſſunt quibuſcunq; verbis, dummodo ſenſus habeant, ſecundum conſenſus formam præſtandi quocunque idiomate, §. in hac re, Inſt. de verb. obli. & l. 1. ff. eod. Specialiter inducitur ſtipulatio per verbum, promitto, §. ſi ſcriptum, Inſt. de verb. oblig. Inſuper fieri poſſunt purè ſub conditione, vel in diem, aut adiecto tempore, §. omnis ſtipulatio. Inſt. de verb. oblig. & §. ſub conditione eod. & ibi plura declarantur.

73 Fieri poſſunt ſtipulationes inter plures, quam duos, qui vel ſint duo rei promittendi, aut debendi, interrogatione præcedente, & reſponſione ſubſequente, & hoc contingit duobus modis. Poſſunt interrogari plures, qui videntur plures rei credendi, & plures reſpondendere, qui ſint rei debendi, aut promittendi, adeo quod in qualibet parte plures interuenire poſſunt ad ſtipulationem, ex. §. 1. Inſt. de duobus reis ſtipulandi, & in §. duo eod. dicitur his verbis; *Duo, pluresuè rei promittendi ita fiunt. Meuij decem aureos dare ſpondes, & ſic eoſdem decem aureos dare ſpondes*, ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, *ſpondeo*; & ſic fieri poteſt, vel vnica tantùm interrogatione facta omnibus, vel pluribus factis ſeparatim, ita & vnica reſponſione, vt in d. §. 1. Inſt. de verb. oblig. Si duo promittunt vni eadem pecuniam, illi dicuntur duo rei debendi, vt in §. duo, & natura duorum reorum eſt, vt quilibet teneatur inſolidum, & ſi vnus ſoluerit, cæteri liberantur, Inſt. eod. §. ex huiuſmodi. Inſt. de duobus reis ſtipu lan.

74 Ad hanc ſtipulationem interuenire poſſunt non tantum ingenui, & liberi homines, ſed etiam ſerui hæreditarij ex perſona domini; quia dominus caput eſt ſerui, Inſt. §. 1. de ſtipu lat. ſeruorum, & ff. eod. Ita & filius familias ſtipulatur, & acquirit patri, §. ſerui autem, & plura in dictis titulis. Inſt. ff. ſtipul. ſeruorum.

75 Habet itaq; ſtipulatio ſuam formam, qua non ſeruata redditur inutilis, vt rubricatur in tit. Inſt. de inutili ſtipulat. redditur inutilis. Primò, ex parte rei, vt ſi ſtipuletur res, quæ Inſt. de inutilibus ſtipu lat.

Q 2 haberi

haberi non poſſit, vt ſi fuerit extra noſtrum dñium, §. 1. Inſt. de inutil. ſtipul. vel de re ſacra,
religioſa, ſancta, publica, aut de facto alieno, § Item iuris eſt, §. verſa vice, Inſt. eod. Secũ-
dò, ratione perſonæ; nam inutilis eſſet, ſi duo non interuernirent ad minus ad ſtipulationẽ
.i. interrogans, & reſpondens ſtipulor, l. & promiſſor, & ſint perſonæ à iure non prohibitę,
§. ſi de alia, §. ſi quis, Inſt. eod. §. mutus, & ſic de ſingulis ibi expreſſis. Tertiò, redditur inu-
tilis ex modo. i. ſi ſtipulator dixerit, *Promittis decem*, & promiſſor dixerit, *Promitto quinq;*
vel è contra, ſtipulatio dicitur inutilis, Inſt. eod §. præterea; & quando cõditio fuerit im-
poſſibilis, ſed non, ſi præpoſterentur verba, & ſimilia, vt in d. tit. ſic inutilis dicitur, quod
nullius eſt effectus, §. cunque, Inſt. in procœm. & paria ſunt non eſſe, vel eſſe inutiliter, Bar.
l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure.

76 Vlterius alia reperitur ſtipulatio, quæ Aquiliana nuncupatur, ita dicta à Gallo Aquilio,
cuius virtus eſt nouare omnes obligationes, §. eſt autem, Inſt. quibus mod. toll. oblig. ibi
continetur ea his verbis; *Quicquid te mihi ex quacunq; cauſa dare facere oportet, vel oporte-
bit, præſens, &c. in diemuè, aut ſub conditione quarumcunq; rerum mihi tecum actio eſt. quæq;
aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, vel erit; quodq; tu in meum habes, tenes, poſ-
ſides, doloue malo feciſti, quominus poßideas, quanti eá earũ rerum res erit, tantum pecunia da-
re ſtipulatus eſt*; & interrogatur alter; *Quicquid tibi hodierno die per Aquiliana ſtipulationem
ſpopondi, id ne omni habes acceptum*; & reſpondeat, *habeo acceptum*. Iſta erit Aquiliana ſti
pulatio, vbi veniunt omnes obligationes, §. eſt autem, Inſt. quib. mod. toll. oblig.

77 Ad inſtar ſtipulationis fiunt acceptilationes. Eſt autem acceptilatio interrogatio per
mutuam interrogationem, quæ vtriq; contingit ab eodẽ nexu abſolutio, l. 1. ff. eod. appel-
latur imaginaria ſolutio, quia debitor creditori dicit, *Quod ego promiſi tibi, habeſne acce-
ptum?* & reſpondeat, *Habeo*. Sic ſolis verbis fiunt acceptilationes, §. item per acceptila-
tionem, Inſt. quib. mod. toll. oblig. dicitur imaginaria, quia non durat, niſi imaginatio-
ne, dum concipitur illis verbis tantùm, Habes acceptum, Habeo. glo. & Syluest. ad §.
item per acceptilationes, & fit tantum in ſolutione, & liberatione, abſq; interuentu rei;
& dicitur acceptilatio, quaſi accepti liberatio, glo. in l. ob cauſam, ff. de præſcript. verb.
Imaginaria dicitur quaſi ficta, l. imaginaria, ff. de reg. iur. vel dicitur imaginaria, quaſi per
momentum duratura. Inutilis eſt accepti latio, quando peccat in forma, tunc nullo modo
valet, vt ſi fiat inter abſentes, aut in diem, aut ſub conditione. Natura accepti lationis po-
nitur ab Ang. in d. §. item, per nu. 7. quando fit liberatio in ea dicitur; Ideò dictam libera-
tionem fecit, quia confeſſus fuit, ſibi plenariè ſatisfactum, ſed ſi dictum fuerit, ipſum libe-
rauit per accepti lationem, videtur confiteri; ſi ſolutum id, quod ſibi ſolutum non eſt. Sic
magis apponitur ad ſolemnizandum actum, & acceptilationem, quam quod hoc ſic verũ,
quod plenariè fuerit ſatisfactum. Ideò dat cautelam, quod per accepti lationem nunquam
facias liberationem, ſed quum eſſet ſimplex confeſſio de recepto, tunc eſſet vtilis accepti
latio, quia non poteſt opponi exceptio de non recepto per creditorem, ſiue domino nume
ratur pecunia; tamen alia eſt confeſſio, alia acceptilatio, quia non confitetur ſe habuiſſe;
ſed quia acceptio fiet; necnon ſi eſſet falſa confeſſio, acceptilatio remaneret; ex Ang. plu
ra ibi; & latius in tit. ff. de acceptil. quæ quidem ſtipulatio, & acceptilatio fieri, vt pluri- (ff. acceptilationibus)
mum ſolent coniunctionibus, promiſsionibus pollicitationibus, & pactis. Ideò de his hic
78 dicendum. Conuentio autem generalius eſt nomen cęteris, & ſe extendit ad omnem con-
tractum, & diſtractum, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue per nuncium, vel epiſtolam,
expreſsè, vel tacitè factum, Iaſ. in Rubr. ff. de verb. oblig. per l. 1. in verſ. Coniunctionis; &
l. conuentionum, cum glo. & l. Labeo, ff. de pactis. Ideò notatur aduertendum eſſe, quando
diceretur in contractibus, promiſerunt, referuntur tantum ad ſtipulationem; ſed ſi conue-
nerunt, poteſt referri ad alias obligationes, & non pręſumitur ſtipulatio; quia verbũ con-
uenit, importat pactum nudum, ex Iaſ. ibi. Et eſt generalior pacto, cum ad plura ſe extẽ-
79 dat, glo. in d. l. 1. §. conuentionis, ff. de pactis, in verbo tranſigendi; Idcircò recipit aliam
diuiſionem: Nam quædam conuentiones dicuntur innominatæ, quædam nominatæ, ſicuti
diximus de contractibus. Inſuper quædam ſunt tacitæ, aliæ expreſſæ, l. item quia; & d. l.
Labeo,

Digitized by Google

Labeo, ff. de pactis. Expreſsè, quæ fiunt per nuncium, vel epiſtolam; tacitè, dum redditur, vel dimittitur cautio debiti, & de alijs exemplis, vt ibi. Aliæ diuiſiones in d. l. conuentionum, quædam publicæ, vt treguæ in longum tempus, vel induciæ ad breue tempus, aliæ priuatæ, vt quæ ex ipſo iure ciuili introducuntur ad priuatam vtilitatem; legitima illa eſt, quæ lege aliqua confirmatur, l. legitima, ff. de pactis; quæ conuenite poſſunt cum pactis. Legitima dicitur. i. de iure ciuili, vt contractus emphytheoticus, literarum obligatio, & ſimilia, quia à legibus confirmantur, glo. ibi plura exempla oſtendit. Iuris gentium conuẽtiones, quædam actiones pariunt, quædam exceptiones, Quæ pariunt actiones mutantur à nomine ſuo, & tranſeunt in contractus, vt emptio, & vẽditio, locatio, & ſimilia; ſed quando non tranſeunt, erit obligatio tantùm, vt ſi dedi aliquid, vt faceres, ex l. iuris gentium, ff. de pact. Quapropter ſimplex conuentio innominata ſi non veſtitur implemento iuſtę cauſæ, dicitur nuda, & non parit actionem, in d. l. iuris gentium, §. ſed cum nulla.

80 Promiſſio eſt maior, quam conuentio, ſed maior pacto, quia adaptatur ad pactũ, & pollicitationem, ac etiam ad ſtipulationem, Iaſ. in Rubr. de verb. oblig. nu. 3. per l. ſciendum, §. dictum, ff. de ædilit. ædi. & ſi proferatur à teſte, vel in priuata ſcriptura, intelligitur pacto nudo; ſecus ſi in Inſtrumento publico, per glo. in l. 1. C. de vſur. Ideò verbum promitto, prolatum à perito, intelligitur per ſtipulationem; ſi à ruſtico, erit nuda promiſſio. Alij dixerunt verbum promitto, ambiguum eſſe, & poteſt ad tria referri ad nudam promiſſionem, pollicitationem, & ſtipulationem, per d. l. ſciendũ, §. dictum, ff. de ædilit. ędit. & l. ſciendum, ff. de verb. oblig. ibi Bart. & Doct. Attamen dicitur promittere, qui alias non teneretur, ex addit. ad glo. in l. auus, ff. de pact.

81 Pollicitatio eſt ſolius promittentis ſponſio, l. pactũ, in princ. ff. de pollicit. ſic non adeſt conſenſus duorum, vel plurium, ſed vnius, vt in d. l. 1. ff. de pact. in princ. & propterea non conuentio, nec pactum, ſed pollicitatio, ſic magis dicitur dictum, quam pactum, ex d. l. ſciendum, §. dictum, ff. de ædilit. ædit.

82 Ad cognoſcendam pollicitationem, iſta notatur à Iaſone in Rubr. ff. de verb. oblig. nu. 6. communiter tenent Legiſtæ, & Canoniſtæ, quod pollicitatio, quæ eſt ſolius offerentis promiſſio, vt in d. l. pactum tunc ſortitur eius effectum, ſi fiat abſenti citra nuncium, vel epiſt. ſecus ſi fieret præſenti, & tacenti; quia præſens, & tacens, videtur ad ſuum cõmodum conſentire, per l. qui patitur, & l. ſi verò, §. pactus, ff. mand. Tunc non appellaretur pollicitatio, ſed pactum propter conſenſum duorum, vnius expreſſum, alterius tacitum, per Bart. l. 1. C. de pactis, & refert de mente Alber. in l. iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. vbi formaliter ſic inquit, quod pollicitatio eſt, quando vnus ſpondet ſine interrogatione, nec aliter conſentit tacitè, vel expreſsè; quia tunc eſſet pactum, & quod pollicitatio ſit tunc, quãdo promittitur abſenti, & parit tantum naturalem obligationem, Bar. d. l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. & probat Iaſ. ibi, quod poteſt fieri etiam præſenti, ſi dixerit, quod non acceptat, nec recuſat, ita vt ſit ſolius offerentis ſponſio, licet videatur per ſolum titulum de Pollicitationibus, illum locum potius habere, quod fiat reipub. vel ſimilibus, & non priuato; tamen veritas eſt, quod fieri poteſt, etiam priuato, vt l. 1. §. penul. ff. de collat. Dot. & in l. qui mutuam, §. pen. ff. mand. niſi caperetur impropriè pro pacto nudo, ſed hoc Iaſ. non placet; ſi in Inſtrumento fiat mentio de pollicitatione, præſumitur pactum nudum, ſed non pręſumitur ſtipulatio, Bald. l. 1. C. de dot. promiſſ. quia eſt vnius tantùm ſenſus, & ſic differt à pacto, vt dicemus, & à ſtipulatione; & ex pollicitatione non obligatur quis, niſi in caſib. ff. de pollicitationibus, §. non ſemper autem. de his vide Bar. in d. l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. & Specul. de Sala. §. 2. & §. 4. & propterea pollicitatio à nemine rogante fit, ſed ſpontè pollicemur; promittimus autem aliquando rogati, seu coactè. Pollicitatio.

83 Pactum eſt conſenſus duorum, pluriumuè in diem in dando, vel faciendo, Azo. in ſum. de pact. per l. 1. ff. eod. dicitur à pactione, & quaſi pacis nomen appellatur, ex d. l. 1. licet, ibi glo. à pactione pactum, & ex pacto pax, ſecundum Iſid. à pace pactum, & à genitiuo pacis, addito, o, fit pactio. Alij à pacis actiones, vt ex dd. gloſ. notatur ibi conſenſus duorũ, vel plurium, ad differentiam pollicitationis, quæ eſt ſolum offerentis, vt d. l. pactus, & differt

fert à promiſſione, quæ referri poteſt ad pollicitationem, ad nudum, & veſtitum pactum.
85 Secundò, quod interueniat aliquid dandum, vel faciendum inter paciſcentem. Tertiò, in-
teruenìat conſenſus, placitus, ſpõtaneus, vel non ſpontaneus, ſecundum glo. in d.l.1.ff.eod.
& l.ſi mulier, §.ſi metus, ff.quod metus etiam, & hoc verum in pacto expreſſo, ſecus in ta-
cito, quod à lege inducitur, Iaſ. in Rubr. ff.de pact.
86 Iaſ. in Rubr.ff.de verb.obligat. nu.4. Pactum, ait, eſt nudus, & informis duorum, plu-
riumuè expreſſus, aut tacitus conſenſus, abſq; alia verborũ ſolemnitate, per glo. & Doct.
in l.iuris gentium, §.igitur nuda, ff.de pact.& propterea dicitur in l.ſi vnus, §.pactus. in pa
87 ctis verſari merum factum, ideſt nudi conſenſus miniſterium, & propterea ſtipulatio dif-
fert à pacto formaliter, licet pactum ſit, vt genus, ſub ſe ſtipulationem continens, ſecun-
dum Iaſ. in Rubr. de verb. oblig. & ibi nu.8. ponit differentias inter pactum, & pollicita-
tionem. In pacto adeſt naturalis obligatio propter conſenſum duorum, ex nudo pacto de
iure Canonico, oritur actio de magis communi, & in hoc conuenit pollicitationi, quia pol
licitus aliquando poteſt cogi per Eccleſiam, ad ſimilitudinem voti, Abb. in c. qualiter de
pacto; Ideò omnis pactio, quantumcunq; ſimplex, poteſt appellari fides veniens; ſic ve-
niens contra pactum, videtur facere contra fidem per eum præſtitam, l.1.ff.de conſt. pecu.
& l.1.ff.de pact.
88 Quędam pacta dicuntur nuda, quædam veſtita. Dicitur nudum, quod ſtat in puris fini-
bus conuentioni, alius ſi tranſit in purum nomen contractus, vel formam, ſeu ſolemnitatẽ,
vel cauſam, per quam robur, & firmitatem accipit, erit veſtitum, Ang. in add.ad glo. Inſt.
§ quibus mod. re contrah. oblig. & vide l ſi tibi, ff. locati. Veſtitur autem duobus modis,
præcipuè auctoritate legis, & facti, ſeu rei cohęrentia; legis auxilio quoties nudum pactũ
actionem parit, vt in donatione, & de alijs ſimilibus; rei cohęrentia veluti, re, verbis, cõ-
ſenſu, literis; re, vt in tit. quibus mod. re contrah. obligatio; verbis, vt de verb. oblig.
literis, vt de literarum obligationibus, ſic de ſingulis; cohęrentia contractus, vt l.reperto
ri, C.de pactis; necnon Interuentu rei, vt in contractibus innominatis, l.ex placito, C.de
rerum permut. differt ab alio, quia actio non naſcitur, niſi facta traditione, l.petens, C.de
pact. Veſtitur etiam principio rei, vt in pollicitatione facta reip. l.1.& glo.ff.de pollicita.
Item veſtitur iureiurando, l.& iuriſiurandi, ff.de oper.liber. & glo.in d.§.1.Inſt. & Azo.in
ſum.eod. de pact. ait his verſibus;

Pactum in his nudam actionem maximè parit,
Conſtituens, donans, dotans, ſpondens ob honorem;
Nautaq; fram, acceſſu verbu vſurat:

Iaſ. in l.legitima, ff.de pact. nu.8. ponit ſex exempla, quibus pactum nudum ſolemnizatur
à lege, vt actionem pariat, vt in pacto nudo donationis, d.l.ad exactionem ex Senatuſcon
ſulto, vt de pacto; inter hæredem, & fideicommiſſarium vniuerſalem, vt poſt reſtitutam
hæreditatem, teneatur creditoribus legatarijs; quoniam hoc Senatuſcõſulto cauetur Tre-
89 belliano, & ſic de alijs, vt ibi; & vide glo.in l.iuriſgentium, §. quia imò, ff.de pact. vbi ſex
eiſdem modis veſtiri aſſerit, & ponitur ibi differentia inter veſtimentum rei interuentu, &
illud re; veſtimentum re facit competere actionem pro eadem ſpecie, ſed inſtrumentũ rei
per diuerſa; vide ibi Bart. & Iaſ. qui non conſentiunt ad inuicem in hoc. Hæc de veſtimẽ-
tis pactorum.
90 Alia diuiſio pactorum, quędam ſunt in rem, quædam in perſonam, ex d.l iuriſgentium,
§. pactorum, ff. de pact. In rem ſunt quoties paciſcar ne petam; In perſonam quoties, ne à
perſona petam, & hoc colligitur tam ex verbis, quàm ex mente conuenientium. Perſonã
aliquando pacto inſeruitur, non vt perſonale pactũ fiat, ſed, vt demonſtretur cum quo pa-
ctum factum eſt, & quot modis dicatur perſonale, Iaſ. in l. perſonale, ff.de pact.& Bart.l.ſi
tibi, ff.eod.

Inſuper quædam pacta verſantur in dando, vel faciendo; alia in agendo, vel defenden-
do, aut in ambiguo, vel neutro modo ſunt, vt latè Azo. in ſum.C.eod. tit.de pactis, & de
his Bart.& Iaſ.in l.pactum, ff.de pact.

91 Ad hoc, vt pacta valeant, tria ſunt neceſſaria, ſecundum Iaſ. in d.l.iuriſgentium, §.Pretor ait, nu.1. Primò, quod non ſit initium dolo. Secundò, ne fiat contra legem, vel in aliqua iuris parte. Tertiò, nec ſit factum in fraudem legis.

92 Adde quæ dicit Iaſ.in Rubr.de pactis, nu.2.& 3. pactum continere tria vocabula, pactionem, pactum, & pacem; licet pactum teneat primum locum; tamen ſecundum ethymologiam,& alluſionem vocabuli contra agitur, ſecundum glo.ibi. Pactio, ait, eſt actus, qui eſt in fieri, quando duo, vel plures conſentiunt, & ſic ſignificat actum; pactum verò ſignificat effectũ ipſius pactionis iam in eſſe deductæ: nam poſtquam partes conſenſerunt in vnum, & ſic fecerunt actum.i.pactionem, remanet effectus .i. pactum, quia actus præcedit effectum. Ideò hic præmittitur. Pax eſt, quando fit concordia ſuper inimicitijs, eſt ſpecies pacti. Ideò prius ponitur genus, deinde ſpecies; ſic de pace venit pactum,& à genitiuo pacis, pactio. De his plura in tit. ff.& C.de pactis. ff. C. de pactis.

93 Qua de re inter plures actus pacta interueniunt; Ideò plures Rubricæ de pactis, veluti in C.de pactis inter emptorem,& venditorem, vbi de augumento, vel diminutione precij, vel circa modũ ſoluendi, & tempus agitur, & de pęna ammiſsionis Arrarum cõtra recedẽtes à pacto venditionis, l.1.C.eod. ac de pacto de reſpondendo, l.2. C. eod. aut ſi reſiduũ precij non ſoluatur, res reuertatur ad venditorem, l. qui à lege. C. eod. C. pactis inter empt. & vẽdit.

94 Inſuper & de pactis conuentis ſuper dote, in tit.C.& in tit.ff.de pact.dotalibus,vt in pacto de dote retinenda, prætextu liberorum, l.quamuis,C.eod. vel de futura ſucceſſione inter coniuges,l.hæreditas,C.eod. vel quod alter poſſit dotem repetere, l.pactum dotale,C. eod. & æqualitas in dote ſit ſeruanda in pactis ſuis dotalibus, ex more, C.eod.& de ſimilibus plura in l.1.ff.de pact.dot. vt de reddenda dote, quibus,& quando, l.2.ff.eod. & quando illos monitus lucretur, l.ſi conuenerit, ff.eod. & quando periculum dotis non pertineat ad verum, l.Pomponius, ff.eod. C. pactis cõuẽtis ſupra dote.

95 Fit etiam pactum in pignoribus, vt in tit. C.de pact. pignorum, dum in obligatione nõ ſoluta pecunia, aut res vendita non euincatur,vel pact. legis commiſſione,ex l.1.l.ſi fundũ, l. fin. C. eod.

96 Veſtitur pactum tranſactione. Ideò ſumitur pro pacto, vt ſpecies pro genere, l.cum hi, §.cauſa, C. de tranſact. Et an ſit differentia inter pactum, & tranſactionem, collige ex his, quæ ſequentur; & refert Bart.in l. ſi deuicta, ff. de tranſac. Eſt autem tranſactio de re dubia,& lite incerta, neq; finita gratuita pactio, l.1.ff.de tranſac. ibi Bar.& Iaſ. in Rubr.eod. Azo. in ſum.eod. Ex qua primò notatur, vbi nil datur, vel recipitur ab vtraq; parte, ſed gratis aliquid paciſcitur, non fit tranſactio, ex d.l.1.ff.eod. gratuitum eſt,vbi nil datur,vel recipitur, l.2. ff. eod. propterea continet onus ab vtraq; parte, & ex his vide differentiam inter pactum gratuitum, & non gratuitum.Secundò dicitur ſuper re dubia, licet quandoq; fiat etiam ſuper re non dubia, vt ſuper alimentis prætenſis, ſecundum glo.in d. l.2. ff.eod. in verbo (qui tranſigit) vel ſuper fideicommiſſum futurum, licet impropriè dicatur tranſactio, ſecundum glo. Dubia res dicitur per negationem, vel incerta ob litis euentum, ſic requiritur litis conteſtatio, ſed non finita per ſententiam, ex d.glo.in l.1.& l.2. ff.eod. Ideò notat Iaſ.in Rubr.eod.nu.1.hoc fieri pro remedio finiendarum litium, per l.fratris,C.eod. & ſubdit, ſufficit dubium futuræ litis; necnon controuerſiam eſſe de facto, licet non de iure;& lis ſit ſuper parte, licet non ſuper toto de eo, quod tranſactũ eſt; propterea non tranſigitur ſuper re liquida confeſſata,vel iudicata;& an de conſenſu partium poſſit fieri ſuper re liquida; vide Iaſ.ibi nu.5.qui hanc quæſtionem examinat,& ſoluit.

Tertiò, fiat ſuper lite incerta;ſic incertitudo naſci poteſt propter litem, ſub cuius dominio res eſſe debet, & poteſt intelligi tam de lite præſenti, quàm futura; quoniam tranſactio fieri poteſt etiam ante litem conteſtatam, l.eleganter, §.ſi poſt, ff. de cond. indeb. hoc idem dicendum tam de lite iuſta,quàm iniuſta, quamuis reus per calumniam reſiſtat, tenet tamen tranſactio quo ad eum, l.ſub prætextu, C.eod.ſic in omnibus caſibus tranſigi poteſt, præterquam in homicidio,& adulterio, & vbi venit pœna ſanguinis, per Bar.l.tranſigere, C.eod. Quartò, quod cauſa non ſit finita, & ab ea appellari poſſit, ſecus autem cum cauſa

eſſet clara, & terminata, non eſſet locus trāſactioni, l. poſtea, l. elegantet, §. ſi quis poſt rem, ff. eod.

97 Dicitur tranſactio, quaſi receſſus ab actione, vt per plures refert Iaſ. in d. Rubr. num. 2.
quoniam is, qui agit ſic ab actione tranſit, ſi ab actione non tranſit propriè, non erit tran-
ſactio, vt in tit. ff. & C. de tranſactionibus.

ff. C. tranſactio nibus.

98 Fit autem tranſactio, ſecundum Iaſ. in l. tranſactum, ff. eod. duobus modis, pacto ſimpli-
ci, & Aquiliana ſtipulatione, ſeu acceptilatione.

Tranſactio differt à compoſitione amicabili, quia, vt dictum eſt, tranſactio eſt pactio nō
gratuita, cum aliquid detur, vel remittatur, vt à lite recedatur; Compoſitio eſt gratuita
99 pactio, Abb. in c. 2. de tranſact. Et autem tranſactio deciſio cauſæ, & terminus litis æqui-
paratur rei iudicatæ; vnde exceptio tranſactionis eſt litis finitæ; propterea tranſigere eſt à
lite diſcedere, l. eius rei, ff. rei vend. Bal. in Rubr. de tranſac.

100 Differt à pacto, ſecundum Bald. in c. 1. de pactis, quia omnis amicabilis compoſitio eſt
pactum, ſed non omnis tranſactio. Pactorum autem duplicia ſunt; quædam ſimplicia ex
vna parte tantùm, per l. ſed ſi interpellatur, §. ſi ab altera, ff. de arb. quædam fiunt ab vtra-
que parte, vt in l. naturalis, ff. de præſcript. verbis. Item quædam colliguntur per legem, in
quibus non requiritur præſentia alterius, & ſic de ſingulis. Tranſactio verò diuerſimodè ſe
habet, & eſt magis diſtractus, quam contractus, & eſt innominatus, ſi fiat per acceptilatio-
nem, Bald. ext. in Rubr. de tranſac.

101 Hæc ſunt, quibus re contrahitur obligatio. Modo, quot modis literis contrahatur vi-
dendum eſt. Eſt autē obligatio, quæ venit ex literis, quando de eſſentia contractus requi-
ritur ſcriptura, alias nulla naſceretur obligatio, vt in §. 1. Inſtit. de liter. oblig. ſub hoc
nomine literarum veniunt plures ſcripturæ, inſtrumenta ſ. publica, & priuata, & in quibus
contractibus requiritur ſcriptura de eſſentia, vide glo. in c. 1. ext. de cenſ. lib. 6.

Inſt. Literarū oblig.

102 Inſtumentotum nomine plura veniunt. Secundum Azo. in ſum. C. de fide inſtrumen. &
generaliter inſtrumentū ſumitur pro teſtimonijs, & perſonis, quibus inſtruimur, l. 1. ff. eod.
Strictè autem pro cartis, & ſcripturis, & veniunt etiam teſtes, Bart. l. notionem, §. inſtru-
menta, ff. de verb. ſignif. necnon veniunt acta, Bart. l. in fraudem, §. neque, ff. de iure fiſci:
Vnde omne id, quo inſtruimur, legitimè poteſt dici inſtrumentū, ſed hic ſumitur pro ſcri-
ptura facta in aliqua obligatione, vt in Rubr. Auth. de inſtrum. caut. Strictè accipitur pro
cartis; largæ, vt in l. 1. ff. eodē. alias pro inſtrumento fundi, vt in ff. de fund. inſtruc. l. quæ-
ſitum. Alio nomine dicitur etiam documentum, quia docet; Interdum monumentum, qa
munit partem; ſic omne id, quod Iudicem inſtruit, Specul. de inſtr. edit. §. 1. Item veniunt
ſcripturæ priuatæ, ſic apodixo. Curt. in tract. de iura. calumn. nu. 12. & largo modo ſumi-
tur etiam omne, quod ad aliquod exercitium pertinet, veluti inſtrumēta tabernæ, balnea-
rij, villæ, piſcatoris, piſtoris, & ſic de ſimilibus, ſecus in alijs, vbi de his, quæ ad iudicium,
& probationem pertinent, vt in tit. C. & Auth. de fide inſtrum. Iſta diuiduntur, quædā ſunt
publica, quædam priuata, alia ſimulata, alia vera. Publica inſtrumenta ſunt illa, quæ facta
ſunt à perſona publica, vt in Tabell. l. 1. C. de tabul. ſcrib. & quæ requiruntur, Spec. lib. 2.
eod. tit. de inſtr. edit. in §. 1. nu. 1. nouem refert, quæ faciunt inſtrumentum publicum. Inuo
catio Diuini nominis, Indictio, Dies contractus, nomina Papæ, aut Imperatoris, vel Regis.
Item Locus, Teſtes, nomen Tabellionis, & eius Signum, & infra in §. 7. inſtrument. ſpeciei.

C. Fid. inſtr. Auth. Inſtr. cau.

103 Priuatum autem duplex, authenticum, & non authenticum, & dicitur priuatum, quia fa-
ctum ſit à perſona priuata, non habente authoritatē publicam, nec Sigillo publico ſigna-
tum, nec ſit ſcriptum apud acta publica, vel non habet ſubſcriptionem duorum, vel trium
teſtium, etiam ſi ſit per priuatam manum ſcriptū nec de Archiuio publico ſupraſcriptū, &
tandē cui in iure, vel ſpeciali cōſuetudine credēdū ſit; ex Spec. de inſtr. edit. in §. inſtrumē-
104 torum ſpecies. Ibi tres ſpecies priuatorum ponit. Aliquando facis ſcripturam tibi tantùm,
aliquando alij tantùm, aliquando alij, & tibi. Authenticum dicitur illud, cui appoſitū eſt
ſigillum authenticum; ext. de fid. inſtrum. c. ſcriptura. Authenticum eſt, quod Sigillo ſupe
rioris Collegij, aut ſimilium firmatum eſt, ex Goffr. in ſum. de fide inſtrum. nu. 3. Necnon

ſcriptura

ſcriptura ſubſcripta ſit manu trium teſtium, viuentium tempore productionis, l.ſcriptura, C.qui poteſt pig.hab.Auth.hoc eod.tit.§.ſed,& his.& §.ſed,& ſi quis. Si dubitatur de manu teſtium, fiet comparatio literarum in inſtrumentis priuatis,habentibus ſubſcriptionem eorundem teſtium, l.comparationis, C.eod.tit.Sed ſi teſtes ſcripti eo tempore deceſſerint, non videtur habere aliquam firmitatem, ex d.§.ſcriptura. Ideò authenticum ſignificat approbatum à iure, vt ſupra in principio dictum eſt de auth.

105 Non authentica ſubſcriptionem, nec Sigillum habet, & regulariter fidem non facit, l. inſtrumenta, C.de probat.& l.rationis, l.exemplo eod. nec habet ea, quæ de ſtylo, vel cõſuetudine requiruntur, niſi in priuata contra ſcribentem, ex Spec.in §.2.eod.tit.

Simulatum inſtrumentum eſt,de quo ſupra diximus; cum actus eſt diuerſus ab inſtrumẽto, l.2.C.ſi plus valet, Bart.l.emptio, ff.de aqua pluu. arcen.

106 Sub iſto genere literarum veniunt etiam apochæ,& antipochæ. Apoca eſt ſcriptura creditoris, profitentis ſibi ſolutum à debitore, l.Lucius, §. tutor, ff.de adminiſt.tut. & hæc eſt dantis,& fit à creditore. Apoca ſemper dicitur de recepto, glo.in verbo apoca, l. fi. §.... ff.de cond.indeb. Iſtius noĩe tria ſignificantur. Primò, profeſſiones pecuniæ debitæ ſolutæ propriæ. Secundò, profeſſiones pecuniæ datæ in dotem, vel depoſitum. Tertiò, acceptilationes ad Alber. in dicto in verbo apochæ, Io.Franc.Dec.per Cuiat.de pręſcript.cap.9.

Antipoca eſt chirographum factum à debitore creditori, in quo debitor confitetur creditam rem promiſiſſe, & ſoluiſſe,Azo.in ſum.C.de fid.inſtrum.& dicitur ab ante,quod eſt prius, quam apoca fieret, quæ inducta eſt ad ſeruitutem creditoris, vel ſecundum alios ab anti, quod eſt contra, quia facta eſt à debitore contra ſe, l.plures, C.eod.tit. Ex iſta literarum forma oritur ciuilis obligatio, vt Inſt.de liter.oblig.

107 Vltima pars obligationis,quæ cõtrahitur ex re,eſt ex cõſenſu,ex quo veniũt omnes iſtę obligationes, venditio, ſeu emptio, locatio, mandatum, & ſocietas, vt in tit. Inſt.de obligat. quę ex conſenſu, & ſimilia. Dicuntur naſci ex conſenſu, quia eſt de ſubſtantia obligationis, nam quælibet obligatio perficitur ſua ſubſtantiali forma; Ideò quędam re ipſa,quędam verbis, quædam literis. Iſta autem contrahitur ſolo conſenſu abſq; literis, & ſtipulatione.Debet.n.conſenſus aperiri verbis, aut literis,aut nuncio, Inſt.eod.§.1.& §.fin.& in §. 1. legitur his verbis. Ideò autem iſtis modis obligatio naſcitur conſenſu contrahi,quia neque ſcriptura ,neq; præſentia omnimodo opus eſt, ac nec dari quicquã neceſſe eſt,vt ſubſtantia capiat obligationẽ,ſed ſufficit eos,qui negocia gerunt,conſentire. Vnde inter abſentes quoque talia negocia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuncium.Item in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono,& æquo præſtare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus aliud ſtipuletur, alter promittat. Talis itaq; conſenſus alter expreſſus, alter tacitus,& conſentire dicitur, qui pręſtat auxilium,vel fauorem, c.nuper, de ſent.excom.Tacitus, qui non reſiſtit, l.1.C.vnde vi.Expreſſus eſt,cuius voluntas parata eſt obedire, c.ſi inimicus, diſt.39. & quando tacitus, videatur conſentire, Bart. l.in adoptionibus, ff.de adoptionib.& Doct.in l.quod te, ff.ſi cert.pet.& in l.quicquid, de verb.oblig. & in c.2.de probat. Inſt. & obligat. ex cõſenſu.

108 Inter cæteros contractus, quibus obligatio ex conſenſu naſcitur, eſt permutatio, à qua originem ſumpſerunt emptio, & venditio: Nam cum pecunia nũdum veniret in vſum hominis pro rerum cõmercio res,& bona viciſſim permutabant, l.1. ff.de contrah.empr. Fit permutatio in contractu innominato,eo quod certũ nomen non habet; venditio propriè non eſt, quia precium deeſt, ſed magis de emptione videtur participare, vt ex d.l.1.ff.eod. Vnde largo modo ſumi poteſt pro omni contractu emptionibus, & locationis. Eſt itaque permutatio omnis rei per alterum pręſtatio, vt colligitur ex d.l.1. ff. eod. Sic permutationis,& commutationis inſtrumentum idem eſt; vt in Auth.de inſtr. caut. §. 1. & aliquando eſt loco emptionis, l. ſciendum, §.emptores, ff.de ædilit. ædit. quia eſt initium eius, immo eſt illius ſpecies, Spec.de locat.& cond.§.6.& in quid differat ab emptione;vide Bar.l.1.& 2. de rerum permut. cuius conditiones ex deſcriptione iſtæ aguntur. Primò, quod fiat de vna re cum alia, loco mercedis. Secundò, quod fiat pręſtatio mutua inter dictę partes,qua de re

de re omnis cõtractus continẽs mutuas dationes, vel recepriones eſt innominatus,& poteſt ſub permutatione contineri, parit ciuilem obligationem, l.ex placito.C.eod. Talis itaque permutatio fit aliquãdo dum datur ſpecies pro ſpecie,vel genus pro ſpecie,vel ſpecies pro genere; quando datur ſpecies pro ſpecie, verior eſt opiuio, quod ſit permutatio, ſecundũ glo.& Bart.in l.1.C.eod. vt ſi pro libro daretur equus, ſecus ſi daretur genus pro ſpecie, l. naturalis, §.1.ff.de præſcript.verb.& res ſit certa, Bart.l.quoniam, C. de rerum permut.& de his in tit.ff.& C.de rerum permut.gloſ.in l.1.ff.eod.& Angel. in §.item, Inſt.de emptio. & vendit. num.8.

ff. C. de rerum permutat.

109 Differentiam ab emptione ponit glo. in l.1.ff.eod. conueniunt in hoc, ambo ſunt contractus bonę fidei, ex vtroq; acquiritur ius vſucapiendi, & præſtatur euictio, & ſit ratihabitio, differunt, quia vẽditio fit conſenſu; permutatio ex rei traditione. In venditione sũt diſtinctæ perſonæ; nam alius eſt emptor, alter venditor; ſecus in permutatione. In emptione emptor facit pretiũ accipientis, in permutatione vterq; accipit. In venditione non trãsfertur dominium ſine pretio, ſecus in permutatione, vt ibi glo.& ad eſſe permutationis requiritur interuentus rei, vt in d.l.1.ff.eod. & l.fin.

Ex iſta permutatione duę naſcuntur actiones, conditio ob cauſam,& præſcriptis verbis, vt infra de actionibus dicemus,& glo.in d.l.1. ff.eod. numerat.

110 Poſtquam pecunia venit in vſum, cęperunt vẽditiones, & emptiones duplici nomine vnicus actus appellatur diuerſis rationibus; nam reſpectu illius, qui alienat dicitur vẽditio, reſpectu accipientis emptio; Ideò dicimus venditionẽ eſſe rem pro certo pretio dare; emptionem pro certo pretio accipere, vt colligitur ex §.1. Inſt.de empt. & vendit. & ff.& C. cõtrah.empt. Venditionis verbo, quæuis alienatio continetur, & videtur ea ratione introducta, quod olim nullus contractus abſq; venditione, vel vera, aut imaginaria fieret. Verũ

Inſt. empt.& vẽdit. ff. C. cõtrah.empt.

111 vbi de precio fit mentio, propriæ, & ſtrictè accipi debet, vt in Rubr. Inſt.de empt.& vendit.notaſ ex deſcriptione in emptione,& vendit. requiritur partiũ conſenſus, l.1.l. in vendit.ff.eod.l.conuentus, ff de act.& obligat. & eſt de ſubſtantia contractus. Secundò requiritur precium in pecunia numerata, non autem in ſpecie, vel in re, l.1. ff.eod.§.1. & §.precium, nec ſatisfacit aliquid loco precij, glo & §.1.Inſt.eod. quia tunc eſſet permutatio,nec requiritur arra, vt ibi. Poteſt autem precij quantitas committi in arbitrio alterius, l.ſi q̃s arbitratu, ff. de verb.oblig.& ex d.§.precium; ſed perſona,cui committitur, ſit certa; ſi q̃d datum fuerit pro precio, erit venditio perfecta, ſed datum pro arra erit in augumentũ venditionis, niſi hoc fuerit hoc daum, vt detur pro precio, ex d.§.1.

Tertiò, requiritur traditio rei,vt in l.nec emptio, ff.eod.& §.precium,& vendi poteſt q̃libet res,etiam aliena, dummodo ſit in noſtro dominio, l.rem alienam, ff.eod. limitatur in pluribus caſibus, l.Celſum,ff.eod. Ideò ſoluto precio, res traditur, ex d.§.precium,& licet textus non dicat detur, quia venditor non tenetur facere accipientis, ſed ſe obligat de euictione, vt refert glo.ibi,& eſt de communi. Tenetur ergo tradere rem præciſè, ſi extat; alias tenetur ad intereſſe, ſi caret culpa, vel dolo, ex glo.in d.§.preciũ,& glo. in d.§.1.dicit, contractus non omninò perfectus eſt, ante traditionem, ſed ab ea vltimam perfectionẽ accipit, per l.1.C.de peric.& como.rei vend.& ibi glo.& Cynus. Et ideò poteſt alteri vendi, non facta traditione, & tradendo transfertur dominiũ, l.quoties, C.de re vend. Arræ, quæ datur, ſunt veluti pignus, ſic confunduntur aliquando, quod pignora pro artis ſumuntur, l. 1.C.ſi Rector Prouinc.

112 Tribus modis notatur ibi in glo. perfici venditionem; vno ex quo contrahentes diſcedere non poſſunt, vt in l.ſicut, C.de act.& oblig. vbi eſt conſtituta obligatio, licet non ſit orta, ſecundum Syluest. ad glo.in d.§.1.Inſt.de empt.& vend. ſed impleta conditione, ſub qua contracta eſt venditio perinde eſt, ac ſi ab inirio contractus fuiſſet purus, vt per l.fin §. 1.Ang.& Alex.ff.de vulg. ſic etiam in venditione conditionalis obligantur contrahentes, vt diſcedere non poſſit adimpleta conditione. Secundo modo, quando venditio eſſet pura,& tunc periculum pertinet ab initio ad emptorem, per l.neceſſario,ff.de peric.& comò. rei vend. Tertiò, quando res traditur, & tunc dicitur plus perfici, ſiue impleri, l.ſi quis rẽ alienam, ff. de act. empt.

113 Tri-

113 Duplex autem dicitur venditio, ex glo. in d. §. 1. Inſtit. cod. in ſcriptis, & ſine ſcriptis. In ſcriptis eſt illa venditio, quæ fit ex partium conſenſu, vt non valeat ſine ſcriptura, & efficicitur de ſubſtantia contractus, & tunc non poteſt probari per teſtes, l. contractus, C. de fid. inſtrum. & Inſt. cod. §. 1. alia ſcriptura non eſt de eſſentia, ſed videtur facta ad memoriam, Ang. l. contrahitur, ff. de pignor. & ita ſoluitur quæſtio à glo. in d. §. 1. & Syluest. ibi teſtatur de communi ſententia. Alia venditio dicitur ſine ſcriptis, & eſt illa, quæ fit ordinariè, nulla interueniente ſcriptura, ſed mutuo conſenſu tantùm, vt in d. §. 1. Inſt. eod.

114 Emptionis verbum, aliquando omnem alienationem continet, l. ſtatu liberi, circa fine, ff. de ſtatu lib. Aliquando omnis contractus, per quem dominium transfertur, l. ſicut, §. venditor, ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolu. Differt datum ab empto, vt in l. fin. ff. de cond. cauſa data; & datio inſolutum eſt venditio, Dec. in conſ. 86. & conſ. 60. datum dicitur, quando differunt ſpecie, vt ſi ex parte dantis erit pecunia, ex alia parte aliã ſpecies, vendidi ſeruum, qui mortuus eſt ante traditioné, tunc potero pecuniam condicere, & ita non erit venditio; vt ſi res aliena eſſet vendita, quæ tradi non poteſt, cogitur venditor non facere accipientis. Tertiò, vt caueat de euictione, alias repetere poſſum, ex gloſſ. in d. l. fin. quæ ſunt dationes, & non emptiones, ſeu venditiones.

115 At cum venditio ſit, aliquando alienatio; Ideò non omnibus permiſſum eſt, vt in tit. Inſtit. quib. alienare non liceat; Eſt autem alienatio omnis actus, per quem alteri acquiritur ius in re, ſeu dominium, vt in d. l. fin. C. de rebus alien. & numerantur ibi, quæ veniant ſub appellatione alienationis, ſiue lex, ſiue pactio, ſiue teſtator prohibuerit, & plures caſus numeratur; & in quibus venditio continetur, & quibus liceat vendere, in d. tit. Inſt. quib. alienare non liceat; & ſi minor vendiderit ſine auctoritate Iudicis, poterit, cum venerit ad ætatem legitimam, venditionem factam ratam habere, & cófirmare, vt in tit. C. ſi minor fact. alienat. ratam habuerit.

Inſt. qbus alienare non liceat.

C. ſi minor fact alienat. habuer.

116 Conſideratur in venditione res, quæ alienari non poteſt, vt in tit. C. quæ res vendi non poſſit, veluti bona, & res Eccleſiæ, quæ vendi non poſſunt, vt in §. ſacræ, Inſt. de rerum diuiſ. & in tit. Auth. Eccleſ. rerum immob. alienã. & hoc tam pro debito Eccleſiæ, quàm pro re fiſcali, niſi in caſibus à Papa conceſſis, quæ nec permutari poſſunt, vt in tit. Auth. de non alienan. vel permutã. rebus Eccleſię, niſi in caſibus à iure permiſſis in euidentem vtilitatem Eccleſiæ; quod etiam cautum fuit à Summo Pontifice Paulo II. in Extrauagã. Ambitioſę, eod. tit. qua omnes alienationes, permutationes, commutationes, venditiones, & locationes vltra triénium prohibentur, quod & alijs ſacris Canonibus ordinatũ eſt.

C. quę res vẽdi nõ poſſit.

Auth. Eccl. rerũ immob. alienan.

Auth nũ alienã. vel permutã rebus.

Prohibẽtur ẽt vẽdi vinũ, frumentũ, & oleũ, vt trãſferatur ad barbaras gẽtes, nec arma, tã defenſiua, quàm offenſiua, ad illas exportari, vt in tit. C. quæ res exportari non debeant.

C. quæ res aſportari nõ debeant.

Inſuper & aliæ res licet vendantur, tamen tradi non poſſint, veluti res alienæ vendi non poſſunt, l. alienatum, ff. de verb. ſignif. vt re alienam, ff. eod. & latius plura declarantur in tit. C. de rebus alienan. vel non alienã. Alienum dicitur non ſuum, l. cum, quærebatur, C. vnde vi; & ſic, quod eſt in dominio alterius, Dec. in conſ. 83. num. 3. Tertiò, dicitur etiam alienum, quod malè poſſidetur, ciuis autem, de verb. ſignif. Necnon quod eſt abſonum, vel abſurdum, l. ſi res, ff. de rei vend. & quod commune eſt dicitur alienũ, Inſt. de vi bonor. rapt. in princ. Inde quæritur de pluribus in d. tit. de re vendita inter maritum, & vxorem, inter patrem, & filium; ſic è contra, l. ſi fundum, C. eod. Et nota, quod bona filij poſſunt alienari, etiam pro debitis filijs, l. mancipia, C. eod. Hoc idem dicendum de bonis, quæ communia ſunt inter plures indiuiſa non poſſunt ab altero de conſocijs alienari altero conſocio inuito, C. communia rerum alienan. commune, quod pro indiuiſo; proprium, quod ſingulorum, glo. in §. his prudentibus, in fine, C. de hoſt. C. de confir. Intelligatur de commune vniuerſitatis, tunc non poteſt dici ſingulorum, vt in l. tantum, §. Vniuerſitas, ff. de rerum di-
117 uiſ. Si eſſet cõmune ſingulorum, tunc poteſt dici proprium cuiuſcunque ratione partis eum contingentis, per l. illud, ff. de ritu nupt. ſed non poteſt ex hoc dici meum, niſi extenſiuè, prohibentur etiam vendi bona publica, & loca ſacra, Inſt. de rerum diuiſ. §. loca ſacra; ſimiliter bona, quæ ſunt ſub tutela ſine decreto vendi non poſſunt, vt in tit. ff. de reb. eorum, quę

C. rebus alienan. vel non.

C. cõmunia rerũ alienan.

ff. reb. eorũ, quæ ſub tut.

ſub

Digitized by Google

ſub tut. Nam in ſimilibus tria ſunt neceſſaria; decretum Iudicis, grande debitum, præſentia tutoris, vel curatoris, l.fin.C.ſi propter pub. & hoc cautum eſt ex Senatus conſulto Clementiniano, & oratione D.Seueri.

Conſiderandū eſt etiam ad quem commodū, ſiue incōmodū rei venditæ ſpectet, vt in §. cum autem, Inſt. eod. & ante traditionem periculum ſpectat ad emptorem, niſi appareat de dolo ex parte venditoris, ita & commodum, vt in tit. C.de peric.& commod. rei vend. & iſta requiruntur, quod venditio ſit facta purè, non ſub conditione: nam ex pendente periculū erit venditoris, ſecus ſi ſit facta deterior, l. quod impendente, ff. eod.

C. pericu. & com. rei vend.

Secundò, fiat in ſcriptis.i.cauſa non completa, quia tunc venditio non habet plenum effectum, cum ſcriptura non ſit perfecta, l.contractus, C.de fide inſtrum. Tertiò, ſit in ſpecie, non in genere, quia tunc eſſet ſub periculo emptoris, vt ſi dixiſſet, vendo tibi equum; non expreſſo quali, quia ſpecies interuenire non poteſt, l.lectos, l.etenim, l. quod ſiue, ff.eodē. Quartò, quod ſit certum ad tollendam incertitudinem; nam tunc non ſemper ſpectat periculum ad emptorem; vt vendo Sticum, vel Pamphilium, ſi ambo moriantur, periculum eſt emptoris, ſi alter tantum non, l.ſi in emptione, ff.pen.ff.de contrahen.empt. Quintò, qđ deguſtationem non exigat; nam tunc ſeruatur diſtinctio, glo. in §.cum autem, Inſt. eod. vt in venditione vini, olei, & ſimilibus; vt quando venditur res in ſpecie poſt deguſtatiōē, periculū eſt emptoris; ſi in genere, tunc duo ſunt neceſſaria, deguſtatio, & pondus, ſiue menſura; olim venditio rei immobilis non poterat fieri omnibus perſonis, ſed illis tantùm, qui nō erant coniuncti propinquitate venditori, quæ hodie in vſu non ſunt, niſi in feudis, & bo

ff. C. pericul & com. rei vend.

118 nis emphyteoticis, aut in his, quæ de iure municipali ſunt ordinata. Periculum eſt nomen generale, continet in ſe etiam caſum fortuitum, vti ſpeciem, Dec. in conſ. 552. nu. 2. & Bar. l.qui mercedem, ff. locati. Hic intelligitur de periculo rei, non perſonæ, vt in tit. ff. eod. & quomodo dicatur hoc eſſe periculo alicuius. vide l. damni infecti ſtipulatio in princ, ff.de damn. infect. ibi glo. in verbo periculo. Item periculo aliquando pro culpa, l.ſi vt certò, ff. commodat. Hic autem pro damno, & commodum pro vtile.i. pertinet vtile, & damnum ad emptorem.

Conſideratur etiam perſona, quæ emit; an emat ſibi, vel alteri, an ſua, vel aliena pecunia, vt in tit. C.ſi quis alteri, vel ſibi emerit. Ibi etenim declaratur, exprimendum eſſe, qui emat, & de qua pecunia, l. mancipia, ff.eodē. At ſi vxor ſibi emerit de pecunia mariti, hæredes mariti poſſunt vendicare pecuniam, non rem emptam, l. 4. C. eodē. Si frater de pecunia cōmuni emerit ſibi fundum, alter frater habet actionem ad pecuniam tantùm, l. qui aliena, ff. eod.

C. ſi quis ſibi vel alteri emerit.

Adhibentur inter emptores, & venditores nonnulla pacta, reſpicientia meliorem conditionem, aliquando venditoris, aliquando emptoris, vel moram in ſoluendo, vt diximus ſupra, & habetur in tit. C.pact.inter empt.& vend.

C. pact. inter empt. & vend.

119 Vlterius aliquando venditio reſcinditur, vt in tit. ff. & C. de reſcind. vend. & ff. quando liceat ab empt.reced. Eſt autem reſcindere, tollere id, quod tenuit, l. nam & ſi ſub conditione, §.rumpēdo, ff.de iniuſt.teſtam.& quatenus de facto proceſſit, l. ſi dolo, ff.de reſcind. vendit. hoc contingit multis modis; Primo, quando venditio facta eſt cum ſeruo, vel filio familias. Secundò, ſi coactè venditio facta fuerit. Tertiò, ſi dolus interuenit ex parte emptoris. Quartò, propter actiones ædilitias, & ratihabitionem, & quāti minoris, vel fuerit fraus vltra dimidiam iuſti pretij. Quintò, ratione erroris. Sextò, ratione ſolemnitatis omiſſæ. Septimò, mutuo conſenſu, vt in d. tit. latius.

ff. C. reſcind. vē dit. ff. quando liceat ab empt. re ced.

Reſcinditur etiam ſi hac cōditione facta fuerit, vt quis non ſoluat annuas exactiones tributorum, quæ ſi ſolemniter facta non fuerit, reſcinditur l. 2. ff. ſi propter pub. penſitat. Penſitatio idem eſt, quod cenſus, ſeu tributum, in rub. C. de Cenſ. & in rub. ff. eod. Ideo penſum dicitur qualitas, c. denique d. 4.

ff. ſi propter publ. pē ſitat.

Tenetur venditor rem venditam euincere.i. probare eſſe ſuam, alias de reſtituendo, qđ

120 eo nomine acceperit, vt in tit. ff. de euictionibus, & in C. Eſt autem euictio rei emptæ, vel ex alia iuſta cauſa accepta pro Iudicis ſententiam abductio, vt ex d. tit. colligitur. ſic tria

ff. C. de euictio nib.

concur.

concurrere debent, quod præceſſerit contractus habilis, interueniat ſtipulatio de euictione, licet & ad precium ſine ea reneatur, l. emptorem, §. pen. & fin. ff. eod. Tertiò, quod non ſit euicta: nam tunc ſi expreſsè cauerit non teneret, l. dubitatur, C. eod. Poteſt euinci res tota, vel in parte, vt in d. l. 1. ff. eod. non datur euictio ei, qui ſcienter emit rem alienam, vel alteri obligatam, l. fin. C. eod.

121 Regulariter euictio datur ex quacunq; alienatione oneroſa, l. ſciendum, ff. de euict. ex tit. lucratiuo, vt ex legato, donatione, & ſimilibus, non datur euictio, l. ad res, ff. de ædilit. ædic. l. ſi demus, §. ſi de euictione, ff. de legat. 1. Hæc ex glo. in l. 2. C. eod. Qui de euictione promiſit, tenetur aſſumere in ſe litem motam, & cauſam defendere, Alex. l. venditores, ff. de verb. oblig. l. exequutione, in princ. ff. eod. & Bart. in l. pater, ff. de dot. præleg. ponit differentiam inter promiſſionem de euictione, & indemnitatem. Indemnitatis promiſsio cõtinet idem, quod ſoluat, & Bart. l. quæro, in princ. ff. eod. & Bald. in c. quæ Eccleſiarum, de conſt. nu. 5. & colligitur eſſe idem, vt ibi.

122 Contrahitur etiam obligatio ex conſenſu in locatione, & eſt locatio perſonæ, vel rei ad vſum, facta conceſsio, mercede in pecunia numeranda, conuenta; alioquin ſi de alia re dãda, faciendaue conueniat, non erit locatio, ſed contractus innominatus, & agetur præſcriptis verbis, ex Goffr. in ſum. eod. tit. per l. ſi conuenit, ff. communi diuidun. l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſiti.

Idem dixit Hoſtienſ. ibid. qua de re dicitur conceſsio facta ad vſum; ſic transfertur vſucapio, ſeu vſusfructus communi commoditate, & perſonæ in opere vili, & mechanica: nam propriè locatio eſt horum operum; non autem in exercitio excellenti, quia corũ præmium dicitur honorarium, Gomeſ. de locat. in princ.

Secundò, iſta conceſſio fit tantùm in re corporali immobili, quæ vſum habeat, ita & operę perſona locatur.

Tertiò, requiritur merces, quæ conſiſtat in pecunia, pro vſu rei, vel perſonæ, quæ certa ſit in quantitate, & conuenta, & res ſit illius, qui locat, Inſt. eod. §. 1. qui reddit operas pro operibus, dicitur contractus innominatus, vt Inſt. eod. §. 1.

Quartò, requiritur conſenſus de ſubſtantia contractus, vt Inſt. eod. §. 1.

Pluribus autem modis deſcribitur ab alijs, vt à Cuiac. locatio eſt conuentio nuda faciẽdi, fruendiq; aliquid certa mercede; ſic de cæteris; quos etiam refert Caroc. de locat. in principio.

123 Differunt ad inuicem locator, & conductor, quia locator eſt, qui ſuum alteri ad vſum committit, recepta mercede pro vſu; conductor verò, qui recepit rem ad vſum, & pecuniã, ſeu mercedem, ſoluit, ex Goffr. & Hoſt. in ſum. Sed ſit ſic locatio, vel ſit operum, perſonarum, vel bonorũ, Inſt. eod. § item quæritur, & §. conducitur; & propterea conductor tenetur cuſtodire rem conductam, ne perdatur, vel deterioretur, Inſt. eod. §. fin. de his omnibus latè in tit. Inſt. ff. & C. de locat. & cond. Inſt. ff. C. Locat. & cond.

In multis conueniunt ad inuicem locatio, & venditio, & multis diſſentiunt; differunt primò, quia in venditionibus periculum in multis eſt emptoris, vt ſupra diximus de emptione; quod non eſt in locatione. Secundò, venditor tenetur ad traditionem rei, aut ad intereſſe, ſed conductor aliquando excuſatur. Tertiò, in locatione non traditur titulus vſucapiendi, vel dominij transferendi, vt in venditione, & omnia ſunt, Azo. in ſum. eod. tit. adde quod multa permiſſa ſunt locari, quæ vendi non poſſunt, vt ex glo. in §. 1. Inſt. eod. Contrahitur locatio illis modis, quibus venditio, ſecundum Goffr. in ſum. eod. tit. nu. 7.

124 Sunt autem quędam bona priuilegiata, quæ locari non poſſunt, niſi ſeruata certa forma iuris, veluti bona Principis, & Fiſcalis, quæ locari non poſſunt, niſi perſonis certis, vt diuitibus, & fideiuſsionibus interuenientibus, vt res cautior reddatur, vt in tit. C. lib. 11. de locat. prædiorum ciuilium. C. lib. 11. Locat præd. ciuil.

125 Diuiduntur locationes in plures ſpecies; quædam dicitur largiſsima, ſub qua continentur libellaria, & emphyteoſis, & cenſualis, quædam impropriæ, cum merces non conſiſtit in pecunia, ſed in ſpecie; quædam propriè, cum in perſona conſiſtat. Alia diuiſio eſt, quædã ſit ad longũ tempus; quædam verò ad modicũ. R Libel-

126 Libellarius eſt certus modus locarionis, quando concedens rem alteri pro certa annua penſione, non habet dominiũ directum in re illa, ſed habet aliunde in emphytheoſim, vel feudum: Nam ſi concedens eſſet dominus directus rei, tunc contractus eſſet emphytheoticus, Iaſ.in l.1.C.de iure emphyth.nu.29. licet hodie ex communi vſu loquendi, idem ſignificet, Dec.in conſ.146.nu.2.

127 Emphytheoſis eſt ille, qui rem immobilem hæreditario iure meliorandum, vel colendum ſub certo precio, pactis, & conditionibus accipit perpetuò, vel ad tempus, §.emphytheoſis, Auth.de non alienan. notatur primò, emphytheoſim conſiſtere in re immobili, qa aliæ res vſu conſumuntur, & fructus percipi non poſſunt, gloſ. in c. poſuit, de locat. & ſic differt à locato, Inſt.eod §.adeo. Secundò, quod fiat ad meliorandũ, & hoc conſiſtit in augumento fructuum, ex glo.in d.c.poſuit. Tertiò, dicitur ſub certo pretio; ſic accipiens rem in emphytheoſim, tenetur ſoluere certum pretium, canõ nuncupatum, quaſi certa regula reſponſionis annuatim, alio nomine dicitur cenſus, ſeu præſtatio tributi, vt annua pẽſio, quæ datur pro rebus immobilibus, 1.q.3.quæſitum, Bart.l.1.ff.de publ. vectig. Quartò, dicitur pro certo tempore, veluti ad tertiam generationem, & ſimilium.

128 In conceſſione emphytheoſis præter canonem ſolitum dari pro reſponſione, ſoluitur laudemium, ſeu laudimium, quod nomen ab Vltramontanorum origine ſumpſit exordiũ. Iure Romanorum cautum non reperitur; & generaliter ſumitur pro omni iure pecuniario, debito domino directo, in recognitionem, & admiſſionem nouæ emphytheoſis, vt ex Doc. in l.fin.C.de iur emphyt. ſic iure Romanorum quinquageſima appellatur, ſecundum Iaſ. in d.l.vlt.num.39. Appellatur etiam quartaria, ſeu gradans, quæ eſt quarta pars pretij rei emphyteotice venditæ. Interdũ terciaria, quæ eſt tertia pars precij emphyteoſis, quæ domino directo debetur pro aſſenſu ipſius rei venditæ. Aliquando penna aurea, quod tantum debet conſequi dominus pro approbatione alienationis, quod poſſit fieri vnica pẽna aurea.

Aliquando vende Gallica lingua. Interdum accordamentum, quando vt plurimum eo præcedente diſtrahitur emphytheoſis. Item releuium; ſic à releuo, cum perceptione pecuniæ releuetur dominus directi dominij, & ſic de ſimilibus, vt refert inter nouiſſimos in trac. de laude: Maurus Burg. Eſt autem laudemium ius, quod ſoluitur domino directo pro inueſtitura nouiter acquiſita per emptorem de precio emphytheoſis emptæ, ex Scribent. in l.fin. C.eod. dicitur laudemium, vel à laudando, ſeu nominando authore, ſeu domino directo, vel ob laudationem, & approbationem alienationis emphytheoſis, factæ per dominum directum, & de iure ciuili introducta dicitur, quemadmodum contractus emphyteoticus, glo.pen.§.ius autem, Inſt. de iur.nat. vt refert d. Maurus.

129 Cenſualis contractus differt ab emphytheota: nam in cenſuali transfertur dominiũ directum, & vtile: in emphytheoſi transfertur tantùm vtile, glo. in c.conſtitutus, de relig. dom.Iaſ.in d.l.2. C.de iure emphyt. Cenſus ſoluitur de re noſtra: penſio de re aliena; ſic canon propriè dicitur penſio, licet fiat abuſio nominum, qua de re, ſi quid certum annuatim ſoluatur, præſumitur emphyteoſis, quia in dubio attẽditur minus præiudiciũ; ſed ſi reſpõderet fructibus, dicitur potius locatio, ex Clar.in §.emphyt.q.1.& 3.per plures, vt ibi.

130 Differunt ad inuicem emphytheoſis, & locatio. Primò, in locatione ſoluitur penſio in numerata pecunia, aut in ſpecie, glo.in §.1.Inſt. de locat. Secundò, emphyteota naturaliter poſſidet; conductor verò non, l.1.C.communia de vſucap. Tertiò, ex emphytheoſi habetur vtile dominiũ; ex locatione non, l.nõ ſolet, ff.eod. Quartò, emphytheoſis habet locũ in rebus immobilibus, Auth.de nõ alienan.§.licentiã, coll.10. Quintò, in iſto contractu datur actio ex lege Zenonis, ſecus in locatione, vbi datur actio locati. Sextò, contractus emphytheoſis eſt de iure ciuili; locatio eſt de iure gentium, l.ex hoc iure, ff.de iuſt.& iure. Septimò, ſubſtantia emphytheoſis eſt ſcriptura, glo.in d.§.1.Inſt.eod. vt ſupra dictum eſt. Differt ſimiliter ab emptione, quia hic ſoluitur penſio, in venditione liberatur. Secundò, res emphytheoſis poteſt reuocari à domino ex multis cauſis, ſed non res empta. Tertiò, ex emphytheoſi transfertur dominium tantùm vtile, ex venditione dominium directum, §.p traditionem, Inſt. de rerum diuiſ.

De na-

De natura emphytheoſis eſt, vt fiat ab eo, qui alienare poteſt de re inculta, vel quaſi cũ certa reſponſione, cum expreſſione temporis, vt in bonis Eccleſiaſticis ſeruetur forma iuris Canonici, ex Iaſ. & Doct. in l.fin. C. de iur.emphyt. & quando cadat à iure ſuo. ibid. in l.1.& l.4.§.2.C.eod.

131 Sequitur altera obligatio, quæ contrahitur ex conſenſu, ſicuti eſt mandatum, quod eſt officium honeſtum, gratis ſuſceptum, exhibendum ab amico, glo.in §.1.Inſt.eod. Notatur iſtud officium gratis eſſe ſuſcipiendum, ſicuti amicitiæ pignus; & licet ſuperueniat remuneratio, tamen gratis dicitur ſuſceptum, l. irremunerandi, ff. mandati. Idcircò, qui conuenit cum Procuratore de certo ſalario, non erit mandatum, ſed locatio operum, glo. in d. §. 1. Inſt. ff. C.
& colligitur ex tit.Inſt.ff.& C. mandati, dicitur mandatum, quaſi manu datum, quod quis Mandati.
ſit per ſe facturus, licet alijs committatur gerendum, Azo. in ſum.C.eod.tit. Poteſt etiam dici mandatum, quod iubetur, vel rogatur, ex d.glo.in d.§.1.& Dec.in Rubr.eod.tit.

132 Contrahitur mandatum quinq; modis, vt in §.1. Inſt.eod. & fit ſolo conſenſu inter præſentes; Iter abſentes per nuncium fieri poteſt, tam purè, quàm in diem, his verbis; *Rogo, volo, ſiue mando*; ea tamen mente, vt velit ſe obligare, ſecundum d.glo. in §.1. Primo modo contrahitur gratia mandantis, veluti ſi quis ita mandet, vt negocia eius gerantur, §.mãdatis, Inſt.eod. Secũdò, tua gratia tantùm, vt ſi ego mandauero tibi, quod emas fundũ Trebatianum, ex iſto mandato nulla naſcitur obligatio, quia ſuperuacuum eſt, ita mandare, §.1.Inſt.eod. Tertiò, quando mandatur gratia tui, & mandantis, veluti; *Si ego mandem tibi, vt des pecuniam ſub vſuris Procuratori meo pro me, aut ſi mandarem, fideiubere pro Titio, & fideiubeas periculo meo.* §.tua gratia, Inſt.eod. Quartò, mandatur aliena gratia, vt *Si quis tibi mandaret, vt geras negocia Titij*, §.aliena, Inſt.eod. Quintò, mandatur ſua, & aliena gratia, vt *Si de communibus tuis, & Titij negocijs gerendis mandet tibi, vt pro me, & eo emas fundum*, §.ſua, Inſt.eod.

Aliquando mandatum habet vim conſilij, & non obligat, vt in mandato, quod fiat gratia mandatarij; vt ſi mandarem, pecunias non mutues, ſed illis fundum emas, tunc mandatum habet vim conſilij, §.tua tantùm, Inſt. eod. tamen quando fraus ineſſet conſilio, vt in delictis committendis, vel aliquid turpe, & contra bonos mores, ac leges agendo, tunc nec vim conſilij habet, §.illud quoque, Inſt.eod.& glo. in d.§.tua.

Mandatarius non debet fines mandati excedere, ideò mandatum debet habere certã formam, & excedens non habet actionem mandati, §.is, qui, & ibi glo. Inſt. eod. Hæc omnia in tit.mandati.

133 Contrahitur obligatio ex conſenſu etiam in ſocietate, quæ eſt duorum, vel plurium cõuentio honeſtè contracta ad vberiorem quæſtum, & commodiorem vſum, in ſum. Azo. in Rubr. eod.tit.

Sumitur ſocietas multipliciter; aliquando pro Colleglo, vt in tit. ff.quod cuiuſq; Vniuerſit.& ff.de Colleg. illicitis; aliquando pro quadam rerum vnione, vt inter plures hæredes, ſeu legatarios, de quibus in tit.ff.famil. erciſc. & communi diuid. Interdum pro ſocietate honeſta bonorum, non autem malorum hominum; vltimò, pro negociatione contracta inter plures, vt in deſcriptione; & hoc factum eſt ad vberiorem quæſtũ, vt ſi alter conſocius mutuaret pecuniam, alter verò apponat laborem; vel fit ad commodiorem vſum, & inter fratres, qui ſimul viuunt, mortuo patre. Inter quos videtur ſocietas inita, vt latius in Inſt.
tit.Inſt.de ſociet.& ff.pro ſocio. Societate. ff.

134 Contrahitur ſocietas quatuor modis. Primò, reſpectu omnium bonorum expreſsè, tũc Pro ſocio.
veniunt, hæreditates, legata, & donationes, l.4.§.2.ff.eod. & Inſt.eod.§.1. Secundò, reſpectu bonorum ſimpliciter, & tunc veniunt, quæ ex quæſtu tantùm accipiuntur, l.nec adiecit, ff.eod. Tertiò, reſpectu vnius negocij tantùm, vt in vino, oleo, & ſimilibus, §.1.& §.ſocietatem, Inſt.eod. Quartò, reſpectu vnius rei tantùm, l.4.ff.eod. Quintò, ex re ipſa, & non ex conuentione; vt dum fratres retinent in commune bona pro indiuiſo, ex d. l.4. ff.eodem. In quacunq; ſocietate legitima, lucri, & damni ſint partes æquales, ſecundum qualitatem capitalis, l.ſi non fuerit, ff.eod. Poſſunt autem paciſci, vt vnus habeat duas partes lucri, &

damni;& alter vnam, in d.§.ſocietatem, qui ſtat lucro, & non damno, contrahit leoninam ſocietatem, vt in d.§.ſocietatem.§.de illa,& §.illud.

135 Soluitur ſocietas multis modis, vt in Inſt.eod. veluti finito negocio, morte vnius ſocij,ſi bona vnius publicetur, vel creditoribus applicetur, & de alijs, vt in d. tit.

136 Contrahitur etiam oblig. ex cōſenſu, dote, & hoc fit, vel nudo pacto, vt in l.1.ff.de iur. gentium,l.1.C.de pactis conuentio. Deſcribitur autem diuerſimodè, vt in l.1.l. Profectitia, l.etiam, ff. de iure gentiũ; ideſt,dos eſt, quod à muliere, vel eius patre,marito pro onere matrimonij datur, vt perpetuo ſit penes eum, in l. denique, §. proinde, ff. de minoribus ita deſcribitur. Dos eſt quædam donatio, facta à patre mulieris patri viri, pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, ſic dicitur, quod eſt quaſi patrimonium mulieris. Ideò notatur, quod in dote requiritur matrimonium; vt eius onera ſuſtineantur, l.ſed niſi, l.ſi ergo, ff.de pact.dotal. ſecundò, datur marito,durante matrimonio, l.quamuis, ff.de iur.dotiũ. Quoad ius, & ſubſtentationem eſt in bonis vxoris, l. poſt nuptias, ff.eod.

Sub nomine dotis veniũt bona parafrenalia, ita appellata; à parà, quod iuxta,quaſi iuxta dotem, quæ Galli appellant peculium, nos verò dicimus Arredium, & gaudet priuilegio dotis, l.fin. C.de Pact.Conuent.ſuper dot.

137 Diuiditur dos multipliciter, profectitia, ſcilicet, & aduentitia. Profectitia eſt, quæ à patre pro filia, vel ab Auo pro nepte, vel de eorum bonis proficiſcuntur, vel quando alius de mandato eius conſtituit.l.profectitia, ff.de iur.dot. Aduentitia eſt illa, quam mulier dat à ſe ipſa, & non à patre, in d.l.profectitia, l.vnica, §.accedit, C. de rei vxor. actio.

Alia diuiſio eſt, quædam dicitur æſtimata, quædam inæſtimata. Aeſtimata verò, quæ fit certo precio, vt dum traditur fundus æſtimatus in vim venditionis, l. plerumque, ff.de iur. dotium, cum l.ſeq.& l.litis, ff.pro empt.limitatur,quando æſtimatio non venit in precium, ſed ne res diminuatur, l.interdum, C.de iure dotium; inæſtimata, dum nō traditur pro certo precio, ſed ſimpliciter, & dicitur fundus dotalis, & tunc emolumentum ſpectat ad mulierem, l.pro oneribus, C.de iure gentium.

138 Dos in iure multis modis accipitur,veluti pro omni circumferentia ad ſufficientiam alicuius, vel perſonæ, ſecundum vſum communem loquendi, veluti homo dicitur bene dotatus, dum habet omnes habitudines animi circa mores, & virtutes. Interdum largè ſumitur pro bonis conceſſis alicui Eccleſiæ pro victu rectoris. Aliquando pro matrimonio carnali,ſeu ſpirituali,& ſic de ſimilibus,vt ex Bald.Nouel.in tract.de dot.in princ.& ex Ant.Coſta de dote, c. 2. à quo ita deſcribitur. *Dos eſt, quod marito datur ad ſuſtinenda onera matrimonij,* ex l.depoſiti, §. fin. ff.de pecul. & eſt quoddam vniuerſale, quod in vna re conſiſtere poteſt, dummodo augmentum, & diminutionem recipiat.

139 De dotium origine tradit Coſta in c.1.num.3.venit à matrimonio,vt familiæ conſeruētur, & certiores eſſent liberi, de hoc habetur, in l.1.ff.ſolut.matrim.ſic cauſa naturalis fuit, licet apud nonnullas nationes indotatæ traderentur mulieres, nam Græci vxores inter ſe emebant, Ariſt. c.6.lib.2.Polit.& per alia exempla, vt ibi Coſta. Et apud Romanos multo vtilius, magisq; rationi conueniens, viſum eſt, dotes à mulieribus dari, vt illis viri inuitarentur ad nuptias, & commodius ſuſtinerent onera matrimonij, per l.2.l.dotis fructus,& l.quamuis, ff.de iure dotium. Qua de re ſublato onere matrimonij dotes nullæ ſunt, l.ſi pater mulieris, ff. de iure dotium.

140 Multa ſunt conſideranda, multa proponuntur in rubricis voluminum iuris ciuilis conſideranda circa dotis materiam, veluti de eius dominio, apud quem, virũ, ſcilicet, vel vxorem exiſtat, vt in tit.ff.& C.de iure dotium declaratur. Quo verò ad ſubſtentationem,& victum, vſus eſt apud mulierem, quoad onera eſt penes virum, l.ſi prædium, C.de iure gentiũ, l.quamuis, ff.eod.mulier dicitur domina dotis in bonis inæſtimatis, in alijs eſt mariti, glo. in l.rebus, C.de iure dotium, & cætera, vt in dd. tit. & ſic ius ibi ſumitur pro dominio.

ff. C. Iure dot.

141 Secundò, conſideratur dos, quoad modum conſtituendi, veluti promiſſione, nudo pacto, vel ſtipulatione, vt in tit.C.de dotis promiſſione, l.3. ff.de pollicitationibus. Conſtituitur pollicitatione, & promiſſione, vt in l.ſi à matre, C.de iure dotium, etiam ſine ſcri-

C. Dot. promiſſ.

 ptura,

ptura, ſeu ſtipulatione, l. ad exactionem, C. de doris promiſſ. vt in eo tit. latius declaratur, & inde ſoluitur quęſtio, quod dos promiſſa dicitur propriè dos, Bart. in l. ſi mulier, ff. de iur. dotium, quod dos eſt ius quoddam, datum, traditum, vel promiſſum à muliere, Iaſ. in rub. ſolut. matrim. tenet de magis communi, & refert Campeg. de dot. 2. q. parte prima. Et Coſta in d. c. 2. nu. 12. vt ibi per plures.

Conſtituitur etiam pactis, tam nudis, quam veſtitis, vt in tit. C. de pact. conuent. ſuper dote, l. 1. quamuis pactum non fuerit expreſſum, l. quod air, ff. de iure gentium; ſic duobus modis voluntate, & neceſſitate conſtituitur. Voluntate eſt in eo, qui ſua ſponte promiſit, neceſſitate verò, qui aliquo iuris debito conſtringitur. C. Pact. conuent. ſuper dote.

142 Conſideratur etiam in dote priuilegium à iure conceſſum; nam ſi fuerit numerata, gaudet priuilegio iuris, quia numeratio, & nō promiſſio facit dotem, vt in l. 1. C. de dote caut. non numerata, & de iſtis priuilegijs late per Doct. in rub. ſolut. matrim. Cauta dicitur dos, quæ tantum fuit promiſſa ſub ſecuritate, vt in §. neque, Auth. de mandat. Principū, numerata verò, vt per Azo. in ſumma, & l. numerari, ff. ſi certum petatur. C. Dote cauta nō numerat.

Inſuper confeſſata dos non habetur pro numerata infra biennium, ſicuti de mutuo dictū eſt, vt in tit. Auth. tempore non ſolut. pecu. ſuper dot. & glo. in l. fin. C. eod. ita diſtinguendo declarat, ſi dos fuit confeſſata ante matrimonij cōtractum, vel tempore matrimonij; tunc quando incipiet tempus biennium, vide Iaſ. in l. qui pecuniam, ff. ſi certum petatur, ſed de his alibi latius, quando detur biennium, vel longius tempus. Auth. Temp. nō ſolut. pecu. ſuper dot.

143 Prædium dotale eſt, quando duo concurrunt, matrimoniū contractum, & traditio prædij inæſtimati, & dicitur dotale, quia datur in dote, & non in vēditione pro dote, vel quaſi dotale, dum datur ſponſo ante matrimonium, l. 1. C. de fundo dotali, & de his latius in tit. ff. & C. de fundo dotali, & differt fundus dotalis à dote numerata, tum quia fundus alienari non poteſt, reſtituitur non expectato anno, l. ad exactionem, C. de rei vxor. act. & venit cum fruct. pro rata temporis, l. diuortium, ff. ſolut. matrim. ff. C. Fund. dotali.

144 Quartò, conſideratur quantitas in dote, vt dicatur congrua, & ad hoc tria requiruntur. Primò, ſtatus perſonæ, Bart. l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de legat. 3. Secundò, qualitas perſonæ, Bart. in Auth. quod locum, C. de collat. Tertiò, quod dos non excedat legitimā, quoniam eſſet contra vires patrimonij, Bart. in d. Auth. quod locum; ſic arbitrio boni viri erit iudicare congruam dotem; inſpectis dignitatibus, facultatibus, & numero liberorum dotantis, Bart. l. ſi filia, ff. de legat. 3. ſi pater vni ex filiabus maiorem, quam alijs daret dotem, eſſet inofficioſa, contra pietatis officium, vt in tit. C. de inoffic. dot. Qua de re non ſolum cauendum eſt, ne dos ſit inofficioſa, ſed vt ſeruetur æqualitas inter filias, quoniam paternum officium eſt filios æquali amore complecti, vt pax, & concordia conſeruetur, vt in tit. Auth. de æqualitate dot. & qui amator eſt æqualitatis eſt pariter amator iuſtitiæ, §. fin. Auth. de non eligen. ſecun. nub. nam æqualitas æqualitatem faciet, quę eſt conuenientia rerum, quæ cuncta coæquiparat, & in paribus rationibus paria iura, vel iudicia deſiderat, l. fin. C. ad l. falcid. & naturaliter ſua det id fieri, quia naturalis eſt ratio, ſecundum Bart. l. 3. C. de dot. promiſſ. vt ne vna filia maiori altera dote dotetur. C. Inoff. dot. Auth. De æqual. dot.

Cum itaq; fauorabilis ſit dos data pro oneribus ſuſtinendis, meritò multis priuilegijs ornatur; quæ numerantur in Auth. de Priuileg. dot. & Bart. in l. 2. cum ſeq. ff. ſolut. matrimon. 145 & latè, Bald. Nouel. in tract. de Priuileg. dot. quæ vel reſpiciunt promiſſionem, vel Hypothecam, & prioritatem, aut ordinem iudiciorum, vt ibi. Auth. Priuileg. dot.

Vltimò, itaq; loco de reſtitutione dotis agendū eſt, quæ vel ſit ſoluto matrimonio morte alterius coniugis, vt in tit. ff. & C. ſolut. matrim. vel ſi conſtāti matrimonio maritus vergeret ad inopiam, ſeruata forma iuris, vt in l. ſi conſtanti, ff ſolut. matrim.

In qua reſtitutione non venit ſolum dos ſoluta, ſed etiam lucrum dotis, vt in Auth. neq; virum, quod ex dote eſt neq; mulierem ex ſponſalit. larg. lucrum prohib. lucrū nomen eſt 146 generale, l. coire, & l ſeq. ff. pro ſoc. Ideò non ſolum eſt pecuniarum commodū. ſed etiam piè agendo, vt in Auth. de hæred. & Falcid. §. ſi verò, & glo. in l. locum, ff. de vſufruc. ſic lucrum dicitur facere, cum ex honeſtis rationibus acquiritur, l. cura, §. deficientem, ff. de Auth. Neq; virū quod ex dot.

munc.& honor. Sub lucro dotis venit quicquid maritus acquirit decedente vxore, ſine liberis, virtute ſtatuti, vel cuius vis cauſa, vt refert Fulg. in cōſ. 103. viſo inſtrum. verſ. Quid enim refert. Inde quærit, Bal. in l. quod nomine, ff. de cond. indebit. non etiam propriè lucrum, quia annexum eſt oneribus matrimonij, & a cauſa oneroſa ducit originem. Nam ſi maritus onera matrimonij non ſuſtineret, nec lucrum haberet, tamen vt per multos doctores refert Phanuc. in tract. de lucr. dot. in glo. 8. onera ſunt cauſæ remotæ lucri, ſed matrimonium eſt cauſa finalis, quod attenditur, & lucrum dicitur, vt ibi, & nos alibi.

ff. Impen in reb. dot. fact. Veniunt etiam in reſtitutione dotis impenſæ factæ in rebus dotalibus à marito, vt in ff. de impenſis in rebus dot. fact. Sunt autem impenſæ in triplici differentia, quædam neceſſariæ, aliæ vtiles, aliæ voluntariæ, de quibus l. impenſæ, ff. de verb. ſignif. repetit maritus neceſſarias, vtiles quaſdam, nullas voluntarias, vt in d. tit. de impenſ. dot.

Non ſolum obligantur principales, ſed etiam dantur fideiuſſiones pro promiſſis exequendis, vt in d. §. 1. Inſt. de fideiuſſ. & l. 1. ff. eod. Ideò de iſtis erit dicendum. Eſt autem fideiuſſor, vt in d. §. 1. qui acceſſoriè obligatur ad maiorem cautelam creditori. Ideò ibi notat glo. quod poſſunt ſe plures in vna cauſa obligare, ſic plures rei debendi, tàm principaliter, quàm acceſſoriè, vt in d. §. 1. & ibi glo.

Recipiunt plura nomina fideiuſſores, veluti mādator, Conſtitutor, & ex promiſſor, glo. in verb. putat, l. perſona, §. 2. ff. de pact.

147 Fideiuſſor dicitur, qui ſequitur fidem alterius, & fit per ſtipulationem, & poteſt præcedere, & ſequi obligationem principalem, §. 1. Inſt. eod. ſic propiè eſt, qui obligatus eſt pro reo principali, l. ſi fraudator, in princ. ff. de fideiuſſ. ſic quandoq; dicitur confirmator, aliquando ſecundus auctor, vt notatur in Auth. de fideiuſſ. §. ſed neq; verſ. & non ſolum.

Gloſ. in d. Auth. de fideiuſſ. in princ. in verb. fideiuſſorem notat differentiam inter ipſos; nam fideiuſſor eſt, qui ante obligationem, & poſt accipi poteſt, vt in §. 2. Inſt. de fideiuſſ. mandator tantum antea, niſi in caſu, ff. mandati; ſponſor, qui ſpontè ſine rogamine pro alio intercedit, quia & ipſe habet actionem mādati ex promiſſor, qui promittit pro alio nō obligatus, vt Procurator, qui promittit iudicatum ſoluere, ſecundum Goff. de fideiuſſ. & in d. Auth. glo. & ita intelligitur tit. Auth. de promiſſ. & ibi glo. licet de expromiſſore non intelligat, Bart. in tit. ff. de fideiuſſ. addit, fideiuſſorem obligari verbis tantum, mandator conſenſu, & fideiuſſor tenetur actione ſtricti iuris ex ſtipulat. Mandator ex bonæ fidei iud. & de iſtis ita colligitur in tit. ff. de fideiuſſ. & mandat. *Inſt. ff. Fideiuſſ. Auth. Fideiuſ. & mandat.*

Dum igitur fideiuſſor pro alio obligatus, ipſo obligato remanente, transfert ad ſe obligationem, & conſtituit ſe debitorem, & tunc conſtitutor appellatur, & poteſt conueniri actione de Conſtit. pecun. l. 1. C. de Conſtitut. pecun. ſi pro ſe fideiuſſor. Ero fideiuſſor tuus; ſi mandauero, vt alicui Credas pecuniam, tunc ille dicitur mandator, vt in tit. ff. & C. de Conſtit. pecun. Conſtituere idem eſt, quod pro alio ſe obligare, vt quia ſe obligauit ſoluere pecuniam, quam alius debebat; & fit ex qualibet cauſa, tam ciuili, quam prætoria, certa, vel incerta, & nudo pacto; pura, in diem, & ſub cōditione, tam inter præſentes, quam abſentes, & verbis idoneis, & naſcitur iſta obligatio, ex d. actione Conſtit. pecun. Iuuantur ibi fideiuſſores Epiſtola Diui Adriani in Codicibus ſcripta, quæ licet hodie non reperiatur, tamen habetur in l. fin. C. de Conſt. pecun. vt creditor à ſingulis exigat penſionem ſuam de toto credito, cum vnus pro omnibus non teneatur, niſi in ſolidum, & principaliter ſe obligauerint, glo. in §. plures, Inſt. eod. ponit nonnullos caſus, quibus fideiuſſores Epiſtola Diui Adriani ſe iuuare non poſſunt, vt in fideiuſſoribus tutorum, fideiuſſore fideiuſſoris, quod tempore litis conteſtatæ cœteri fideiuſſores ſoluendo non ſint, quando plures ſunt debitores, pro quibus fideiuſſores ſe obligarunt, & cœtera, vt ibi. *ff. C. Cōſt. pec.*

SVMMARIVM.

1 *Dictio quaſi quid importet.*
2 *Obligatio ex quaſi contractu quo iure introducta.*
3 *Negociorum geſtores oblig. ex quaſi cōtractu.*
4 *Nego-*

4 *Negocium quid.*
5 *Negocium alienum quot modis dicatur.*
6 *Tutores obligantur ex quaſi contractu.*
7 *Communi diuidund. oblig. ex quaſi contractu.*
8 *Hæredes ad legata oblig. ex quaſi contractu.*
9 *Accipientes indebitum oblig. ex quaſi contractu.*
10 *Per quas perſonas nobis acquiratur.*

DILVCID. XVIII. DE OBLIG. EX QVASI CONTRACTV.

SEQVITVR alia pars obligationis, quæ naſcitur ex quaſi contractu,vt in tit.Inſt.de oblig.ex quaſi contractu; ſic dictio quaſi ponitur ſimilitudinariè,vt in l.procuratorē, ff.de procur.& l.item mala,§. 1.& 2.ff.ad l.aquil. Inſt. Oblig. ex quaſi cōtract.
1 ac ſi dixiſſet operatur ad ſimilitudinem obligationis; ex contractu ponitur etiam ad denotandum veritatem, & proprietatem, vt ex glo. in l. ſi quis cum, ff.de cond.indebit.ſecundum ſubiectam materiam, vt ait Dec. conſ.539.num.2.& glo.in l.1.ff.de reg.iur.& in l.ſi ante nuptias, ff.ſolut. matrim. Appellāt hanc dictionem quaſi dictionem veritatis expreſſiuam, & ſic ſignificat expreſſionem, vt l. mulier, §.fin.ff.ad Trabell.& plura ſignificat, vt ſuo loco dicetur, & videtur talis obligatio
2 inducta de iure ciuili, ſecundum Bart.in l.ex hoc iure, ff.de iuſt. & iur.& refert Dec.in c.de probat.col.2.& idem operatur, ac ſi contractus interueniſſet in caſibus à iure expreſſis.

3 Videntur itaq; obligari ex quaſi cōtractu negociorum geſtores, vt in §.igitur, Inſt. eod.
4 Negocium multa ſignificat, vt in c.forus, de verb.ſignif.modo actum alicuius rei, cuius cōtrarium eſt otium, modo actionem cauſæ, quod eſt iurgium litis, & dictum eſt negocium, quaſi ſine otio, ideſt negans otium. Negocium eſt in cauſis, negociatio in comercijs, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. Hæc ibi.

5 Notatur in glo. l.pupillus, §. idem ait, ff. de neg. geſt. in verb. ipſo geſta;quatuor modis dici negocium alienum; cura, & ſollicitudine, re ipſa, rati habitione, & ipſo geſtu, cura, & ſollicitudine dicitur, vt ſi illud negocium geſſeris,quod ad me pertinet, vel ſi fuiſſem tutor, vel curator, aut procurator. Item re ipſa, vt dum in rem meam aliquid impenderis, vel neceſſario,vel vtiliter; rati habitione, ſi meo nomine geſſiſti, ignoratum habeo,vel fingit ius in me habere. Item ipſo geſtu, ideſt ſi ſoluas nomine meo, ſiue alterius, quem debitorem putabas, nam ſemper oportet me approbare, quod tam vtiliter pro me geſtum eſt, ex d.glo.vide etiam Bart.in l.ſi pecuniam de negoc.geſt.de hoc tit.latius infra de act.& talis oblig. etiam ſine mandato.

6 Ex quaſi contractu obligantur etiam tutores, & Curatores pupillis in id quod gerunt,vt in §.tutores, Inſt. eod. dicitur his verbis. Tutores quoq;, qui tutelæ iudicio tenentur non propriè ex contractu obligati eſſe intelligūtur (nullum .n. negocium inter tutorem, & pupillū contrahitur)ſed quia ſanè nō ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri videtur.

7 Ex quaſi contractu obligatur ille, qui agit actione cōmuni diuidundo, vel familiæ herciſcundæ. Ita legitur in §.item, Inſt. eod. Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate,veluti quod pariter eis legata, donataue eſſet,& alter eorum alteri; Ideò tenetur communi diuidundo iud. quod ſolos fructus ſolum ex ea reperceperit, aut quod ſocius eius ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit, non intelligitur ex contractu pro pace obligatus eſſe, quippe nihil inter ſe contraxerunt, quaſi ex contractu teneri videntur. Hæc ibi. Et idem iuris eſt de eo, qui cohæredi familiæ herciſcundæ iud. ex his cauſis obligatus eſt, vt in §.idem iuris, de his latius infra de action.dicemus.

8 Quartò, ex quaſi contractu oritur obligatio ab hæredibus legatarij,qui tenetur ad legata, & debita defuncti, vt ex §.hæres quoq;, Inſt.de oblig. ex quaſi contract.

9 Quintò, obligatur etiam ex quaſi contractu, qui recipit indebitum per errorem,& tenetur ad reſtitutionem; nā eo ipſo, quod ſoluit aliquid negocij,contrahere videtur non quia dicatur prouenire ex contractu, ſed quia non poteſt, ſine re ſubſtentari, ſic poſita fuit, vt eius ſubſtātia denotetur,& vt eius inſinuetur origo, quia ex quaſi contractu trahit originē

ex §.pen.& glo.Inſt.eod.§.ſui, & hoc factum videtur naturali æquitate ſuadente, vt ne quis locupletetur cum læſione alterius, vt in l.nam hoc natura, ff. de cond. indebit. & in multis cauſis datur cond.indebit.Bart.in l.ſi non ſortem, ff.de cond. indebit.

Inſt. Per quas perſ. nobis acqr.

10 Contrahuntur autem tales obligationes non ſolum virtute ſuæ perſonæ, ſed etiam alterius, vt in tit.Inſt.per quas perſonas nob.acquiratur, veluti per eas, quæ ſunt in noſtra poteſtate, vt per ſeruos, & filios, qui acquirunt dominis, & aſcendentibus ſuis, & illis oblig. vt in §. 1. & ſeq. Inſt.eod. ſic acquirere dicimus ei ad quem lucrum, ſeu commodum peruenit, l.ſi extraneus, in fin.ff de iur.dot.& acquiſita res dicitur quando eſt empta, vel alio tit. lucratiuo habita.Hoſtien.de Deci.in c.paſtoralis; At cum non per omnes perſonas,de quibus ſupra in lib. 2. nobis acquiratur, ſed per certas, & expreſſas in iure, ideò dicitur, per quas relatiuè ad nominatas.

SVMMARIVM.

1 *Legata ſoluuntur.*
2 *Tolli, & ſolui differunt.*
3 *Quot modis tollatur obligatio.*
4 *Solutio quid ſit.*
5 *Liberare quid ſit.*
6 *Differentia inter ſolutionem, & liberationem.*
7 *Acceptilatio quid ſit.*
8 *Verba acceptilationis.*
9 *Aquiliana ſtipulatio qua.*
10 *Nouatio quid ſit.*
11 *Quare dicatur.*
12 *Nouationum ſpecies.*
13 *Compenſatio quid ſit.*
14 *Quando non fiat compenſatio.*
15 *Quare dicatur.*
16. & 17. *Ceſſio bonorum quid ſit.*
18 *Ceſſio iurium quid ſit.*
19 *Plures ſignif. verbi cedere.*
20 *Error calculi quid ſit.*
21 *Quotuplex ſit iſte error.*
22 *Delegare quid ſit.*
23 *Confuſio, & commiſſio quid.*
24 *Cauſa diuerſa tollendi obligationes.*
25 *Filius familias non obligatur.*
26 *Seruus non obligatur.*
27 *Mulier non obligatur.*

DILVCID. XIX. QVIBVS MODIS TOLLATVR OBLIGATIO.

Inſt. Quib. modis tolla. oblig.

1 DIXIMVS de obligationibus inducendis, quibus ſcilicet modis inducantur, veluti verbis, conſenſu, literis, & re, nunc ſequitur de ogligatione diſſoluenda, ſeu tollenda, quia nil tam naturale, quam vnumquodq; vinculo, quo ligatur, diſſolui poſſit, in rub.Inſt. quibus modis tollatur oblig. per l.nihil tam naturale, ff.de reg.iur.dicitur in tit.potius tollatur, quam ſoluatur, quia differunt ad inuicem,nam ſi tollitur non reuiuiſcit,nec tol-
2 litur oblig. ſi res, quæ debetur corrupta fuerit, nec ſi res ſoluta poſſet auferri, nec ſi alteri pignoretur, vel ſub cond. legetur, aut aliquod ius extrinſecum deficiat, vt quia de euictione cautum non ſit, vel non eo titulo habuerit, quo mihi debetur, ſed ſoluere precium rei adhuc durat oblig. Interdum fit ſolutio aliter, quam debet fieri, & habetur pro non facta. De his plura in glo.in §.1.Inſt.eod.& add.ad glo.latè: propterea ſicut habet relationem ad omnes obligationes, ita dicendum erit. Quibus modis tollatur, & non ſoluatur, quia quibus modis non ſoluitur, ſed tollitur, vt ibi, & propterea differunt, vt ſpecies à genere.

3 Tollitur itaq; obligatio ſolutione, acceptilatione, nouatione, compenſatione, ceſſione bonorum,errore calculi, iuris præſumptione,& ſic de ſimilibus. Tollere interdum ſignificat remouere, l.ſi arborem, §.præcarius, ff.de ſeru. vrb. præd.& ſoluere eſt reddere, vt in l. inter cohæredes, ff.famil.herciſ.vt latius infra ſuis locis.

4 Primo etenim modo tollitur oblig.ſolutione. Eſt autem ſolutio eius, quod debetur redditio, ſecundum Goffr.in ſum. ex.de ſolut. num. 1.pro ea, quæ habentur in §.1. Inſt.quibus modis tollatur oblig. Aliquando ſumitur pro liberatione, licet iure magis ad ſubiectam

obliga-

Digitized by Google

obligationis referatur, quam ad nummorum ſolutionem. Id verbum ſoluere plura ſigni-
ficat, propriè in caſu noſtro compræhendit pecuniam numeratã, Dec. in l. fin. ff. ſi certum pe-
tatur num. 12. & quando nõ importet actualem ſolutionem, vide in l. ſi ſtipulatus fuero mi-
hi, ff. de ſolut. & quot modis accipiatur habes in l. ſolutionis, ff. de ſolut. qua de re, qui
compenſat ſoluere videtur, l. ſi debitor, ff. qui potior in pign. hab. l. 4. C. de cõpenſat. Item
dicimus ſoluiſſe, qui omnino liberatus eſt, l. 4. §. ſoluiſſe, ff. de re iud. ſic aliter dicitur aliquẽ
ſolutum eſſe noxijs, & ſolutũ matrimonium, & ſoluta eſt oratio, ſic de ſingulis, & qui obli-
gatus eſt ad ſolutionem poteſt intelligi, tam ad dandum, quam ad faciendum, vt in l. cum
rem, ff. rem pupill. ſaluã fore, & quando ſolutione obligatio non tollatur, notatur in Auth.
vt ij, qui oblig. ſe habere perhib. res minõ. §. ſi quis apertè, & Inſt. eod. §. 1. in princ.
5 Liberare eſt iuris, & obligationum, ſoluere eſt facti, licet ſolutio pro qualibet liberatio-
ne generaliter ponatur, l. ſolutionis, ff. eod. liberare aliquando ſumitur, pro eo quod non
teneatur licet impropriè, l. decem, ff. de verb. obligat. & quid contineatur ſub hoc verbo,
6 vide l. liberationis, ff. de verb. ſignif. & l. Aurelius, §. Titius, ff. de liber. cauſa. Sic liberari
idem eſt, quod ſoluere, & in l. ſolutionis dicitur. Solutionis verbum pertinet ad omnem
liberationem, quoquo modo factam, magisq; ad ſubſtantiam obligationis, quam ad num-
morum ſolutionem, ſic ſolutio hic importat numerationem, vt ibi glo. & eãdem vim habet
ſolutio, ſicut liberatio, quando referas ad perſonam, nam qui eſt liberatus eſt abſolutus, &
è contra, ſecundum glo. in d. l. liberationis. Item hoc verum quo ad ſubſtãtiam obligatio-
nis tollendam, quia eodem modo tollitur. At ſi referas ad qualitatem liberandi, non alio
modo quis poteſt liberari, quã ſolutione, vt in d. glo. De his latius in tit. ff. ſolut. & liberat. ff. Solut & liberta.
7 Tollitur etiam obligatio acceptilatione, §. item per acceptilationem, Inſt. eod. Eſt au-
tem accepti latio liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſq; contingit ab eodem
nexu abſolutio, l. 1. ff. de acceptilatione, quæ ſecundum Paul. de Caſtr. ibi potius eſt effectus
liberationis, quam diffinitio, quia acceptilatio potius eſt quidam diſtractus verbis ſolem-
nibus, celebratus ad ſimilitudinem ſtipulationis, in qua debet præcedere interrogatio de-
bitoris, & reſponſio creditoris in continenti, & per eam tollitur ciuilis, & naturalis oblig.
cum per pactum de non petendo tollitur ſolum naturalis, ſi præcedit oblig. verbis contra-
cta; ſi autem re, vel conſenſu, tunc acceptilatio non valet iure appellationis, vt tollat ci-
uilem, ſed iure pacti, vt tollat ſolum naturalem. Sumitur impropriè acceptilatio pro ſo-
8 lutione, quia eſt ſolutio tantũ imaginaria, vt ex glo. in d. §. item per, & fit his verbis. *Quod
ego promiſi tibi, habes acceptum?* & tunc creditor reſpondet. *Habeo*. & licet ibi res non
interueniat actualiter; tamen illis verbis inducitur ſolutio, & ratio proponitur in textu, eo
quod ſolum habet locum in obligationibus contractis ex verbis, ſic verba verbis diſſoluun-
tur ſic accepti latio non tollit obligationes contractas ex conſenſu, vel literis, ſed tunc re-
9 quiritur ſtipulatio, quæ dicitur Aquiliana, & fit his verbis; *Quicquid te mihi ex quacunq;
cauſa dare, & facere oportet præſens, in diemue, aut ſub conditione, quarumcunque rerum
te mihi actio eſt, quaque aduerſus te petitio, vel aduerſus te proſequutio, vel erit quodcun-
que tu mecum habes, poſsides, tenes, doloue malo feciſti, quo minus poſsideas, quantumquè
earum rerum res erit, tantam pecuniam dare ſtipulatus es*, & ex diuerſo ad interroga-
tionem reſpondetur, *haberi acceptum*; & poteſt etiam breuioribus verbis dici; *Quic-
quid tibi hodierno die per Aquilianam ſtipulationem ſpopondi; Id ne omne habes acceptum?*
Iure reſpondens; *Habeo acceptum*; ex d. §. item per acceptilationem, Inſt. eod. & in tit. ff. de ff. de accept.
acceptilatione.
10 Tollitur etiam nouatione obligatio, vt in §. præterea, Inſt. quibus mod. toll. oblig. No-
uatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, atq;
translatio, ideſt cum ex præcedenti cauſa ita noua conſtituatur, vt prior perimatur, ex l. 1.
ff. de nouat. & Sylueſt. ad glo. in d. §. præterea.
11 Nuncupatur nouatio à nouo, quia accipit nomen à noua obligatione. Illud non intè-
reſt, qualis præceſſerit obligatio vtrum naturalis, an ciuilis, an honoraria; vtrum verbis,
an re, an conſenſu; qualiſcunq; igitur obligatio ſit, quæ præceſſit, nouari verbis poteſt, dum-
modo

Digitized by Google

modo ſequens obligatio, aut ciuiliter teneat, aut naturaliter. Hoc ex d. l. 1. ff. de nouat.

12 Tria ſunt iura circa naturam nouationis, ſecundum glo. in d. §. præterea, in verb. Nouatio primum eſt antiquiſſimũ ius; tunc .n. fiebat, licet nil noui interueniſſet, nec quoad perſonam, nec quo ad rem, aut ſimilia, per l. obligationem, §. fin. ff. de act. obligat. Secundum, eſt ius nouum, quod præſumatur nouatio, vbi aliquid noui in obligatione interueniſſet, per l. 2. ff. de nouat. Tertium, ius nouiſſimum, vbi expreſsè cauetur, quod in obligatione non intelligitur nouatum aliquid, niſi hoc clarè fuerit expreſſum, l. fin. C. de nouat.

Talis itaq; nouatio tollit non ſolum principalem obligationem, ſed omnes acceſſione Hippothecam, fideiuſſorem, vſurarum obligationem, & ſimilia, l. nouatione, l. ſi ſticum, ff. de nouat. l. Nouationem, C. de nouatio, ex glo. in d. §. præterea, de his latius in tit. ff. de nouat.

ff. C. Nouat.

13 Compenſatione tollitur etiam obligatio, Inſt. eod. §. fin. Eſt autem compenſatio debiti, & crediti inter ſe, ideſt ex vtraque parte contributio, l. compenſatio, ff. de compenſat. Ad veram compenſationem requiruntur plura. Primò, non datur in caſu negocij priuile-
14 giati, veluti ſi dux exercituum mandauerit alicui copiam rerum, vt adminiſtrētur neceſſaria exercitui, ſi iſte ceſſat ab adminiſtratione, tenetur mandati, & damna, in quo caſu non fit compenſatio, l. abnegationem, ff. eod. Secundò, qui perperam alienam poſſeſsionem occupat, non poteſt compenſare, l. fin. C. eod. Tertiò, Depoſitarius non compenſat cum depoſito, Inſt. de act. §. bonæ fidei. Quartò, ratione incerti non compenſatur cum certo, l. fin. §. pen. C. eod. Quintò, ratione priuilegij certæ perſonæ, vt recipere pro publicis vectigalibus, & tributis, l. cum eo, C. eod. Sextò, quando debitum diuerſum eſt in ſpecie, vt quia vnus debet pecuniam, alter fundum, l. ſi pecuniam, C. de rei vendit. l. ſi conuenerit, ff. de pign. act. quæ latius declarantur in tit. ff. & C. de compenſatione.

ff. C. Cõpenſa.

15 Dicitur compenſatio, quaſi communis penſatio, ac ſi lex dicat; non niſi in ponderibus, & quantitatibus locum habeat, l. ſi conſiſtat, C. eod. ponitur interdum compenſare pro experiri, vt in l. inter tutores, ff. de adminiſtrat. tut. Aliquando idem eſt, quod retinere, l. reſtituenda, C. de pec. hęred. De hac ſignificatione, vide Bart. l. amplius, ff. rem ratã habere.

Inſuper, & ceſsione tollitur obligatio, nam condemnati, & confeſsi cum ſatisfacere non poſsint, in carcerem ſolent detrudi, vt in rub. ff. de ceſſ. bonorum, per l. 1. & fin. C. eod. quo
16 timore fit ceſsio bonorum, & tollitur oblig. ex l. 1. & 2. ff. eod. Cedere autem bonis eſt bona ſua dimittere, & deſerere importunitate creditorum. Ideò requiritur confeſsio debiti, & tunc diſcutiuntur omnia bona, tam immobilia, quam mobilia, & veſte vnica dimiſſa, ne corpus denudetur, cœtera veniunt in diſcuſsione, glo. & Bart. in l. fin. C. eod. effectus iſtius ceſsionis eſt, quod debitor nõ tenetur ad ſolutionem debitorum, niſi in quantum fuerit effectus locupletior. Ideò non liberatur, nec ciuiliter, nec naturaliter, ſed pro illo tempore tantum, Inſt. de act. §. fin. & ſecundum iura digeſtorũ fit deducto eo, ne egeat, l. in condemnatione, ff. de reg. iur. de his in tit. ff. & C. de ceſſ. bonorum, & habetur in c. Odoardus de ſolut. per 40. dies poſt ceſsionem factam non datur dilacerandus à creditoribus, ſecundum l. 12. rab. vt etiam refert Aul. Gell.

ff. C. De ceſsione honorum.

17 Eſt & alia ceſsio, quæ multum differt ab iſta, ſicuti transferre ius incorporale, quod quis habet in re aliena, l. 1. C. de act. oblig. & transfertur vtilis actio in ceſsionarium directum penes creditorem, l. quis, ff. de pact. quæ vt valeat quinq; poſtulat. Primò, vt cedens habeat iuſtũ titulum. Secundò, interueniat precij numeratio ſi eſt ex cauſa venditionis. Tertio, facta ſit ex iuſto precio. Quartò, eiſdem perſonis. Quintò, ſit in totum alienata, l. per diuerſas, ff. mandati, & tunc ſi à debitore ceſſo receperit ſolutionem, liberatur, vide glo. in l. fin. C. de tranſact. Bart. in l. ex aſſe. ff. ad Trab.

18 Ad ceſsionem non fit tranſitus, niſi prius fuerit facta excuſsio bonorum debitoris, quæ eſt diligens, & diſtincta inquiſitio, ac detentio rerum, & bonorum principalis debitoris, facta per iudicem, vſq; ad peram, & ſacculum, l. 1. in princ. C. de decur. lib. 10. & propriè fit, quando creditor ageret hyppothecaria, vt ex Auth. Hoc ſi diligenter, C. de pignor. ſed regula eſt in omni caſu, quo debitor effectus eſt non ſoluendo, l. fin. ff. ſi certũ petatur. At ſi

debitor

debitor eſſet abſens, ceſſaret diſcuſſio, Auth.de fideiuſſ.§.1.& C.de pignorat.act. Auth.hoc
ita, vel quia mutauit ſtatum, vt non poſſit habiliter conueniri, glo. in l. 2. ff. qui ſatis cog.
Tunc facta diſcuſſione cum creditoribus, bona non remaneant, admittitur ad ceſſionem, ne
in carcere moriatur.

19 Multa ſignificantur hoc nomine, veluti tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam, ſicuti habe-
tur in tit.de tranſlat.Præla.& tunc pro deceſsione habetur, Auth.de nupt.§.quod autem,&
l.ſinatur, C.de inoff. teſt. Interdum eſt concedere, & conſtituere, l. fin. ff. communia præd.
aliquando renunciare, c.vnico, in Clem. de renunc. ſuccedere, l.cedere, ff.arb. furt. cæſar.
Item eſt remitti, l. 2. ff.de in ius vocan. ſic de pluribus, vt ſuis locis dicetur de præſenti tit.
ſupradictum eſt.

20 Tollitur aliquando obligatio in totum, vel in partem ſi error in obligatione fuerit cir-
ca quantitatem ſoluendam, vt in tit.ff.& C.de errore calculi. Errare eſt alterum pro alte- e.
ro putare, vt in l.ſi per errorem in princ.ff.de iud.quod verificatur in facto; vt ſi factum ali- Error calculi.
ter ſe habeat, & erit, aut iuſtus, iuſtiſsimus, aut iniuſtus, ſecundum Bart. in l. Celſus, ff.de
vſucap.iuſtus error cum quis mouetur ad aliquid credendum ita fuiſſe, vt in facto proprio;
21 interueniente aduerſarij ſuaſione, vt ſi dicatur, *trado tibi hunc equum, quem tibi donaui,* l.3.
ff.pro ſocio, l. ſi exiſtimans, ff. de ſolut. Iniuſtus error eſt in proprio facto, nulla aduerſarij
ſuaſione intercedente, l.quamquam, ff.ad vellia, l.quiſquis, C.de reſcind.vend. iuſtiſsimus
error eſt in facto alieno, vt ſi Procurator meus dixiſſet, *ſe emiſſe nomine meo,* l.quod vulgo,
ff.pro empt.l.fin.ff.pro ſoc.de errore rationis, vt in d. tit. Eſt ratio quædã in ſcriptura con-
tinente data, & recepta cauſa communis negociationis, Azo. in ſum. eod. tit. licet calculo
rationum ſtandum ſit, l. 1. C.de Confeſſ. tamen ſi probetur error, poteſt reuideri, l.vnica,
C. eod. calculus plura deſignat. Inde dicimus terminari calculo iudiciali, vt in c.per tuas,
de appellat.ideſt ſeruato ordine iud. Aliquãdo pro ſentẽtia diffinitiua .i. inſinuante, de off.
deleg.& plura notat, Azo.in ſum.C.de iure calculi. Inde calculatores dicũtur Geometræ.

22 Inſuper tollitur obligatio delegatione, vt l. delegare, ff. de nouat. vbi dicitur delegare
eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui iuſſerit. Fit autem delegatio, vel per ſtipu-
lationem, vel per litis conteſtationem.

23 In confuſione debiti, vt ſi debitor fiat hæres creditoris, l.ſi debitor, ff.de fideiuſſ. ſic dif-
fert à commiſtione. Confuſio, vt notat glo.in l.idem Pomponius, in verb.vtraq;, ff.de rei
vend. & l.ſi frumentum, §.idem ſcribit in princ.vbi notatur, quod in tribus differt confuſio
à mixtione, ſpecies dicitur miſceri, materia cõfundi, ſpecies mixta remanet in eadem ſub-
ſtantia, confusè transformatur in aliam materiam. Item confuſa ſunt communia, licet ſine
voluntate dominorum, mixta cum voluntate. Confundere dicitur quis (licet abuſiue) qui
frumenta miſcet, vt in pecunia eſt ſpeciale, & ſola mixtione ſuos facit, vide.ibi plura.

24 Item oblatione, conſignatione, vel depoſitione, l.qui decem, ff.de ſolut.vbi de oblat.ex
depoſit.in l.ſi ſoluturus, ff.eod.de conſignatione, l.acceptum, C.de vſuris.

Item interitu ſpeciei, vt ex l.ſi ex legat.ff.de verb.oblig.

Item mutuo diſſenſu ante effectum liberaretur, §. fin. Inſt. eod.

Sunt & aliæ cauſæ tollendi obligationes ex iùris pſæſumptione, veluti ſi à princ. oblig.
non valeret, vt quia filius familias ſe obligauit contra formam Sena tuſconſ. Macedoniani,
quod inductum fuit, quia Macedo filius fam. adeò vſuris erat intentus, quod ad illas exer-
cendas alienam pecuniam mutuo recipiebat, & ita filij grauati ære alieno, patrimonium
diſsipabant, viuente patre,& illius vitæ inſidiabantur, vt efficerentur domini. Ideò hoc Se-
natuſconſulto prouiſum fuit, vt filij in mutuo ſe obligare nõ poſſent, nec conualidatur mor- f.
25 te patris, vt in d.tit.ad Macedo.limitatur in multis, ſecũdum glo.in §.illud, Inſt.quod cum Ad Macedon:
eo, veluti ſi filius familias fuiſſet miles, ſi dixiſſet, ſe eſſe patrem familias, ſi publice pro pa-
tre familias haberetur, ſi fuerit in ſcholis, ſi alijs creditoribus ſoluerit, ſi factus pater fami-
lias debitum agnouerit, ſi vertit debitum in rem patris, ſi pater conſenſerit, vel non con-
tradixerit; ſi poſtea pater ratum habuit; ſi pater familias factus ſoluere cœperit, ſic de ſi-
milibus, vide etiam l.ſi filius familias, ff.ad Macedon.

26 Idem dicendum de eo, qui eſt ſub aliena poteſtate, ex quo à principio ſe obligare non poterat, vt habetur in tit. Inſt. quod cum eo, qui aliena poteſtate geſtum eſt, veluti de ſeruo, qui non poteſt ſe obligare, niſi dominus iuſſerit, nam tunc tenetur ex contractu ſerui in ſolidum, §. 1. & §. ſi igitur, Inſt. eod. At ſi dominus ignorauerit, ſed ea obligatione ſit effectus locupletior, tunc ad id tenetur ad rem verſam, §. præterea, Inſt. eod. & propterea tales obligationes, quæ à principio non valuerint tolluntur.

Inſt. Quod cũ eo.

27 Liberãtur etiam mulieres ab obligationibus factis contra formam Senatuſconſ. Velliani, nam cum fœminæ ſint debilis conſilij, facilè ſeducuntur. Ideò ad eorum fauorem factũ eſt, quod nec fideiubere pro alio poſsint, nec pro alio intercedere. Marco Syllano, & Velleiano cõſulibus. Qua de re ſi ſe obligauerint mulieres, nullius erit effectus obligatio, & reſtitutione tollitur, cum ea ſuccurratur, ex gloſ. in l. 1. ff. ad Vellianum, licet in multis excipiantur, veluti pro libertate, pro dote, ſic de ſingulis, vt in d. tit.

ff. Ad Velleianum.

Cœtera de ſimilibus cauſis tollendi obligationes latius in alia parte materiarum.

Hæc breuiter ſufficiant in tertiò lib. de Rebus.

SVMMARIVM.

1 *Ager.*
2 *Actum.*
3 *Actionis.*
4 *Armorum.*
5 *Arbitrium.*
6 *Anniculus.*
7 *Aedificta.*
8 *Aes.*
9 *Aduena.*
10 *Adulter.*
11 *Aeſtas.*
12 *Amicus.*
13 *Amphera.*
14 *Arca.*
15 *Artemon.*
16 *Armenta.*
17 *Aedes.*
18 *Agni portus.*
19 *Biſeſtus.*
20 *Boues.*
21 *Bona fidei.*
22 *Bona.*
23 *Creditor.*
24 *Cautum.*
25 *Continentia.*
26 *Cuſtodia.*
27 *Crimen.*
28 *Calumniatores.*
29 *Cauillatio.*
30 *Capitalis.*
31 *Carbonum.*
32 *Cætera.*
33 *Ciuitas.*
34 *Collegium.*
35 *Collega.*
36 *Contubernales.*
37 *Cauſa.*
38 *Ciues Romani.*
39 *Culpa magna.*
40 *Camera.*
41 *Dies.*
42 *Donum.*
43 *Donationis nomen.*
44 *Dolus malus.*
45 *Diuortium.*
46 *Debitor.*
47 *Dimiſſione littera.*
48 *Delata.*
49 *Domus.*
50 *Exacta pecunia.*
51 *Erro.*
52 *Exceptio.*
53 *Exercitus.*
54 *Enixa mulier.*
55 *Fabri tignarij.*
56 *Familia nomen.*
57 *Fundus.*
58 *Fructus.*
59 *Frumentum.*
60 *Filij appellatione.*
61 *Fraus.*
62 *Fœmina puerpere.*
63 *Falſus tutor.*
64 *Finitum.*
65 *Fur.*
66 *Foſſa.*
67 *Filiorum appellatione.*
68 *Glans.*
69 *Geſtum.*
70 *Generi.*
71 *Hæreditas.*
72 *Hæredis appellatione.*
73 *Hominis appellatione.*
74 *Hoſtes perduelles.*
75 *Hermaphroditus.*
76 *Integra terra.*
77 *Incertus poſſeſſor.*
78 *Inſtratum.*
79 *Impenſa.*
80 *Iumenta.*
81 *Inſtrumentorũ appellatione.*
82 *Incola.*
83 *Inſtructa taberna.*
84 *Intercalaris menſis.*
85 *Inteſtatus.*
86 *Iura prædiorum.*
87 *Infra diem mortis.*
88 *Legum appellatione.*
89 *Liberatio.*
90 *Liberorum appellationem.*
91 *Litis nomen.*
92 *Locus.*
93 *Lictus.*
94 *Liberti.*
95 *Lata culpa.*
96 *Locuplex.*
97 *Lignorum appellationem.*
98 *Mulieris appellationem.*
99 *Munus.*
100 *Munus publicum.*
101 *Municeps.*
102 *Magiſtri.*

103 Mer-

103 *Mercis appellatione.*
104 *Mater familias.*
105 *Mouentium.*
106 *Mobilium.*
107 *Morbus.*
108 *Maſculinum.*
109 *Mulcta pecuniaria.*
110 *Maior pars.*
111 *Matrimonium ſolutum.*
112 *Malum.*
113 *Magiſtratus.*
114 *Magna negligentia.*
115 *Mangones.*
116 *Materia appellatione.*
117 *Meum.*
118 *Mille paſſus.*
119 *Minus ſoluere.*
120 *Modica pars.*
121 *Nominis appellatione.*
122 *Noſtrum.*
123 *Nurus appellatione.*
124 *Noualis terra.*
125 *Notio.*
126 *Natorum appellatione.*
127 *Natus.*
128 *Noxa appellatione.*
129 *Nupta.*
130 *Negationes duæ.*
131 *Oppidum.*
132 *Opere.*
133 *Oſtentum.*
134 *Optimus.*
135 { *Obligationes.* *Opprobrium.* *Ope.*
136 *Pecunia appellatione.*
137 *Publica bona.*
138 *Publicanus.*
139 *Partis appellatione.*
140 *Partus.*
141 *Parentis appellatione.*
142 *Patroni.*
143 *Paſcua.*
144 *Pratum.*
145 *Probrum.*
146 *Portus.*
147 *Poſſeſsio.*
148 *Proximus.*
149 *Pœna.*
150 *Pellex.*
151 *Prularis numerus.*
152 *Paries.*
153 *Pueri appellatione.*
154 *Pupillus.*
155 *Poſthumi.*
156 *Portiones, & 158.*
157 *Pali, & Pertica.*
159 *Perſecutio.*
160 *Prouinciales.*
161 *Prædia Vrbana.*
162 *Præuaricatores.*
163 *Poteſtas.*
164 *Perduellio.*
165 *Plebs.*
166 *Pignus.*
167 *Plumbum.*
168 *Paterfamilias.*
169 *Poſteriores.*
170 *Quanti.*
171 *Rapina.*
172 *Redditus.*
173 *Repudium.*
174 *Regula.*
175 *Reliquiarũ appellatione.*
176 *Rei appellatione.*
177 *Ruſtica quæ dicantur.*
178 *Roma.*
179 *Sponſio.*
180 *Stipendium.*
181 *Silua cædua.*
182 *Stipula illecta.*
183 *Serui appellatione.*
184 *Supremus.*
185 *Specioſa perſona.*
186 *Stuprum.*
187 *Sequeſter.*
188 *Spadones.*
189 *Soceri appellationi.*
190 *Spatra.*
191 *Singularis num.*
192 *Suum.*
193 *Structura.*
194 *Statua.*
195 *Scena.*
196 *Sonticus morbus.*
197 *Sepulchrum.*
198 *Sodales.*
199 *Significatio.*
200 *Tributum.*
201 *Tigni appellatione.*
202 *Tugurij appellatione.*
203 *Taberna appellatione.*
204 *Tabernacula.*
205 *Tecti appellatione.*
206 *Territorium.*
207 *Teremixa.*
208 *Totum fundum.*
209 *Tuarum appellatione.*
210 *Tempus præſens.*
211 *Vrbis appellatione.*
212 *Vectigal.*
213 *Vſura pecuniæ.*
214 *Villa.*
215 *Victus appellatione.*
216 *Vitium.*
217 *Veſtis appellatione.*
218 *Virilis portio.*
219 *Via.*
220 *Vſu ſuo.*
221 *Vinaria.*
222 *Vinculorum.*
223 *Venenum.*
224 *Vidua.*
225 *Vnum.*
226 *Verbum.*
227 *Abeſſe.*
228 *Ammiſiſſe.*
229 *Agere.*
230 *Alienare.*
231 *Accipere.*
232 *Abrogari.*
233 *Accidere.*
234 *Aſsignare.*
235 *Beare.*
236 *Contrahere.*
237 *Cognoſcere.*
238 *Capere.*
239 *Cenſere.*
240 *Commendare.*
241 *Cedere diem.*
242 *Cauere.*
243 *Deſinere.*
244 *Deteſtari.*
245 *Diſpugnare.*
246 *Dediſſe, & 247.*
248 *Debere.*
249 *Exhibere.*
250 *Edere.*
251 *Exigere.*
252 *Erit verbum.*
253 *Eſt verbum.*
254 *Fuiſſe.*
255 *Facere.*

256	*Ferri.*	288	*Minus.*	324	*In.*
257	*Serere.*	289	*Coram.*	325	*Ita.*
258	*Habere filium.*	290	*Penes te.*	326	*Item.*
259	*Habere apud ſe.*	291	*Coniunctiones.*	327	*Mox.*
260	*Habere quid ſit.*	292	*Coniunctio, & 299.*	328	*Poſtea.*
261	*Iudicaſſe.*	293	*Coniunctum re.*	329	*Poſtquam.*
262	*Legare.*	294	*Coniunctum verbis.*	330	*Pro.*
263	*Opportebit.*	295	*Coniunctum re, & verbis, & 296.*	331	*Prope.*
264	*Obuenire.*			332	*Proin.*
265	*Poſſe.*	297	*Diſiunctiua, & 301.*	333	*Quicunque.*
266	*Peperiſſe.*	298	*Subdiſiunctiua.*	334	*Quiſquis.*
267	*Perfeciſſe.*	300	*Copula.*	335	*Quin.*
268	*Pernoctare.*	302	*Soluta oratio, quæ, & 304.*	336	*Quoties.*
269	*Perueniſſe.*			337	*Quoad.*
270	*Pertinere.*	303	*Si quid.*	338	*Quodammodo.*
271	*Portare.*	305	*Niſi dictio.*	339	*Quondam.*
272	*Rapere.*	306	*Ne dictio.*	340	*Rurſus.*
273	*Reſtituere.*	307	*Neque dictio.*	341	*Ritè, & rectè.*
274	*Reddere rationes.*	308	*Ab dictio.*	342	*Sed.*
275	*Soluere.*	309	*Ad.*	343	*Sed & ſi.*
276	*Subſignare.*	310	*Alioquin.*	344	*Semper.*
277	*Veniſſe.*	311	*Alterius.*	345	*Sæpe.*
278	*Viuere.*	313	*Aut dictio.*	346	*Seu, & ſiue.*
279	*Alienatum.*	314	*Autem.*	347	*Si.*
280	*Enixa mulier.*	315	*Clam.*	348	*Sicut.*
	Emiſſum.	316	*Cum.*	349	*Siue.*
281	*Subſignatum.*	317	*De.*	350	*Sine.*
282	*Solutum.*	318	*Diu.*	351	*Statim.*
283	*Meorũ, & tuorũ appella.*	319	*Dummodo.*	352	*Super.*
284	*Vix.*	320	*Dumtaxat.*	353	*Tanquam.*
285	*Palam.*	321	*Ex.*	354	*Tamdiu.*
286	*Rectè.*	322	*Haud.*	355	*Tunc.*
287	*Amplius, & 312.*	323	*Immo.*	356	*Vſque.*

DILVCIDATIO XX. DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

VLTIMO in loco poſuimus titulum de verborum ſignificatione, vt cœterorum terminorum notitia cumulatius habeatur. Declarauimus ſupra Rubricas de Iure: Perſonis, & de Rebus: ſed cum plura ad prædictorum dilucidationem deſiderētur; Ideò ad ipſius iuris dilucidationẽ ad inſtar Iuſtiniani, quaſi ad omnium complementum in calce digeſtorum titulum hunc appoſuimus de verb. ſignific. cum maxima ex ea iura profitentibus vtilitas accedat. Propterea, vt cuncta ſuo ordine diſponantur: Titulum prædictũ in partes orationis diuiſimus: veluti prius de nomine, deinde de verbo, poſtmodum de participijs: Pronomine, propoſitione, & tandem de cœteris orationis partibus dicemus, vt his omnibus ſic diſpoſitis Lector eo facilius ſtudio proficiat. Qua de re cum verborum magis, quam vocũ ſignificationibus ſtandum ſit, vt notatur in Auth. vt iud. ſine quo in §. hæc omnia, ideò de verborum non vocum ſignificatione rubricatur. Sumitur autem propria verborum ſignificatio ex definitione, vt ait Bart. in l. liberorum, ff. de verb. ſignif. num. 2. & quando difinitio repugnat alluſioni vocabuli ſtamus difinitioni: Idcircò aliud eſt habere ſenſum ex propria ſignificatione, vel ex interpretatione: propria ſignificatio non ſumitur ex com-

ex communi vſu loquendi, quia non eſt intellectus proprius, ſed figuratiuus, & interpretatiuus, & ſic communis vſus non poteſt alterare proprium rei ſignificatum. Agitur hic de propria ſignificatione, quæ ſumitur ex ethimologia vocabuli, ſecundum Bart. l. 1. ff. ad municip. num. 15. & quando vocabulũ plures haberet ſignificationes proprias ab illis, non eſt recedendum, & propria eſt ſignificatio, quæ magis legiſlatoris menti, ſeu materiæ conuenit, Bart. l. in ambiguo, ff. de rebus dub. num. 3. & in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. nu. 58. de mente intelligitur ſi illa ſignificatio nullam continet iniquitatem, vel abſurditatem, vel repugnantiam iuris communis, vel lęſionem iuris tertij, aut qualitas perſonæ, ſeu facti aliter innueret, necnon propria ſignificatio ſumitur ab authoritate, vt ſi in aliqua lege id declaretur; prout nos hic agimus declarando verba per ipſas leges, vel à definitione, vel ab alluſione ipſius vocabuli, cęteris deficientibus, dummodo talis alluſio non repugnet difinitioni, de quis infra in dilucidationibus legum dicemus: Ex hoc itaq; tit. de verb. ſign. hæc quæ ſequuntur pro terminorum dilucidatione collegimus. ff. De verbo ſignific.

1 Ager eius appellatione venit locus, ſiue villa, vt ſpecies fundi, qui ad vſum hominis cõparatur, ſecundum l. ager, ff. eod. ſic fundus eſt genus, ager eſt ſpecies, l. quæſtio, ff. eod. ſic omnis fundus continet agrum, non ex contrario, l. fundi, ff. eod.

2 Actum generale eſt verbum, ſiue verbis, ſiue re, quid agatur, vt in ſtipulatione, vel numèratione, l. labeo, ff. eod.

3 Actionis verbo etiam perſecutio continetur, l. actione, ff. eod. ſed non continetur exceptio, l. verbum oportebit; ſic nomen actionis dicitur generale, & ſpeciale, & ſumitur large, dum dicitur actio in rem, ſi reſpicit perſonam, ſtrictè ſumitur, l. pecuniæ verbũ, ff. eod.

4 Armorum appellatione veniunt non tantum ſcuta, gladij, & galeæ, ſed etiam fuſtes, & lapides, quibus vis infertur, l. armorum, ff. eod.

5 Arbitrium ſignificat, quod ſecundum ius fieri poteſt, ſic arbitrium boni viri, quod boni iuris, l. ſua verba, ff. eod.

6 Anniculus non dicitur ille, qui ſtatim natus eſt, ſed qui trecenteſimo ſexageſimo quinto die natus, ſatis eſt, quod dies ſit inceptus, licet non ſit exactus, nam numeratio anni fit ad dies, non ad momenta temporum, l. anniculus hoc eodem modo dicitur, quod anniculus mortuus eſt, qui ex ſummo anni die moritur, ſecundum conſuetudinem loquendi, dies incepta habetur pro cœpta, l. anniculus amittitur, ff. eod. & ibi habetur, quod non fiat numeratio diei.

7 Aedificia dicũtur eſſe Romæ, etſi in limitibus Romæ exiſtunt, & perfectum dicitur ædificium, quando ita conſumatum eſt, vt iam in vſu eſſe poſſit, l. ædificia Romæ, & continetur ſub eo tugurium, quod inſeruit rebus ruſticis, l. tugurij, necnon venit taberna ad habitandum debita, l. tabernæ, & venit fundus, l. fundi.

8 Aes alienum dicitur, quod nos alijs debemus, aes ſuum, quod alij nobis debent, l. cedere diem, §. aes alienum, & dum dicimus aes, venit etiam aurum, vel aliquid pro eo, quod eſt ſimile auro, l. etiam, §. eod.

9 Aduena dicitur ille, qui nouas ſedes quærit, & priores deſerit, l. pupillus, §. aduena, ff. eod. quod etiam nomine græco venit, vt ibi.

10 Adulter non dicitur, qui animo tantum cum nupta copulari vellet, ſed requiritur ipſe actus, l. fugitiuus, non committitur adulterium cum nupta, l. inter ſtuprum, ff. eod.

11 Aeſtas eſt medium tempus inter Autumnum, & ver, & tres menſes continet, l. vnica, §. æſtas, ff. pe quid in flum. pub.

12 Amicus cum ſit idem velle, & nolle cum altero amico in honeſtis, ſecundum Tull. lib. de amicit. Ideò ſic in l. latæ culpæ, §. amicus deſcribitur. Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerunt iura à præfatæ honeſtatis, familiaritatis quæſita rationibus. Sic duo requiruntur ad amicitiam, quod familiaritas ſit ab antiquo, & longa conuerſatione, & de Rebus honeſtis, alias inter iniquos non eſt amicitia.

13 Amphoræ vinariæ dicuntur vaſa vbi vinum cuſtoditur, ſic & vaſa torcularia, ac dolia, & ſimilia, quamdiu vinum retinent, ſic amphora vinaria dicuntur, ſed ſi inania fuerint, &

& ad alium vſum adaptari poſſunt, tunc nomen vſuarij amittitur, l. vinaria vaſa, ff. eod.

14 Area dicitur locus, ſine ædificio in vrbe, vbi ædificium ædificari poſſit, l. fundi, ff. eod.

15 Artemon eſt additamentū quoddam nauibus, & non eſt pars nauis, l. malus, §. artemon, ff. eod.

16 Armenta continent magis boues, quam iumentum, l. boues, ff. eod.

17 Aedes dicuntur vrbana ædificia, l. fundi appellatione.

18 Angiportus dicitur ſtrictus portus, aut parua porta ciuitatis, alio nomine porticella, glo. in l. portus, ff. eod.

19 Biſeſtus ita deſcribitur in l. cum biſeſtus, cum glo. ff. eod. Annus diuiſus eſt in 12. menſes, ſecundum 12. ſigna Zodiaci, & quilibet menſis habet 30. dies, exceptis Martio, Maio, Iulio, Auguſto, Octobre, Decembre, & Ianuario, qui habent dies 31. & Februario, qui habet 28. ſic computantur dies 365. pro integro circulo Zodiaci, qui dicitur annus, & horæ ſex. Iſtæ horæ ſex quarto anno conſtituunt diem, qui eſt horarum 24. Iſta dies additur menſi Februarij, & eo anno habet dies 29. & quia menſis, ſecundum antiquos eſt diuiſus in Nonas, Idus, & Calendas, dies iſte ponitur in numero Calendarum, quia ponitur vltimo die Calendarum. Sic deſcribitur Biſeſtus; Eſt exceſſus diei, qui numero ſex horarum quolibet quarto anno conſtituitur, & dicitur hoc nomine, vel quia bis ſumitur numerus ſextus .i. pluries, aut quia in eius expreſſione dicitur bis ſexto Calend. Martij, vt colligitur in d. glo. fin. l. cum biſeſtus.

20 Boues inter armenta connumerantur, non inter iumenta, l. boues.

21 Bonæ fidei dicitur ille, qui ignorat rem eſſe alienam, aut putat ius eſſe illius, qui vendidit, vt in procuratore, vel tutore, l. bonæ fidei.

22 Bona de hoc nomine ſupra dictum eſt in lib. 3. c. bona in princ.

23 Creditor dicitur cui debetur ex quacunq; actione, vel perſecutione, vel ſtipulatione, ſine illa remotione perpetuæ exceptionis, & hoc ſiue agatur iure ordinario, ſcilicet iure actionis, vel extraordinario, ſcilicet officio Iudicis, tam ſi debeatur pure, quam ſub conditione, vel in diem, & ne tantundem debeat creditor, quia non eſſet creditor & ſit. Creditor quolibet contractu, l. creditorum, ff. eod. Sic loco creditorū accipitur ille, cui debetur tam ex empto, quam locato, vel alio contractu, quaſi ex delicto debeatur excepta pupillari cauſa, ante litis conteſtationem, l. ſi cui exemptor, l. creditor, ff. eod. Creditor ergo eſt is, qui exceptione perpetua ſemoueri non poteſt, ſic qui timet exceptionem temporalem erit creditor conditionalis, & dicuntur illi, quibus nondum competit actio, ſed eſt competitura, l. conditionalis, ff. eod.

24 Cautum dicitur, quod certum eſt, ſiue rebus, ſiue perſona, rebus vt pignore, perſona, vt fideiuſſione, l. habere, §. cautum.

25 Continentia dicuntur, quæ iuncta ſunt, ſicuti cōtinentes Prouincias Italiæ appellamus Galliam, & Siciliam, licet modico freto ſit ab Italia ſeiuncta, l. notionem, §. continentes, ff. eod. & continentia vrbis dicuntur eſſe in vrbe, l. qui in continentibus, ff. eod.

26 Cuſtodia appellatur locus publicus, vbi vincula tenentur, vel ipſa vincula, l. vinculorum, ff. eod.

27 Crimen commiſſum non dicitur, quod animo tantum eſt commiſſum, quia ſola voluntas non facit delictum in foro contentioſo, l. fugitiuus, ff. eod.

28 Calumniatores appellantur, qui fraude alios vexant litibus, l. ſi calumniator.

29 Cauillatio eſt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſpoſitio ad ea, quæ ſunt euidenter falſa, l. natura cauillationis, ff. eod. Et hoc accidit ex mutatione ſignificationis terminorum, vt dum dicitur res diuinæ ſunt in bonis nullius, & quod nullius eſt, occupantis fit ſic bona ſacra poſſunt occupari, quod falſum reputatur, quia verbum nullius, quod bis ſumitur, diſsimiliter ſumitur in ſecundo loco à primo, ex glo. in d. l. natura.

30 Capitalis cauſa, ſecundum vulgarem modum loquendi intelligitur de cauſa exiſtimationis, ſed propriè pro pœna mortis, vel amiſsionis ciuitatis, l. licet capitalis, ff. eod.

31 Carbonum appellatione non continetur materia, qua fiunt carbones, ſcilicet ligna, nec

titio-

Digitized by Google

titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, quæ ſuum proprium nomen habent, ſcilicet titiones, ſed benè ſunt materiæ ad carbones, ſed ipſi carbones nomen habent ſeparatum, l. carbonum, ff. eod.

32 Cætera ſignificant omnia, quæ dantur ad tuendum, vel curandum corpus noſtrum, quo eo vtimur, l. cętera, ff. eod. & ſi in legato ponatur, venit omne, quod eſt in legato, & optio rei legetur, l. cęterorum, ff. eod.

33 Ciuitas intelligitur de Roma, quia publica eſt omnibus ciuibus, cęteræ verò dicūtur ciuitates largo modo, ſcilicet priuatorum, l. eum qui, §. fin. ff. eod.

34 Collegium ſumitur pro congregatione ad minus trium perſonarum, l. Neratius, ff. eod. retineri, ſecundum glo. ibi.

35 Collega dicitur ille, qui eſt eiuſdem poteſtatis, ſicut duo cōſules, ſic duo tutores, l. collegiorum, ff. eod.

36 Contubernales dicuntur, qui tabernas colunt, l. inde tabernacula, ff. eod.

37 Cauſa ſub nomine Rei continetur, l. Rei appellatione, ff. eod.

38 Ciues Romani dicuntur, qui in vrbe morantur, l. in vrbe, ff. de ſtat. homi.

39 Culpa magna eſt nimia negligentia non intelligere, quod omnes intelligunt, l. cedere diem, l. magna negligentia, ff. eod.

40 Camera ſignificat habitationē, qua ponitur cōtinens pro cōtento, Bal. in rub. C. edicto.

41 Dies eſt ſpatium 24. horarum, l. more Romano, ff. de fer. & glo. in l. cum biſſeſtus, ff. de verb. ſignif. Sed differentia eſt, quando incipiat dies, ſecundum Romanos incipit à media nocte, vſq; ad aliam mediam noctem, ex d. l. more Romano. Athenienſes ab occaſu ad aliū occaſum. Babilonij ab ortu ad alium ortum. Arabes à meridie, vt ibi glo. Et hæc eſt diuiſio diei naturalis 24. horarum. Conſtituitur etiam, & alter dies, qui dicitur artificialis, incipit ab ortu Solis, vſq; ad occaſum, ſic ſumitur pro eo ſpatio, ſeu tempore, quo Sol eſt ſuper terram. Eccleſia Romana accipit diem à veſpere, vt in Geneſi legitur, & factum eſt veſpere, & mane dies vnus, maior pars diei Artificialis eſt ſpatium 7. horarum aſcendente Sole, vſq; ad occaſum, l. vrbis, §. cuiuſque, ff. eod. & maior pars cōſideratur, quoad vſum, & commoditatem, & vtilitatem, quod tempus dicitur magis accommodatum ad labores hominum, non quoad ſpatium, ſecundum glo. in d. l. vrbis, ff. eod.

42 Donum differt à munere, ſicut genus à ſpecie, & dicitur à donando, munus eſt ſpecies, l. interdum, & munus habet cauſam, vt in die natali, vel nuptiarum, ſic munus eſt, quod neceſſario ſubimus .i. lege, more, Imperio eius, qui iubendi habet poteſtatem, l. munus. Dona ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, & officij, ſed ſponte præſtatur, ſic omne donum dicitur munus, nec è contra d. l. munus.

43 Donationis nomen, ſimpliciter loquēdo, comprehendit omnem donationem, ſiue mortis cauſa, ſiue non, l. alienatum, §. donationis, ff. eod.

44 Dolus malus intelligitur de omni dolo, l. hæc verba, ff. eod. & culpa eſt, quæ magna negligentia committitur, ſic magna culpa dolus eſt, l. magna, ff. eod.

45 Diuortium eſt inter virum, & vxorem, l. inter ſtuprum, §. diuortium, l. inter diuortium, ff. eod. & differt à repudio, vt ibi.

46 Debitor intelligitur, à quo inuito pecunia exigi poteſt, l. debitor, ff. eod.

47 Dimiſſoriæ litteræ dicuntur alio nomine Apoſtoli .i. miſſiuæ, hac de cauſa dimiſſoriæ dicuntur, cum ad eum, qui appellatus eſt dimittantur. Forma talis erit. *Notū ſit vobis, quod talis à ſententia mea, qua condemnatus erat, ad vos appellauit, vnde ad vos eum remitto*, ſic Iudex à quo, qui ſcilicet ſententiam dixit, mittit ad Iudicem, ad quem fit appellatio, glo. in d. l. dimiſſoriæ.

48 Delāta hæreditas dicitur, qua quis poſsit adeundo conſequi poſſeſſionem, dicitur delata cum decreta eſt, l. delata, ibi glo. ff. eod.

49 Domus dicitur vbi quiſq; ſedes, & tabulas habet, & ſuarum rerum conſtitutionem fecerit, l. in lege, ff. eod.

50 Exacta pecunia defertur nō ſolū ad ſolutionē, ſed etiam ad obligationē, l. veſtra, ff. eod.

51 Erro dicitur fugitiuus, & requiritur ad hoc, vt aliquo actu conſtet, non ſola voluntate, l. fugitiuus, ff. eodem.

52 Exceptio differt ab actione, quia iſta proſequimur, illa.ſ.exceptione repellimur, ſed in onere probandi ſunt pares; & exceptio non venit ſub verbo oportebit, l.verbum oportere, ibi glo.ff.eod. Eſt ergo exceptio contradictio, quæ modo eximit reum a damnatione, modo minuit damnationem, l.exceptio, ff.de empt. & dicta eſt, quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cuiuſcunque rei ſolet ad excludendum id, quod in condemnationem, & intentionem deductum eſt, l. 2. ff.de except.

53 Exercitus non tantum vnam cohortem, vel vnam alam continet, ſed illum dicimus, vbi adeſt multus numerus militũ; ſic exercitui præeſſe dicimus, eum qui legionẽ, vel legiones cũ ſuis auxilijs ab Imperatore cõmiſſas adminiſtrat, ſed hic eum, qui ab aliquo numero militum miſſus eſt, quaſi ab exercitu miſſum, ſic accipimus, l. quod ait prætor, §. exercitum, ff.de his, quę nobis infra: exercitus nomen ab exercitatione traxit, l. 1. in princ. ff.miles, teſt.

54 Enixa mulier tres filios in vno partu, dicitur ter enixa, l.ter enixa, ff.eod.

55 Fabri tignarij dicuntur non tantũ illi, qui tigna dolant, ſed omnes, qui ædificant, l.ferri, §.fabros, ff.eod.

56 Familię nomen demonſtrat liberos homines, nam nec duo ſerui faciunt familiam, l. deteſtatio, ff.eod. ſic diuerſimodè capitur, vel in res, aut in perſonas, ſecundum l.pronunciatio, §.familię, ff eod. in res, vt ex l. 12. tab. dicitur agnatus proximus familiam habeto, i. rem hæreditariam. In perſonas, vt ex l.colligitur, vt dum lex loquitur de patrono, & liberto, dicebatur de familia; ſic refertur ad corpus, quod iure proprio ipſorum, aut commune vniuerſę cognationis continetur, vt paterfam. materfam. licet filios non habeant, quia à domino fit denominatio, & ſic communi nomine familię veniunt omnes agnati, ſub cuius poteſtate fuerunt, d. §.familię, & eius appellatione veniunt filij, & ſerui filiorum dominorum, qui ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiã Iuliam in d. §. familię.

Item continetur & ipſe princeps, ſed fœminarum, liberorum in familia non ſunt eiuſdẽ matris, ſed patris, l.familia, ff. eod. cum glo.ibi.

Item familiarum quædam dicuntur vrbanę, quædam ruſticæ, & in hoc non attenditur locus, ſed genus; vnde poteſt dici vrbana familia, licet in rure ſit, dummodo operas ruſticas familia non faciat, ſic vrbanum à ruſtico diſcernitur non à loco, ſed à qualitate morum, & exercitij, l. vrbana familia, ff. eod.

57 Fundus eſt integrum aliquod, & plerunq; ſumitur ſine villa, & dicitur omnis paruus locus habeamus: non.n.magnitudo loci à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, ſic quælibet pars fundi poteſt dici fundus; ſi ita fuerit animo noſtro conſtitutus, & fundus habet ſuos fines, l.locus, ff.eod. & fundi appellatione venit omnis ædificium, & omnis ager, l.fundi appellatione; diſtat ab agro, & prædio, quia fundus eſt omne, quod ſolo tenetur. Ager eſt ſpecialis fundi ad vſum hominis, l.quæſtio eſt, ff.eod. Prędium eſt generale nomen, vt infra in verbo prædium. Fruges pro reddita ſumuntur non ſolum, quod ex frumentis, & leguminibus, ſed quod ex vino, ſiluis ceduis, aurifodinis, lapidicinis, ſed non veniunt carnes, aues, feræ, aut poma, l. fruges, ff.eod.

58 Fructus ſunt, qui ſuperſunt deductis expenſis factis gratia eorum colligendorũ, vel acquirendorum, aut conſeruandorum, l.ſi à domino, §.fructus, ff. de petit.hæred. & ſub eius appellatione venit etiam collatio beneficij, glo. in c.cum olim, ext. de maio. & ob id ſũt duæ ſpecies fructuum; vna dicitur induſtrialis, alia naturalis. Induſtrialis, vt frumentum, vinum, oleum, lac, lana, & ſimilia, quæ ſine induſtria hominis non ſunt. Naturalis, ſicuti poma, pira, ficus, l.fructus, ff.de vſur.& glo.in l.ſequitur, §.fructus, ff.de vſucap. Inde fructuarius, qui rei dominus non eſt, l.vti frui, §.fin. ff.de vſufruct. pet. licet in multis, & pro domino habeatur, ſicuti in percipiendis fructibus, l. Titio, §. 1. ff.de vſu.

59 Frumentum eſt, quod ariſta ſe tenet, vt granum, ſpelta, ordeum, auena, & ſimilia, quæ

ſpicam

ſpicam in ariſta habent, vnde quæ ſiliquos habent, & non ſpinas, non veniunt ſub nomine frumenti; vt lupinum, faba, quæ potius fruges ſunt, ſecundum ſiliquos. l. pelles retinent, l. frugem, §. frumentum, ff. eod. & ibi glo. Hodie autem, ſecundum cõmunem vſum loquẽdi, ſub nomine frumenti venit tantum granũ, eo quod cetera ſua bonitate antecellat, glo. in d. l. frugem, §. frumentum; ſi legatur à teſtatore vxori ſuæ frumẽtum, intelligitur de eo, quod eſt tempore mortis teſtatoris, Bald. in rubr. C. eod.

60 Filij appellatione quid veniat. vide ſupra in lib. 1. de perſonis, dilucid. 8. de liberis.

61 Fraus ſine pœna eſſe non poteſt, & eſt ipſa noxa, l. aliud. ff. eod.

62 Fœminæ puerperæ ſunt recentes ex partu, l. illa verba, ff. eod.

63 Falſus tutor dicitur, qui tutor non eſt, l. Paulus reſpondit, ff. eod.

Falſum teſtamentũ non eſt, quod teſtamentũ non eſt; vel verum non eſt, l. Paulus, ff. eod.

64 Finitũ dicitur non ſolum illud, de quo controuerſia fuit, ſed etiam, quæ ſine controuerſia ſunt poſſeſſa, l. tranſacta, ff. eod. & illa, quæ ſunt iudicio terminata, l. vt ſunt, ff. eod.

65 Fur non dicitur, qui animo tantum furatur, ſed effectu, l. fugitiuus, ff. eod. furem non eſſe, ſignificat propoſitum hominis velle furari; ſic ſolutum eſſe furto, ſignificat nemini eſſe obligatum de furto, l. aliud eſt, ff. eod.

66 Foſſa eſt receptaculum aquæ manu factum, quæ poſſunt eſſe, & publica, & priuata, l. vnica, §. ſana, ff. vt in flumi. pub. nauig.

67 Filiorum appellatione quando veniant nepotes, Bart. l. liberorum, ff. eod. nu. 4. ita diſtinguit, ſi profertur à lege, vel ſtrictè, diſtinctè, diſcretiuè, vel indefinitè. Si diſtinctè, vel diſcretiuè, vt quia voluit illos diſcernere ab alijs inferioribus, & tunc ſequẽtes non intelliguntur, vt in l. pater, ff. de adult. Si indefinitè proferatur, tunc vlteriores continentur, d. l. liberorum, & l. iuſta, l. filij, ff. eod. Si dubitatur quo modo lex locuta fuerit, ſi ſtatuit ad alios non extendi, quia diſcretè loquitur, vt l. iubemus, C. ad Trebell. Si indulget filijs, nec extenditur, l. ſed & militum, §. 1. ff. de excuſat. tut. eo magis ſi ratio filiorum non militat in nepotes; ſi ab homine, vt à teſtatore eos honorando, & fit ad eorum beneficium, vt in datione tutelæ, & refertur. In alijs autem non, ex Bar. in d. l. liberorũ. Ita veniunt poſthumi appellatione filij in fauorabilibus, l. non in filiorum, ff. eod.

At in reſcriptis principum, vbi continetur fauor, vt dum conceditur aliquid filijs honeſtum, intelligitur & nepotibus, per l. fin. C. de conſt. pecu. Sed ſi contineat priuilegiũ contra ius commune, tunc non extenditur, vt ibi, quia reſcripta tunc ſunt ſtrictè interpretãda, l. ſi quando, C. de dilat. Si inter contrahentes, tunc interpretatio fit contra producentem, alijs non concurrentibus, l. veteribus. ff. de pact.

68 Glans caduca eſt illa, quæ ex arbore cecidit, l. ſiluę, §. glans, ff. eod. & eius appellatione venit omnis fructus, quia eo nomine dicuntur Græco idiomate omnes arbores, l. qui venenum, in fin. ff. eod.

69 Geſtum quid ſignificet, vide in verbo genere.

70 Generi appellatione, & neptis, & proneptis ex filio, & filia, æditarum cæterorumque maritorum contineri manifeſtum eſt, l. generi, ff. eod.

71 Hæreditas eſt vniuerſum ius, quod defunctus habuit, l. nihil eſt, ff. eod. ſed res hæreditaria non eſt hæreditas, ſed ſucceſsio, ſic nomen eſt iuris, continens damnoſam, & vtilem hæreditatem, glo. in d. l. nihil, & l. hæreditatis, ff. eod. Vnde hæreditatis appellatione, & bonorum poſſeſsio continetur, d. l. hæreditatis; & cum ſit nomen iuris acceſsionem, & deceſsionem in ſe recipit, atq; augentur etiam fructibus, l. pecuniæ, §. hæreditas, ff. eod. Hæreditas non dicitur illius, qui eſt apud hoſtes, l. 3. §. fin. ff. eod. de iure ſtricto. ſed ſic de æquitate: Nam à prima hora ſuæ captiuitatis dicitur, quod ille deceſſerit, ex l. Cornelia, vide glo. non poteſt d. l. 3. Obuenit hæreditas ex l. quando, & ex teſtamento venit, quia ex l. 12. tab. Hæreditates teſtamentariæ confirmantur, l. obuenit, ff. eod. & dicitur delata hæreditas, quam quis poteſt adeundo conſequi, l. delata, ff. eod.

72 Hæredis appellatio refertur ad omnes hæredes, tam proximiores, quàm vlteriores; nam & hæres hæredis, & deinceps continentur, l. hæredis appellatione, ff. eod. Sed in ſubſtitu-

ſtitutione pupillari facta his verbis; *Quiſquis mihi hæres erit, eidem filio hæres eſto*; tunc hæres hæredis non venit; ſed regula eſt, quod veniũt omnes ſucceſſores, exceptis caſibus expreſſis, l. ſciendum, ff. eod. & in d. l. hæredis; & nomen hæredis expreſſum in ſubſtitutione demonſtratur tantum proximus hæres, & ſcriptus. Et ideò non venit hæres hæredis, l. ex illa parta, ff. eod.

73 Hominis appellatione venit tam maſculus, quàm fœmina, l. homines, ff. eod.

74 Hoſtes perduelles dicuntur, l. quos nos, ff. eod. & ſunt hoſtes, qui nobis, vel quibus nos publicè bellum decernimus; cęteri latrones, aut prædones ſunt, l. hoſtes, ff. eodem.

75 Hermafroditus dicitur ille, qui duplicem ſexũ habet, & illius dicitur, cuius naturæ magis particeps eſt, l. quæritur, ff. eod.

76 Integra terra dicitur illa, in quam nondum Dominus, paſcendi gratia, pecus immiſit, l. ſilua, §. integra, ff. eod.

77 Incertus poſſeſſor dicitur ille, quem ignoramus, l. ſubſignatum, ff. eod.

78 Inſtratum ſignificat omne veſtimentum, quod ſternitur ad cubandum, & ſuper eo, quis iacet, ſicuti culcitra, tappetum, & ſimilia, l. ſtratum, ff. eod. & dicitur à ſternendo, & ſumi poteſt, tam de lana, quàm de ſerico, lino, & ſimilibus, & venit ſub eo ſtragulum; vt ibi.

79 Impenſa verbũ diuiditur, nam quædã dicitur neceſſaria, quædã vtilis, alia voluntaria, l. impenſa, ff. eod. neceſſaria eſt illa, quæ ſi facta non ſit, res peritura, aut deterior futura eſt, vt ibi; vtilis, quæ meliorẽ rẽ facit, & deteriores nõ eſſe ſint, vt plantationes arborũ, vt ibi. voluntaria, quæ ſpeciem dumtaxt ornat, & fructus non auget, vt ornamẽta ſingula; vt ibi.

80 Iumenta ſignificat equos, non autem boues, ff. eod.

81 Inſtrumentorũ appellatione veniunt carthæ, in quibus aliquid redactum eſt, vt in Auth. de fid. inſtr. Item quædam alia dicuntur ex interpretatione, vt teſtes; Item dicitur inſtrumentum apparatus fundi, de fund. inſtit. lega. l. notionem, §. inſtrumenti, gloſſ. in verbo inſtrumentorum.

Item inſtrumenta bonæ fidei, quæ apta ſunt, & rebus, & hominibus, & ad negociationẽ ſunt parata, l. inſtrumenta, ff. eod.

82 Incola dicitur ille, qui in aliqua regione domicilium contulit, & intelligitur tam de illis, qui in oppido morantur, quàm qui in aliquibus oppidi finibus agrum habent, in quem ſe recipiunt ad ſuas ſedes, l. pupillus, §. incola, ff. eodem.

83 Inſtructa taberna eſt, quæ & rebus, & hominibus ad negociationẽ paratis conſtat, l. inſtructam autem, ff. eod.

84 Intercalaris menſis eſt Februarius, qui habet dies 28. & in biſeſtilis 29. l. cum biſeſtus, §. fin. ff. eod.

85 Inteſtatus eſt non tantùm, qui teſtamentum non facit, ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt, l. inteſtatus, ff. eod.

86 Iura prædiorum ſunt ipſa prædia, & eorum qualitas. i. bonitas, ſalubritas, & amplitudo, l. quid aliud, ff. eodem.

87 Infra diem mortis, intelligitur etiam ipſe dies, quo quis moritur, l. ſi quis, ff. eodem.

In vinculis eſſe non dicitur, qui in carcere eſt clauſus, ſed ille, cui vincula ſunt adhibita, l. verum eſt, ff. eodem.

88 Legum appellatione veniunt tam verba, quàm ſententiæ legum, l. nominis, §. verbum ff. eodem.

89 Liberatio idem ſignificat, quod ſoluere, quia tollitur obligatio; licet alio modo fieri poſſit, liberatio, quam ſolutionis, l. liberationis, ibi glo. ff. eodem.

90 Liberorum appellatione continentur non tantum qui ſunt in poteſtate, ſed omnes, qui ſunt ſui iuris, ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus, & ex fœminino ſexu deſcendentes, l. cognoſcere, §. liberorum, ff. eodem. Et veniunt etiam naturales filij, glo. ibi. Item veniunt deſcẽdentes, & nepotes ex filia, ibi glo. ſed non veniunt, qui mortui naſcuntur, qui neq; nati, neq; procreati videntur, l. qui mortui, ff. eodem. Et falſum eſt, eam peperiſſe; cui mortuus filius exectus eſt, l. anniculus, §. fin. ff. eodem. Item veniunt nepotes, & pronepotes, & cete-

ri de-

ri deſcendentes, l. liberorum, ff. eod. niſi aliter fuerit expreſſum; qui nepotem vnum reliquerit, non videtur, quod deceſſerit ſine liberis, vt ibi Bart. in d. l. liberorum, nu. 19. Tenet, qd' extendamur vſque ad trinepotes, cęteri deſcendentes vocantur poſteriores, vt ibi.

91 Litis nomen omnem actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in actionem ſit intentata, vel interpretanda, l. litis nomen, ff. eodem.

92 Locus non eſt fundus, ſed portio aliqua fundi, vnde dicitur ſiue paruus, ſiue magnus ſit, & eius appellatione non ſolum ad ruſtica, ſed ad vrbana quoq; prædia pertinere, & poteſt ſuo latere terminare, l. locus eſt, ff. eod. ſi locus conſideratur in vrbe, dicitur Area, dum eſt ſine ædificio in iure dicitur, l. fundi appellatione, ff. eod.

93 Lictus eſt quouſq; maximus fluctus hibernus à mare excurrit, l. lictus eſt, ff. eod. & duplex eſt, vel publicũ, de quo dictũ eſt, vel priuatũ, vt lacus, & ſimilia, l. lictus publicũ, ff. eod.

94 Liberti appellatione, & liberta continetur, l. liberti, ff. eodem.

95 Lata culpa eſt maxima negligentia, non intelligere, quod omnes intelligunt, l. cedere diem, in fin. l. latæ culpæ, & magna culpa dicitur dolus, l. magna, ff. eod.

96 Locuplex eſt, qui ſatis idoneè ſe habet, p magnitudine rei, l. quos nõ, §. locuplex, ff. eod.

97 Lignorum appellatione veniunt ea, quæ parata ſunt ad Carbones, & titiones eſſe; nec non quæ ad faces ſunt parata, ſed iſta non dicuntur ligna, quia habẽt proprium nomen, ex l. Carbonum, ff. eod. nec continentur pali, & perticæ, quia redigendi ſunt in nummerũ materiæ, l. pali, ff. eod.

98 Mulieris appellatione continetur virgo viripotens, ſic ſumitur pro omni perſona fœminini ſexus etiam infantili, l. argẽto, §. mulier, ff. de aur. & arg. legat. & ſumitur pro viri potente. ſ. 12. annorum, Inſt. quibus modis tut. ſing. in ptinc. tertiò modò ſumitur pro muliere corrupta, vel virgine, l. mulieris, ff. eod. vel corrupta tantũ, l. alioquin, §. quod ſi ego, ff. de contrah. empt.

99 Munus tribus modis dicitur; Primò, ſcillicet donum, quia munera dãtur, vel mittuntur, pro onere tutelæ, vel alterius, vt vacatio militiæ; Inde immunitas. ſ. liberatio ab onere præſtationis; Tertiò, pro aliquo officio publico, inde munus Reip. & munificus, l. munus, ff. eod. dum ſumitur pro dono intelligitur cum cauſa, vt in nuptijs, & alijs ſimilibus temporibus, l. interdum, ff. eod.

100 Munus publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos, vniuerſosq; ciues, remq; eorum Imperio magiſtratus extraordinario prouenit, l. pupillus, §. munus, ff. eodem.

101 Municeps dicitur, qui in eorum municipio nati ſunt, l. municeps, ff. eod. & dicitur pro eo, cui aliquid officium eſt impartitum; ſic dicitur, quod munera ciuilia cupiat, l. munus in fin. ff. eodem.

102 Magiſtri ſunt, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quam cœteri diligentiam, & ſolicitudinem debent; quibus præſunt. Inde, & cuiuslibet diſciplinæ præceptores magiſtri appellantur, & dicuntur à monendo, vel monſtrando, l. quibus, ff. eod. dicuntur etiam magiſtri, quaſi magis, quam alij i. diſcipuli, & dicuntur etiam magiſtri ſocietatum, & liberalium artium, & mechanicarum. Et in magiſterio tria requiruntur, in docendo ſolertia, fides, & ſcientia, glo. in l. quibus. Quæ ſit differentia inter magiſtrum, & doctorem, vide glo. & Card. in Clement. 1. de mag. & Hoſt. in §. 1. de mag.

103 Mercis appellatione veniunt tantum res mobiles, l. mercis, ff. eod.

104 Mater familias dicitur, quæ non inhoneſtè vixit, & nihil intereſt an nupta ſit, vel vidua, ingenua, vel libertina, nam neq; nuptiæ, neq; natales, ſed boni mores matrem familias faciunt, quia mores diſcernunt matrem fam. à cœteris fœminis, in d. l. pronunciatum, ff. eod. Secundò, pro fœmina notæ auctoritatis, l. deinde, ff. de lib. hom. exhiben. in fine. Tertiò, largiſſimè pro omni fœmina, quæ ſit ſui iuris, l. pronunciatio, §. ſi.

105 Mouentium, & } Idem ſunt, niſi aliud appareat de mente loquentis, vt dum defun-
106 Mobilium } ctus in legato facto intellexerit tãtum de animalibus, & dixerit mouentia illa tãtum intelliguntur, l. mouentia, ff. eod.

107 Morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem, l.inter ſtuprum, §.morbum, ff.eod. inde dicitur morbus ſenticus, qui cuilibet rei nocet, l.morbos, ff.eod.

108 Maſculinum quando concipiat fœmininum, vt dum dicitur quiſquis mihi alius filius, filiæuè hæres ſit, ſecundum figuram verborum, & fœmina continetur, ſed veritas eſt in contrarium, niſi appareat de mente diſponentis, l.quiſquis, ff.eod. in fauorabilibus continentur, vt in datione tutoris, l. Herennius; vnde dum ponitur ſingularis; vel pluralis tantum num. comprehendit omnes, ſed vbi vtrumq; ſimul, bis ponitur maſculinum tantum, & non fœmininum demonſtratur d.l.Herennius, & quandoq; porrigitur ad vtrumq; d. l. pronunciatio, Bart.in l.verbum hoc, §.ſi quis, ff.eod. Ita declarat diſtinguendo hanc materiam; ſi maſculus profertur ſub nomine proprio, tunc non concipit fęmininum, l. ſi quis ita cũ glo. ff.de teſtam.tut.niſi à lege proferatur, ſi ſub nomine appellatiuo, & conſtat de intentione proferentis, & concipit, l.Lucius, §.quæſitum, ff.de legat.3.ſi non conſtat, tunc videndum, aut cognoſcit maſculinum, tum & non concipit, l. fin. ff. de tut.ſi in materia competenti maſc. & fœmina, vt in fauorabilibus concipit, l.ſi quis, ff.de iuriſd. omn.Iudic.ſi de odio irrationabili, & tunc non concipit, l.quiſquis, C.ad l. Iul. Maieſtati. Notandum, quod quædam nomina ſunt communia, vt homo,& continet maſculinum, & fœmininum, l.hominis, ff.de verb.ſignif.quædam ſunt maſc.tantum, & iſta continent fœmininũ ex interpretatione, non ex propria ſignificatione; quædam ſunt adiectiua, vt quiſquis,& tunc videndum, cui ſigno applicetur .ſ. an communi, & proprio, ſi communi concipit ex propria ſignificatione, ſi proprio ex extenſione; ſi non habet ſignum refertur ad commune, & concipit. Ita colligitur ex mente, & verbis, Bart.ibi, quæ omnia plenius in prima parte.

109 Mulcta pecuniaria pęna eſt, & datur arbitrio iudicantis à Iudice ordinario, magiſtratu, & Præſidibus Prouinciarum, & ab ea licet appellare,& datur, ſecundum modum legis, & nõ infamat.l.aliud,ibi glo.ff.eod.& adęquatur nomine pęna,& mulcta,l.ſi quia pęnæ,ff.eod.

110 Maior pars anni dicuntur duo mẽſes aduerſus illũ,qui nihil poſſederit,aut paucioribus tribus,l.maiori parte, ff.eod.

111 Matrimonium ſolutum dicitur tantum morte alterius coniugis, quàm diuortio, l. conquerebatur, ff.eod.

112 Malum eſt pars nauis; nam ſine eo nauis eſt inutilis ad nauigandum,& eſt arbor exiſtens in naui fixa, l. ſi malum, ff. eod.

113 Magiſtratus per deriuationẽ à magiſtris veniũt, quia ad ipſos pertinet ſollicitudo Reip. magis, quam alijs, l. quibus, ff.eod.

114 Magna negligentia culpa eſt,magna culpa dolus eſt, l. magna negligentia, ff. eod.

115 Mangones non appellantur mercatores, ſed venalitiarios .i. ſeruorum comparatores, l. mercis, ff.eod.

116 Materiæ appellatione non veniunt materiati, vt dum dicitur liber non continẽtur chartæ, l.Carbonum; ibi glo.ff.eod.ſed veniunt pali, & perticæ, l.pali, ff.eod.

117 Meum dicitur, quod alterius non eſt, nec vlla pars, l.rectè dicimus, ff. eod.& ſub nomine meorum continẽtur etiam actiones, l. meorum. Sic aliquorum dicitur prædiũ non communiter habentium, ſed vel aliud alio habente, l. litus, ff.eod.

118 Mille paſſus ab vrbe, non à muro vrbis, ſed à continentibus ædificijs numerandi ſunt, l. mille paſſus, ff.eod.

119 Minus ſoluere non dicitur is,in quem amplioris ſummæ actio non competit, l. non poteſt, ff.eod. & minus ſolutum videtur, & ſi nihil eſt exactum, l, verbum, ff. eodem, & l. minus, ff. eodem.

120 Modica pars dicuntur duo nummi, vel quarta pars eorum, quæ debentur. Inde munuſculum, l.hęc adiectio, ff.eod.& hoc eſt arbitrarium Iudicis, vt plurimum, ſecundũ glo, ibi.

Monumentum, vide ſepulcrum.

121 Nominis appellatione venit contractus, & obligatio, l.nominis, ff.eod.

122 Noſtrum dicitur omne illud, quod poſſidemus, licet vſufructus alterius ſit, quia vſusfructus eſt pars ſeruitutis, non dominij,& licet totũ non ſit noſtrũ; tamen ſatis eſt eſſe partem, l.rectè dicimus, ff.eod.

123 Nu-

123 Nurus appellatione venit pronurus, & vltra, l.nurus, ff.eod.

124 Noualis terra dicitur præciſa, quæ anno ceſſat, & dicitur noualis .i. noſcitur apta ad colendum, vt pratum, quod colitur ad ſeminandum frumentum; ſic noualis fit pluribus modis, vel quia terra, poſtquam fuit arata, & ex ea fructus collecti, manet præciſa, vt impinguetur, vel quia frumentum non cecidit, & ceſſauit iam diu, ſicuti pratum, & terra ſiluata, l.ſilua cedua, §.noualis, ff.eod.

125 Notionem accipimus pro cognitione, & iuriſdictione, l.notionem. Vnde Iudex habens notionem, dicitur habere iuriſdictionem ordinariam, ſi habet cognitionem, tunc iuriſdictionem delegatam, glo.ibi.

126 Natorum appellatione veniunt nepotes, l. natorum, ff. eod.

127 Natus ille non dicitur, qui mortuus naſcitur, quia nec procreati videntur, l.qui mortui, ff.eod.ſic non rumpit teſtamentum, ſecundum glo. ibi.

128 Noxæ appellatione continetur omne delictum, l.plebs, §.noxæ, ff.eod.

129 Nupta dicitur, quæ primas nuptias contraxit, l.boues, §. dum nupta, ff. eod.

130 Negationes duæ permittunt magis, quam negant, l.duobus, ff.eod.

131 Oppidum dicitur ab ope, quod eius rei cauſa mœnia ſint conſtituta, l.pupillus, §. oppidum, ff.eod.ornatus dicuntur, quæ ornaméti cauſa ſunt, non quæ perficiunt ædes, l.ſtatuæ, ff. eod. & ſic in legato ornamentorum facto mulieri veniunt anuli, excepto anulo ſignatorio, l.ſignatorius, ff.eod.

132 Operæ nomine venit, & locatum, & conductum, vel corpus perfectum ex aliquo opere, l.rei, §. opera, ff. eod.

133 Oſtentum eſt omne, quod eſt cõtra naturam cuiuſcunq; rei genitum, factumq; ſic locum habet, & in brutis, l. oſtenſum, ff. eod. Duo ſunt genera oſtentorum, vnum quod naſcitur contra naturam, vt habere tres manus, alterum, quod prodigioſum videtur, vt phantaſma, quæ monſtra dicuntur ſine forma humana.

134 Optimus max.& optimè max. ſignificat libertatẽ, & dum quis tradit ædes optimè max. intelligitur ſine aliqua ſeruitute, ſed liberè, l.qui vti, l.ſi cum fundum, l. illa verba, ff.eod. & dum dicitur, *lego fundum meum optimũ, maximũ*, licet vnus fundus tantum reperiatur in illo tamen habet locum legatum, ibi.

135 Obligationes veniunt in conceſſione bonorum, l.Princeps, ff.eod.
Opprobrium eſt, quod natura turpe eſt, vt furtum, & adulterium, l.probrum, ff.eod.
Ope dicitur, quod conſilio maligno, & facto ad aliquid perpetrandum commiſſum eſt, l.ſæpe, §. fin. ff.eod.

136 Pecuniæ appellatione venit res, l. pecuniæ, ff. eod. Itẽ refertur ad ea, quæ in noſtro patrimonio ſunt, l.rei appellatione, ff.eod.& non tantum complectitur numeratã pecuniam, ſed omnia corpora pecuniæ, l.pecuniæ verbum. Vnde cum ſtipulamur, quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenerit, tunc res ipſas, quæ proueniunt, nõ pretia earum ſpectare videtur, l. cum ſtipulamur, ff. eod.

137 Publica illa bona dicuntur, quæ ſunt alicuius Ciuitatis, præſertim Pop. Rom. l.bona ciuitatis, ff.eod.& inter publica non numerantur res ſacræ, neq; religioſæ, ſed quæ ſunt ciuitatis; ſtrictim autem dicuntur theatra, & ſimilia; quædã alia dicuntur publica ſtrictiſſimè, vt illa, quæ ſunt in patrimonio Ciuitatis, ſicuti molendina communis, ſed publica propriè ſunt, quæ alienari non poſſunt, nec vſurpari. Ideò dicuntur publica, quaſi ad publicum vſum deſtinata, l.inter pub.ibi glo. ff.eod.

138 Publicanus dicitur, qui vectigal Pop. Rom. conduxit, & venit quaſi à Rep. quæ erant tunc Pop. Romani, l.cum qui vectigal, ff.eod.

139 Partis appellatione venit etiã id, quod pro indiuiſo eſt cum alio; nam quod diuiſum eſt, dicitur noſtrum totum, & non partem, ſic partis nomine venit vtrunq; cum ex vtraq; parte vnum tantum voluerit conſtituere agrum, retinendo quilibet dominium ſui temporis, l.rectè dicimus, §.fin.ff.eod.& ibi glo.ſub nomine partis non venit res furtiua, l.partũ. Sub nomine rei venit etiam pars, l. appellatione rei, ff. eod.

140 Par-

140 Partus non eſt pars rei furtiuæ, licet ancilla furtiua fuerit, & licet ancilla peperit monſtrum; tamen enixa dicitur, l.partum, l.quæret, ff. eod. Vnde mulier, quæ tres filios enixa eſt vno partu, dicitur ter peperiſſe, l. ter enixa, ff.eod.

141 Parentis appellatione venit non tantum pater, ſed & auus, & proauus, deinceps omnes ſuperiores continentur, ſed & mater auia, proauia, l. appellatione parentis, l. iuſta interpretatione in fine, ff. eod. inde vbicunq; fit mentio de patre, intelligitur etiam de auo, ſecundum glo.ibi Bart. limitat, in l.liberorum num. fin. ſi profertur ab homine dirigitur ad certam perſonam tunc continet patrem tantum per l.ſi quis ita, ff.de teſt. tut.ſi profertur à lege in caſu fauorabili,tunc refertur ad auũ, d.l.iuſta,& glo.in l.nonnunquã, ff.de coll.bon.

142 Patroni appellatione, & patrona continetur, l.patroni, ff.eod.in d. l. licet, ff.eod.

143 Paſcua ſilua eſt, quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt, l.ſilua, §.fin. ff.eod.

144 Pratum eſt, in quo ad fructus ſuſcipiẽdos falce dumtaxat opus eſt, & dicitur ex eo,quod paratum eſt ad fructus capiendos, l. pratum, ff.eod.

145 Probrum, & opprobrium idem ſunt, & dicuntur ſic duplici cauſa; Primò, continetur omne illud, quod eſt natura turpe, & quod fit contra ius naturale, vel legem Dei, vt furtum, & adulterium; Secundò, quod fit contra mores ciuitatis, vt damnari tutelæ adminiſtratione, & ſimilium, l. probrum, ff. eod.

146 Portus dicitur concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur,& ea nihilominus eſt ſtatio concluſa, & munita; Inde angi portus, l, portus, ff. eod.

147 Poſſeſſio interdum ſignificat proprietatem, vt quãdo quis legat poſſeſſ. ſuas, tunc proprietate ſumitur, l.interdum, ff.eod. diſtat ab agro iuris proprietate, quicquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, Ideò poſſeſſionem appellamus, licet poſſeſſio ſit vſus agrorum, & proprietatis, l.quęſtio, §.poſſeſſ.ff.eod. aliquando ſumitur ſtrictè ſine proprietate, & eſt vſus in his, quæ poſſideri poſſunt gratia vſus, non proprietatis,aliquando ſumitur cum proprietate, vt dum eſt, & poteſt dici habere proprietatem, & poſſeſſionem, l.quæſtio, cum glo. ff.eod.

148 Proximus dicitur,quem nemo antecedit, l.proximus, ff.eod.& continetur ille, qui ſolus eſt, l.proximi, ff.eod.

149 Pœna ſine fraude eſſe non poteſt, & eſt noxæ vindicta, l.aliud, §. pœna, ff. eod.& eſt generale nomen omnium delictorũ coertio, & continet non pecuniæ pœnam tantũ,ſed etiam & capitis, & æſtimationis, quæ venit ab aliqua lege, vel homine, ibi glo. inde, quæ pœna eſt, mulcta eſt,& quæ mulcta eſt, pœna eſt, l.ſi qua pęna,ff.eod.

150 Pellex eſt, quæ cum vxor non ſit, ſi cum aliquo tamen viuit, amica eſt, ſeu concubina, l. maturius, ff. eod.

151 Pluralis numerus ſumitur multipliciter, vt pro ſingulari, vt dum dicitur, ſi deceſſerit ſine liberis,ſufficit vnam tantum filiam reliquiſſe, l.cum pater, §.rogo, ff.de leg.3.& l.nõ eſt, l. nam quod, ff. eod.

152 Paries eſt ſine muris, ſeu menijs, l.quantum, ff.eod. ſed muri intelliguntur cùm cemento męnia ſine cemento.

153 Pueri appellatione venit etiam puella, & tunc maſculinum concipit fœmininum, l. illa verba, §.pueri,ff.eod. & ſub hoc nomine tria continentur, ſerui, puella, ætas puerilis, l. pueri, ff. eod.

154 Pupillus non eſt, qui in vtero exiſtit, quia tunc eſt viſcerum pars, l.non eſt,ff.eod.& iſte cum impubes ſit, deſinit eſſe in patris poteſtate, aut morte, aut emancipatione, l.pupillus, ff. eodem.

155 Poſthumi appellatione continentur non nati, e cęteri liberi, & nepotes, vt ad fauorem eorum, glo.in l. nomen, ff.eod.

156 Portionis nomen ſi quanta ſit non conſtat, pro dimidia intelliguntur, l. nomen filiorũ, & portionis, ff.eod.

157 Pali, & perticæ in nu. materiæ redigendi ſunt, l. pali, ff. eod.

158 Portionis verbum in rem actiones ſignificant, l.pecuniæ, §. petitionis, ff. eod.

159 Per-

159 Perſecutionis verbum extraordinarias perſecutiones contineri fideicommiſſorum, & ſimilia, & venit omnis actio, ſiue ciuilis, ſiue extraordinaria, l. perſecutio, §. fin. ff.eodem.

160 Prouinciales accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent, non eos, qui ex prouincia oriundi ſunt, l.prouinciales, ff.eodem.

161 Pluris non infinita pecunia continetur, ſed media dumtaxat, l.nec adiecta, ff.eod.

162 Prædia vrbana ſunt non tantum ædificia exiſtentia in Oppidis, tam ſtabula, quàm alia, quæ merentur mercedem, vt in villis, & in vicis, vel ſi facta ſunt voluptatis cauſa, nam vrbanum prædium non locus, ſed materia facit; veniunt etiam horti in ædificijs conſtitutis, niſi ſint in fructu, vt vineatij, & oleatorij, l.vrbana prædia, ff.eodem.

163 Præuaricatores dicimus, qui cauſas aduerſatijs ſuis donat, & ex patte actoris in partem rei coincidunt, & à varicando dicti ſunt, l.præuaricatores, ff.eod.

164 Poteſtatis verbo plura ſignificantur, in Magiſtratu imperium, in liberis, patria poteſtas, in ſeruis dominium, in delinquẽte facultas, l. poteſtatis, ff. eodem.

165 Perduelliones ſunt hoſtes, cum quibus bellum geritur, l.quos nos, ff. eod.

166 Plebs ſignificat cæteros ciues ſine Senatoribus; l.plebs, ff. eod.

167 Pignus dicitur à pugno, quia res, quæ pignori datur manu traditur, ſic propriè pignus eſt rei mobilis, l.plebs, §.pignus, ff. eod.

168 Plumbum erat, quod pro tegulis ponebatur in ædificijs, ſicuti modo vtuntur Eccleſiæ Venetorum. & vt ædes, vt plurimum nobilium vtuntur, l.malum, §. plumbum, ff eod.

169 Paterfamilias dicitur, qui domi dominium habet, quamuis filium non habeat, ſic & pupillus dicitur paterfamilias, & cum moritur paterfamilias, pluribus filijs relictis ſingula capita incipiunt habere dominium, & tot erunt paterfam. l. pronunciatio, §.partem, ff.eod.

170 Poſteriores dicuntur, qui ſunt vltra nepotes, l.Iuriſcõſultus, §.parẽs, ff.de grad.cognat.

171 Quanti ea res erit, ſignificat veram æſtimationem fieri, l. inter hæc verba, ff. eod.

172 Rapina tria ſignificat, rapientem, rapinam ipſam, & rem raptã, nec dicitur rapina, niſi tria iſta concurrant, l.Marcellus, cum glo. ff.eodem.

173 Redditus genus eſt ad omnes fruges, cum omnis fructus ſit redditus, ſed non è contra; nam pattus eſt redditus, non fructus, glo. in l. frugem, ff. eod.

174 Repudium eſt inter ſponſos, ſed improptiè, & cadit inter virum, & vxorem, l.inter ſtuptum, §.diuortium, ff.eod. l.inter diuortium, ff.eod.

175 Regula eſt, quæ rem ſicuti eſt breuiter enarrat, non vt ex regula ius ſeruatur, ſed ex iure regula fiat, l.1.ff.de reg. iuris.

176 Reliquiarum appellatione, vide ſupra in verbo cæterum.

177 Rei appellatione, vide ſupra in lib.3. c.res.

178 Ruſtica, quæ dicantur, vide ſupra in verb. prædium, & ædificium.

179 Roma, vide in verbo Vrbs, in fine.

180 Sponſio non tantum continet, quod fit interrogatione interueniente, ſed omnis ſtipulatio, & promiſſio, l. ſponſio, ff. eod.

181 Stipendium eſt modicum æs ſoluendum nuncio Principis, & dicitur à ſtipe, quod eſt tributum, l.ager, ff.eod.

182 Silua cedua dicitur, quæ habilis eſt ad cedendum, vt illa, quæ ſuccinſa, rurſus ex ſtirpibus, & radicibus renaſcitur, l. ſilua cedua, ff eod.

183 Stipulæ illectæ ſunt ſpicæ in meſſe deiectæ, nondũ lectæ, quas ruſtici cum vacauerint, colligunt, l.ſilua, §. ſtipulæ, ff. eod.

184 Serui appellatione, venit & ancilla, l.deteſtatio, §.ſerui, ff.eod. dicuntur ſerui à ſeruando, ſecundum l.pupillus, §.ſeruorum, ff. eod. de quibus ſupra, lib.2.c.de ſeruis.

185 Supremus eſt, quem nemo ſequitur, l.proximus, ff. eod. & poteſt in vno verificari, l. in vulg. ff. eodem.

186 Specioſæ perſonæ ſunt clariſſimæ vtriuſq; ſexus, & ornamentis Senatorijs vtuntur, l.ſpecioſos, ff.eod. filiæ ſequuntur virum, l.liberos, ff. de Senatoribus.

187 Stuprum differt ab adulterio, quia illud cõmittitur in virgine, vel vidua, l.inter ſtuprũ, ff.eod.

188 Sequeſter dicitur apud quem plures,eandem rem,de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, dicitur ab eo, quod occurrenti, vel quaſi ſequenti eos, qui contendunt,committitur, l. ſequeſter, ff. eodem.

189 Spadonis nomen continet plura, vt illos, qui ſunt caſtrati à natiuitate; vel poſtea, vt illos, quod amputata eſt virga cum virilibus, qui dicuntur Thilibre, l.Spadones, ff.eodem.

190 Soceri appellatione venit auus, & auia vxoris, vel mariti, l.ſoceri, ff.eod.

191 Spatia numeranda ſunt à continentibus vrbis, l.mille paſſus, ff. eod.

192 Singularis numerus ſæpè ponitur pro plurali, vt militem Romanum Annibal apud Cānas concidit.i.milites Romanos, vel dum quis ſtipulatur pro ſe, & hærede ſuo; intelligitur etiam ſi plures fuerint hęredes, vt in l.in vſu, ff. eod.

193 Suum, ambiguum eſt, an de toto, vel de parte ſignificet. Ideò intelligitur, quod commune eſt, l. pupillus, §. ſuum, ff. eod.

194 Structuræ ſunt alicuius loci in æſtate factæ ex tabulis, & in hyeme in formam ædium,& non intereſt, an ſint perpetuæ, vel ad tempus, l. malum, §. ſtructuræ, ff. eod.

195 Statuæ, quæ ſunt affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut ſimiliter,quæ coherent lignis, non ſunt ædium, l. ſtatuę, ff.eod.

196 Scena eſt, quæ ludorū faciendorum cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturq; ſpectaculū ſui pbiturus poſita ſit in publico,priuatouè loco,vel in vico,quo tamē loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur, l. 2.§.ait prætor, ff.de his,qui not. infam.

Sonticus morbus dicitur is, qui cuilibet rei nocet, l. morbus, ff.eod.

197 Sepulcrū eſt vbi corpus, oſſauè hominis condita ſunt, l.2 §.ſepulcrum, ff.de reli.&ſumpt. fun. Alio nomine dicitur monumentum, quod memoriæ ſeruandæ gratia extitit,& moneat mentem, vt ibi.

198 Sodales ſunt,qui eiuſdem Collegij ſunt, l.Sodales,ff.de Colleg.& corpor. illicit.

Superſtes dicitur, qui naſci ſpetatur, & qui viuit, l.quod dicimus, ff. eod.

199 Significatio eſt proprius, & verus ſenſus dictionis ab intellectu, vel ſtatuto legiſlatoris attributus. Auctoritas inuentoris, vel legiſlatoris dedit propria, & vera ſignificata vocabulis, l. liberorum, ff. eod.

200 Tributum dicitur à contributione,vel ex eo,quod militibus tribuatur, l.ager, ff.eodem.

201 Tigni appellatione ex l.12.tabularum, omne genus materiæ, ex qua ædeficia conſtant, ſignificantur, l.tigni, ff.eod. Inde tignarij fabri ſunt, non tantum qui tigna dolant, ſed qui ædificant, l.ferri, ff.eod. in fin.

202 Tugurij appellatione omne ædificiū, quod ruſticæ rei inſeruit magis, quam vrbanis ædibus, ſic à tecto, tanquam tuguriolum, l.tugurij, ff.eod.

203 Tabernæ appellatione venit omne vile ædificium ad habitandum, non ex eo, quod tabulis claudatur, l. tabernæ, ff. eod.

204 Tabernacula dicta ſunt à verbo taberna; Inde contubernales, l.inde tabernacula,ff.eod.

205 Teli appellatione, venit non tantum, quod atcu mittitur, ſed & lapis, & lignū, & ferrū, & dicitur ab eo,qđ in longinquum mittitur, l. ſi calumnietur, §.telum, ff.eod.

206 Territorium eſt vniuerſitas agrorum, iuxta fines cuiuſcunque ciuitatis, & ſic dictum eſt, eo, quod Magiſtratus eius loci intra eos confines terrendi, ſubmouendi ius habent, l.pupillus, §. territorium, ff. eodem.

207 Ter enixa dicitur, quæ tergeminos peperit, l. ter enixa, ff. eod.

208 Totum fundum nos dicimus noſtrum eſſe, licet vſusfructus ſit alienus, eo quod eſt ſeruitus, & non pars dominij, l.rectè, ff. eod.

209 Tuotū appellatione continentur etiam actiones, l. meorum, ff. eodem.

210 Tempus præſens quando pro præterito ſumatur, vt infra in verbo, eſt, quia præteritum durat, vſque ad præſens tempus, dum dicitur Troia capta eſt, hoc eſt, durat, vel dicitur, quia verbum præſentis temporis iungitur cum participio præteriti temporis, ſic dicitur, quod præſens continet præteritum duratione, l.in verbum oportebit, ff.eod. quale continet futurum tempus, & tunc diſtinguenda tempora. Nam quoddam tempus dicitur præ-

teritum perfectum,& finitum,& tunc ad futurum non extenditur, l.leges, C. de leg. quoddam eſt præteritum non finitum, ſed extenſum in futurum, & extenditur in futurum illud, l.verbum erit, ff.de verb. ſignific. Quoddam eſt præteritum parte finitum, & parte non finitum, & extenditur ad illud, quod non eſt finitum, l.pen.C.de vſu. Præteritum verò non continet futurum, niſi extenſione, vel ratione rei, cui adijcitur, l.talis ſcriptura.ff.de lega. 1. per Barr. in d.l.verbum oportebit.

211 Vrbis appellatione, Roma intelligitur, quæ à muris,& continentibus deſcribitur,l.Vrbis.ff. eod. dicitur ab Vrbo, curuatura aratri, quod in condendo ciuitatem, ſolent adhiberi. l.pupillus.§.Vrbs. ff.cod. ſub continentibus Vrbis, intelliguntur ſuburbia, glo. ibi,& in l.Alpheus.ff.eod. Vrbana prædia, vide in verbo prædia, vrbana familia, in verbo familia.

212 Vectigal dicitur pedagium, quod exoluitur de eo, quod extrahitur, & octaua eius rei, ex qua præſtatur, l.ex præſtatione.C.de vectig. glo.in l.eum qui vectigal. ff.eod. & quoddam dicitur publicum, quod Fiſcus capit, vel venalium rerum, quoddam priuatum, l. inter publica.§.publica. ff. eodem.

213 Vſuræ pecuniæ, quam percipimus in fructuando, quaſi non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa in noua obligatione,l.vſura.ff.eod.

214 Villæ ſunt ruſtica ædificia, l.fundi appellatione.ff.eod.

215 Victus appellatione continentur, quæ vſui potui, cultuiq; corporis,& quæ ad viuendum neceſſaria ſunt, ſic & veſtitus venit, l.verbo victus.ff. eod. & non venit ſtragulum, l.inſtratum. ff. eodem.

216 Vitium eſt proprium corporis impedimentum, vt in luſco, & illo, qui cum lumine adhibito nihil videt, l.inteſtatus. §. morbum. ff. eodem.

217 Veſtis appellatione continetur tam virilis, quàm muliebris,Tragedica, & Cathedradica, l. veſtis. ff. eod.

218 Virilis appellatione venit tota hæreditas, ſed propriè eſt æqua pars, l.virilis, & eſt, vt cum duo inſtituuntur hæredes in viriles partes, quorum vnus deceſſit ante aditam hæreditatem; tunc totam habet ſuperſtes, l.2.C.de hæred. inſt.

219 Via continet iter, & ſemitam, l.quantum.§ fin.ff.eod.

220 Vſu ſuo dicitur illud etiã, quod victus ſui cauſa paratum eſt, l.in lege Cenſorina.ff.eod.

221 Vinaria vaſa ſunt dolia, & cętera ,quæ vinũ continent,& tamdiu dicuntur vinaria, quãdiu retinent vinum, quia poſſunt ad alia adaptari, l.vinaria, ff. eod.

222 Vinculorum appellatione veniunt tam vincula priuata, quàm publica, l. vinculorum, ff. eodem.

223 Venenum eſt medicamentum,quod in bonum, ſiue malum poteſt verificari, l.qui venenum. ff. eodem.

224 Vidua dicitur non ſolum, quæ aliquando nupta fuit, ſed ea quoq; mulier, quæ virũ non habuit, & dicitur quaſi vecors.i.ſine corde, vel ſanitate, aut dualitate, quaſi ſola, l.malum. §.vidua. ff.eodem.

225 Vrnum eſt pars curua aratri, l.pupillus.§.vrbis. ff.eodem.

226 Verbum accipitur pro quolibet parte orationis, l.1.C.eod.ibi Bald. num.1.

De Verbo.

227 ABeſſe videtur res, licet corpus maneat,& forma ſit mutata.ſ.de materia in ſpeciem, vel de ſpecie in ſpeciem,vel prima ſpecies deteriorata,vel ſi legatum ſit numiſma, vel ſit promiſſa, quod habeat certam formam, deinde efficiatur vnum corpus, tollendo formam, l.Iulianus.§.ſi quis.ff.ad exhib.l.mulieris.l.Labeo.ff.eod. Necnon dicitur ſi forma ſit corrupta, vel in aliam ſpeciem transfigurata. Abeſſe dicitur, quia plus conſtat ſpecificata forma, quam valeat materia, l.mulieris. §.res abeſſe. ff.eodẽ. Item abeſt ea res, quæ in rebus humanis non eſt, d.l.mulieris.§.fin.l.Labeo.ff.eod.Item abeſſe dicitur, qui eſt exrra continentia vrbis, l.Collegiorum.§.qui extra.ff.eod. & non dicitur abeſſe, qui ab hoſtibus captus eſt, l.abſentem.ff.eod.

228 Amiſiſſe rem dicitur, qui nullam actionem habet illam proſequendi aduerſus aliquem, vt cum anulus cecidit in mare, l. Labeo. §. fin. ff. eodem.

229 Agere, generale verbum eſt, ſiue verbis, ſiue re agatur, l. Labeo. ff. eod. vt in ſtipulatione, & numeratione.

230 Alterare, ſignificat vſurpare, & qui non vtendo amiſit ſeruitutes, ſed qui occaſione acquirendi non vtitur, intelligitur alienare, & qui hæreditatem omittit, l. alienationis. ff. eod.

231 Accipere dicitur, licet non eo animo, vt habebat, l. aliud eſt capere. ff. eodem.

232 Abrogari dicitur cum prorſus tollitur, vt abrogare legem, cum tollitur lex, l. derogare ff. eodem.

233 Accidere aliquid, poteſt verificari, dum mors ſuperuenit, l. in vulgari. ff. eodem.

234 Aſſignare libertũ, hoc eſt teſtificari, cuius ex liberis libertũ eſſe volunt, l. aſſignare. ff. eod. & in tit. ff. de aſſignandis libertis, quæ aſſignatio fieri poteſt teſtamento, nutu, vel codicillis, vel inter viuos, ex glo. ibi.

235 Beare eſt prodeſſe, inde bona, l. bonorum. ff. eod.

236 Contrahere eſt vltro, citroq; obligare, vt in emptione, & venditione, locatione, & cõductione, ſocietate, & ſimilibus, l. Labeo. ff. eod. & non ſe extendit ad ius teſtandi, l. verbum. ff. eod.

237 Cognoſcere inſtrumenta eſt relegere, vt recognoſcant, l. recognoſcere. ff. eod.

238 Capere differt ab accipere; nam capere eſt in effectu, ideoq; non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus, l. aliud eſt capere. ff. eod. Et non dicitur capere quod accipio, vt alijs reſtituam, l. capere, ibi glo. ff. eod. Capeſſe dicitur, licet alijs acquirat, d. l. capeſſe.

239 Cenſere eſt conſtituere, & percipere; vt dum dicitur; *Cenſeo hoc faciendum*, Inde Cenſoris nomen, qui cenſum colligit, l. cenſeo. ff. eod.

240 Commendare ponitur pro laudare, & deponere, l. commendare. ibi glo. ff. eod.

241 Cedere diem ſignificat, quod pecunia debetur, vel delictũ incepit, l. cedere diem. ff. eod.

242 Caue re dicitur, quod fit cautũ perſonis, i. fideiuſſionibus, ſiue rebus. i. pignoribus, l. habere. in fine. ff. eodem.

243 Deſinere dicitur cum res abeſt, ſed in poteſtatem redit, vt res furtiua, quæ redit, neque amittere eius poſſeſſionem poſſumus, ob hoc, quod furto prius res ſubtracta eſt, l. mulieris. §. deſinere. ff. eodem.

244 Deteſtari eſt abſenti denunciare, l. ſubſignatum. §. deteſtari. ff. eod. & ponitur pro atteſtari, & proteſtari, vnde deteſtatio, & denunciatio facta cum deteſtatione coram teſtibus, l. deteſtatio. ff. eod.

245 Diſpungre, eſt conferre accepta, & data, & cancellare, quod redditum, vel impenſum inuenitur, l. cognoſcere. ff. eod. vide infra hoc eod. verb.

245 Dediſſe, intelligitur etiam is, qui permutauit, vel compenſauit, l. dediſſe. ff. eodẽ.

247 Diſpungre inſtrumenta, eſt conferre accepta, & data, l. cognoſcere. ff. eod. & poſt collationem cancellare, quod redditum, vel impenſum inuenitur, ibi glo.

248 Debere ille, dicitur, à quo inuito pecunia exigi poteſt, l. debitor. ff. eod.

249 Exhibere minus ſignificat, quam reſtituere: nam exhibere eſt præſentiã corporis præſtare, l. plus eſt. ff. eodem. l. fin. ff. eodem.

250 Edere rationes intelligitur, qui facit copiam deſcribendi, & qui edere iuſſus eſt, reliquũ reddere non debet, l. boues. §. inter edere. ff. eod.

251 Exigere eſt ab inuito extorquere, l. debitor. cum glo. ff. eod.

252 Erit, verbum, aliquando ſumitur pro tempore præterito; vt dum dicitur codicilli teſtamento confirmati fuerint, quod in codicillis ſcriptum erit; ſi codicilli tunc ſunt ſcripti tempus preteritũ demonſtrat, ſic interpretandũ ex volũtate ſcribentis, l. verbũ erit. ff. eod.

253 Eſt verbum, non ſolum præſens, ſed etiam præteritum tempus deſignat, dum dicitur *Titius ſolutus eſt ab obligatione*, tunc & præteritum ſignificat; *vt Troia capta eſt*, l. verbo. §. nam cum dicimus. ff. eodem.

254 Fuiſſe, mortis tempore intelligitur, licet filius relictus ſit in vtero, l. intelligẽdus, ff. eod.

255 Face-

255 Facere idem ſignificat, quod reddere, l.faciendi. ff.eod. facere oportere, ſignificat abeſſe omnem dolum, vt abſtinuit quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & curaret ne fieret, l.facere oportere. ff.codē. facere contra voluntatem dicitur, dum quis plus expendit, quam quod eſt relictum, l.cum teſtamento. facere, complectit, intelligitur omnē cauſam faciendi, dandi, ſoluendi, numerandi, & ſimilia, l.verbum facere. ff. eodem.

256 Ferri dicitur, quod quis ſuo corpore baiulat, l. ferri. ff.eod.

257 Gerere eſt rem ſine verbis factam, vt ſcribere, fodere, & ſimilia, licet inter geſta, & facta ſit quædam differentia; tamen ſubtilis eſt. Geſtum largius ſumitur, l.Labeo. cum glo. ff.eod. gerere non pertinet ad ius teſtandi, l.verba, l. licet inter. ff.eod.

258 Habere filium dicitur, licet ſit exertus ex vtero materno, vel qui mortis tempore non habuit, vt quia ab hoſtibus remeauit, l.etiam mulier.ff.eod.

259 Habere apud ſe eſt, de quo habet quis actionem, & quod peti poteſt, l. id apud ſe.ff.eodem. & ſignificat habere, peruenire cum effectu, l.nomen. ff. habere. ff.eodem.

260 Habere, duobus modis dicitur, altero iure dominij, altero obtinere ſine interpellatione, id quod quis emerit, vel ex alia cauſa poſſideat, l.habere.ff.eod.

261 Indicaſſe eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe, l. indicaſſe.ff.eod.

262 Legare ſignificat tribuere poteſtatem latiſſimam, vt ille, cui res ſua legata eſt, ius habet illam accipiendi, l.verbis. ff. eod.

263 Oportebit ſignificat tam præſens tempus, quàm futurum, l. verbum. ff.eod. ſed hoc intelligitur, quando apud verbum ponitur aliud verbum, quod ex mente idem ſignificat, vt omnis dolus tollatur, vt ſi fuerit dictum in ſtipulatione, tunc non habet locum, niſi in expreſſis, vel regulam in futuro, & non in præſenti, vel præterito, glo.in d.l.verbum.ff.eod. & hoc verbo non pertinet ad facultatem iudicis, qui poteſt pluris, vel minoris condemnare, ſed ad veritatem refertur, l. verbum oportet. ff. eodē.

264 Obuenire hæreditatem dicitur ex lege, quæ teſtamento defertur, vt ex l. 12. tab. teſtamentariæ hæreditates confirmantur, l.obuenire. ff. eod.

265 Poſſe, intelligitur, quod commodè, & conuenienter poſſumus, & cum noſtra dignitate, l.nepos.cum glo.ff.eod.

266 Peperiſſe non dicitur illa, qua matre mortua, filius exceſſus eſt ex vtero matris, l.anniculus. §.fin. ff.eod.

267 Perfeciſſe, ædeficium is dicitur, qui rem ita conſumauit, vt illa iam in vſu eſſe non poſſit, l.ædificium. §.proceſsio. ff.eod.

268 Pernoctare extra vrbem, intelligitur, qui nulla parte noctis in vrbe eſt, quoniam, *Per*, totam noctem ſignificat, l.vrbanæ. §.pernoctare. ff.eodē.

269 Perueniſſe ad te, dicitur, quod per te ad alium peruenit, vt per filium patri, l.perueniſſe.ff.eod. *Dum ſtipulamur quanta pecunia ex hæreditate Titij ad te peruenit*, res ipſas, non ſpecia rerum ſpectare videmur, l.cum ſtipulamur. ff. eod.

270 Pertinere ſpectat ad ea, quæ ſub dominio noſtro ſunt, & quæ iure aliquo poſſidemus, quamuis noſtri dominij non ſint; necnon ad eos dicimus pertinere, quæ in nulla eorū cauſa fuit, ſed eſſe poſſint, l.verbum. ff. eod.

271 Portare dicitur ea, quæ quis iumento conducit, l. ferri. ff.eod.

272 Rapuiſſe tria continet, ſcindere permedium, fractum, conquaſſatū, & in ruptum, l.Marcellus.ff.eod.

273 Reſtituere eſt verbum generalius, quam exhibere, nam ſignificat tam præſentiam corporis, quàm poſſeſſorem facere, fructusq; reddere, l.plus eſt. ff.eod.& l.fin.ff.eod.& ille intelligitur reſtituere, qui ſimul & rem, & cauſam actori reddit, quàm his habiturus eſſet, ſi ſtatim inditione accepto tempore ei reddita fuiſſet, vt de rei venditione, & ſimilibus, l.reſtituere.ff.eod. & is dicitur reſtituere, qui id reſtituit, quod habiturus eſſet actor, ſi cōtrouerſia ei facta non eſſet, l.reſtituere; & continetur omnis vtilitas actoris; vt dum dicitur opus eſt facto reſtituat, & damnum datur, l.cum pater.ff.eod.

274 Reddere rationes duo ſignificat, computare, & reddere, l.boues. §.inter. ibi glo. ff.eod.

& accipitur aliquando pro retardare, & dare, vt quando vir reddit dotem, tamen percipit ei reddi quadraginta nomine dotis, & tunc accipitur pro dare, cum iam erat reſtituta, d.l. verbum. ff. codē.

275 Soluere minus quam debet, dicitur ille, qui tardius ſoluit; nam tempore minus ſoluit, l.ſi cui exempto.§ fin.ff.eod. & ibi l. ſoluendo, nemo ſoluit, qui ſolidum nondoiait, l. ſoluendo. ff. eodem.

Item ſolutum minus dicitur, ſi nihil ſoluitur, l.minus.l.verbum.l.ſi ita.ff.eod. vbi exemplo dicitur, *Quanto minus à Titio conſequutus fuero, tantum dare ſpondes, ſi nihil à Titio fuero conſequutus, totum debes, quod Titius debuerit; vt ibi.*

Item, ſoluere ſignificat etiam omnem ſatisfactionem, & dicimus eum qui id facit, quod facere promiſit, l. ſolutionis. ff.eodem.

276 Subſignare idem eſt, quod ſubſcribere, & tribus ſumitur modis, pro ſubſcriptione, pro ſigillare, & pro obligatione, l.ſubſignatum, ibi glo. ff. eod.

277 Veniſſe ad heredem nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno, l.veniſſe. ff.eod.

Venire diem; quando dies venit, quo pecunia debetur, l. cedere diem. ff.eodem.

278 Viuere continet & victum, cibum, veſtitum, & ſtratum; quia ſine his nemo viuere poteſt, l. quos nos. §.verbum viuere.ff.eod.

De Participio.

279 ALienatum non dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, ſed rectè dicitur venditum, quia periculum eſt emptoris, l.alienatum.ff.eod.

280 Enixa dicitur mulier, licet quid portentoſum, vel monſtruoſum, vel debile ediderit, & ſi quid fuerit legatum, dum enixa fuerit, tunc debetur, quia fatalis fuit cauſa, l.quæret aliquis.ff.eod. & ter enixa videtur, quæ tergeminos peperit, l.ter enixa.

Emiſſum dicitur aliquid, quod proiectum eſt, vbi requieſcat, vt tigna domus, l.malum. §.pro re cui.ff.eod.

281 Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt; nam veteres ſubſignationis verbo pro aſcriptione vti ſolebant, l.ſubſignatum.ff.eod.

282 Solutū non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus ſit, manibus tñ tenetur, ac ne eum quidē, qui in publico detinetur, licet ſine vinculis, l.qui nanq;.ff.eod.

De Pronomine.

283 Meorum, & tuorum appellatione, continentur actiones, l. meorum.cum gloſ.ff.eodem.

Si quis, continet tam maſculos, quàm fœminas, l.1. ff.eodē.

Reliquorum appellatione, vniuerſos ſignificare, l.poteſt. ff.eodē.

De Aduerbio.

284 Vix, intelligitur fieri, quod non commodè fit, l.tutor. in princ. ff. ad Vell. & l. alienationis.ff.eod.

285 Palam, eſt coram pluribus fieri, l.palam.ff.eod. Intellige in contractibus, & hoc eſt propriè; ſed impropriè ſumitur, etiam quod fit coram vno. ibi glo.

286 Rectè, ſignificat arbitrio boni viri, l.hæc verba.ff.eod.

287 Amplius comparatiuum eſt, aliquando ponitur pro minus, quam poſitiuum, & ad illum quoq; pertinet, cui nihil debetur, l.verbum amplius. ff.eod.

288 Minus, ſumitur pro nihil, l.minus.l.amplius.§.minus.ff.eod. & minus recipit, qui nihil recipit, l. ſi ita ſtipulatus. ff.eod.

289 Coram, intelligitur, quod non tantum ſit præſens, ſit ēt, qđ intelligat l. coram. ff. eod.

De Præpoſitione.

290 Penes te, amplius eſt, quam apud te, nam continet etiam, quod quodámodo poſſidetur. Apud te eſt, quod qualiter à te tenetur, l. penes te.ff.eod.

De con-

De Coniunctione.

291 Coniunctiones ſunt iſtę, videlicet; &, quę, atq;, gl. in l. alienationis. §. oſo. ff. de verb. ſig. Coniunctiones ſunt iſtæ, videlicet, vel, aut, & ſimilia; nè, & uè, ſunt aduerbia negandi copulatiuè, Bart. l. ſæpè. ff. de vulg. per l. ſi ita quis ſtipulatus. ff. eod.

292 Coniunctio fieri poteſt triplici modo. ſ. re tantùm, verbis tantùm, re, & verbis, & hoc tã accidit inter hæredes legatarios, quàm proprietatis, & vſufructus, quã in omnibus obligationibus, l. triplici. ff. eodem.

293 Re tantum illi dicuntur coniuncti, quando vna, & eadem res legatur, vel datur duobus ſeparatim, l. re coniuncti. ff. de leg. 3. *Vt Titius hæres eſto in agro Seiano, & in eodem agro hæres eſto Lucius*, vt ibi.

294 Verbis tantùm, vt quando duo inſtituuntur in eadem oratione, in eadem vel diuerſa re, vt dum dicitur, *Inſtituo Titium, & Seium æquis portionibus*, & ſimilibus, d. l. re coniuncti. & glo. in d. l. triplici.

295 Re, & verbis, vt quando plures ſimul coniuncti in eadem oratione inſtituuntur, & in eadem re, tam coniunctiuè per coniunctionem, &, q;, ſiue cum, exemplum de primò, *Titius, & Mæuius ex parte dimidia hæres eſto*. Secundò, *Titius, Mæuiusq; ex parte dimidia hæredes eſto*. Tertiò, *Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes ſunto*, d. l. triplici.

296 Fit etiam aliquando coniuncti ſine iſtis articulis, vt dum dicitur; *Lucius Titius, publicus Mæuius hæredes ſunto, ex parte dimidia, vel ita, Lucius, Titius hæredes ſunto*, & dẽ his latius in d. l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

297 Diſiunctiua ſunt cum dicimus. *Aut dies, aut nox*, nam altero poſito neceſſe eſt alterũ tolli, l. hęc verba. ff. eod.

298 Subdiſiunctiuarum genera ſunt duo, vnum cum ex propoſitis finibus non poteſt vtrunq; eſſe; vt aut ſedet, aut ambulat; nam tunc nemo poteſt eodem tempore vtrunq; facere, ſed poteſt aliquis neutrum facere, vt is, qui accumbit; Alterum genus eſt, cum ex propoſitis finibus, ita non poteſt neutrum eſſe, vt poſſit eſſe vtrunque, vt cum dicimus omne animal aut facit, aut patitur; nullum n. animal eſt, quia non faciat, vel patiatur, & poteſt ſimul & pati, & facere, l. hęc verba. ff. eod.

299 Sumitur aliquando coniunctio pro diſiunctione, vt ex Bart. l. ſępè ita comparati. ff. eod. regula eſt, quod cum idem ſignificat, tunc ponitur pro diſiunctiua, vt dum dicitur; *Spondes dare mihi, hærediq; meo*, tunc idem eſt, quia ſufficit dare vni tantum, niſi factum ſit ſeparatũ pro quolibet, quod aliter ex mente diſponentium appareat, vel ſi factum principaliter eſt vnius, & ſic vnus faciendo, alter liberatur, glo. in l. coniunctionem. ff. eodem.

300 Copula poſita inter duo adiectiua, vt agnatorum, gentiliumq;; cum tunc adiectiua ſumatur pro duabus orationibus, tunc non requiritur concurſus amborum, l. ita tamen. ff. de leg. 1. Sed quando ponuntur reſpectiuè reſpectu ſubſtitutionis, vt Petrus niger, & albus, tunc requiritur conſenſus amborum, l. filię textores. ff. de legat. 2.

301 Diſiunctiua tunc ponitur pro coniuncta oratione, quando cadit inter genus, & ſpeciem, & tunc accipitur pro coniunctiua, l. ſi quis ita. ff. de auro, & arg. legat. ſic inter totum vniuerſale, & partem ſubiectam, ſeu prædicamentalem, ſecus ſi ponatur inter totum, & partes integrales, l. locus. ff. eod. & ne fiat repugnatio ſenſus orationis, ex Bart. d. l. ſępè numero. ſ. ſi dicitur ſuper pecunia, tutelauè ſua, tunc, uè, ſumitur pro &, quia tutela ſine pecunia eſſe non poteſt, quia datur perſonæ, & rebus, l. ſæpè. ff. eod. Sic dum dicitur, *Dedi, aut donaui, dedit, & donauit*, d. l. ſæpè. ff. eodẽ.

302 Soluta oratio quandoq; ſumitur pro coniuncta, aliquando pro diſiuncta, vt in d. l. triplici. pro coniuncta; ſed ſic diſtinguit Bart. in d. l. ſępè nu. 6. aut loquimur in iudicijs, aut cõtractibus, aut vltimis voluntatibus, aut legibus. In iudicijs tunc interpretamur ſecundum mentem proferentis, l. ſi quis intentione. ff. de iud. glo. in l. alienationis. ff. eodẽ. In vltimis voluntatibus ſi cadit inter perſonas, accipitur pro coniuncta, l. cum quidã. ff. de verb. ſign. aut cadit inter onera coniuncta, quæ ſi iniungitur per modum legati, & fideicommiſſi;

tunc pro legatarijs interpretandum habet vim copulæ, l. cum de lamijs. §.pen. ff. de fund. inſtruct. ſi iniungitur per modum conditionis, tunc faciendum hæredi, & ponitur pro diſiuncta, l. vico, §. vbi verba. ff.eod.

303 Si in contractibus & tunc profertur contra eum, pro quo, & ad cuius vtilitatem inducitur; ſic in dubio in fauorem debilioris, in d.l. in eo. §. vbi. ff. eod. ſi in legibus, & tunc ſi apparet de mente legiſlatoris; illi tandem in dubio accipitur pro coniuncta, vt in principio, l.ſæpè ita. ff. eodé.

304 Soluta dicitur illa oratio, quæ neq; diſtinctionem, neq; coniunctionem habet; & tunc accipitur coniuncta, vel diſiuncta ex mente pronunciantis, l.alienationis. §.oratio. ff. eod. Solutæ ergo orationes ſunt, in quibus coniunctio eſt copulatiua, vel diſiunctiua, vel alia, & quæcunq; pro ſeparatis, glo.in l.ſeparata.ff.eod. Interdum ſoluta oratio ponitur pro ſeparata, ſicuti dum dicitur in ſententia à Iudice, *Condemno Titium tu id, quod eum dare, facere oportet*, cum certa ſit quantitas, vel factum, & in aliqua parte geſtorum comprehenſa, glo.in d.l.ſæpè.ff.eod. Et tunc ſufficit aliquid eorum dari.ſ.vel fieri, vt ſi dicatur, *Arbitretur quicquid aut dari, aut fieri*; Ita ſoluta pro diſiuncta ponitur, glo. in d.l. ſæpè. Sed ſi ita dictũ fuerit, *Si demum minus operas redimerit*; ſi omnia impoſita ſunt, certum omnia redimenda eſſe, & dicitur oratio coniuncta, ſecundum glo. in d.l. ſæpè. Sed ſi vnum tantum ſit impoſitum, cætera non deſiderantur, habentur pro diſiunctis, vt ibi. Inde dum dicitur, *Ope, & conſilio factum*, aut iſta duo videntur coniuncta, vel diſtincta, ſecundum ſignificationem verborum ſunt diſiuncta, & dicitur diſiuncta oratio; ſed ſecundum effectum agendi contra aliquem in pœnam, dicitur oratio coniuncta, quia vtrunq; eſt opus, ex glo. in d.l. ſæpè. & Bart. ibi in l. triplici, quæ ex eorum mente breuiter ſummaui, vt de his notitia habeatur, de eius materia, & alibi diffuſius dicetur.

De Dictionibus diuerſis.

305 NIſi, dictio, ſi ponatur apud orationem negatiuam, confirmat, quod poſt ſe ponitur, & deſtruit, quod præcedit, & remouet oẽm iuriſ ciuilis ſucceſſioné, Doct. in l. actione. C. de tráſac. & l. qui ſe patris. & qñ in vltimis voluntatib. facit conditioné, et in contractibus, vide ſupra hoc eod. lib. & de hoc vide Bart. in l. Sticum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautum. num. 4. & 8.

306 Ne, dictio, quando importet modum, vel conditionem, ſi dictione exponitur pro, non, facit conditionem, l.cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. & facit etiam conditionem, quando illud, quod adijcitur venit implendum ante emolumentum quæſitum, ſiue conſequutũ, Bar. l.quibus. §. Termilius. ff. de cond. & demon. num. 8.

307 Neque, dictio eſt copulatiua, l.quidam teſtamenti. num. 2. ff. de iuſt. & iur.

308 Ab, dictio, denotat ſeparationem, Bart in l. ſi ex duobus. num. 2. ff. de duobus reis.

309 Ad, an faciat modum, vel conditionem, Bart. in d. §. Termilius. num. 9. & ſi per hanc dictionem adijcitur aliquid explicandum, per honoratum facit modum, ſi per alium, vel pẽdeat ex viribus fortunæ, facit conditionem.

310 Alioquin, facit non ſolum orationem conditionalem, ſed diſpoſitionem continet, inducit conditionem contrariam, l. 1. nu. 11. ff. de cond. & demonſt.

311 Alterius, duo comprehendit, maſculinum, & fœmininum, Bart. in l. licet. §. ſeparatim. ff. de precar.

312 Amplius, quando faciat comparationem actus ad actum, non inducit repetitionem; ſecus ſi rei ad rem, Bart. l. ſi ſeruus. §. ſi ita ſumptum. ff. de leg. 1. num. 1.

313 Aut, dictio eſt diſiunctiua, & diſiungit verba, & ſenſum, Bart. in l. ſi is, qui. §. vtrum. ff. de duobus reis. num. 2.

314 Autem, aduerſatur his, quæ ſunt eiuſdem generis, Bar. l. mariti. §. cum autem. ff. de adult. & quãdo ponitur inceptiuè, quando reſtrictiuè, vel correctiuè, vide Bart. in l. hoc amplius. §. his. ff. de damn. infect.

315 Clam, dicitur fieri id, quod fieri debet in præſentia Iudicis, vel alterius, & non fit, vel

quod

vel quod non poteſt deuenire ad notitiam illius, cuius intereſt, Bart. l.vlt. nu. 2. C.de his, qui ex pub. lib.10.

316 Cum, dictio in his, quorum natura eſt, vt vna res alteri accedat, coniungit acceſſoriè, in alijs principaliter, Bart. l.1.num.3.ff.de pecul.legat. Si autem fuerit apud verbum præſentis, vel præteriti tēporis, vt dum dicitur, *cum frater tuus ex crumena ſumpſerit centū, tibi lego fundum, &c.* tunc ponit caſualiter, non conditionaliter, cum verbo futuri temporis ponitur conditionaliter, l.demonſtratio.§ quod autem. ff.de ſuſpec. tut. nu. 10.

317 De, dictio, denotat cauſam proximam, & materialem, l.1. §. ſi plures. ff.de exercit.act. Bart. ibi.

318 Diu, verificatur in decem annis, Bart. l.1.§.denique.ff.de aqua plu.arcen.

319 Dummodo, an faciat conditionem, vel modum, dicit Bar. in d.§. Termilius. nu.4.quod facit modum.

320 Dumtaxat, in legatis inducit optionem in reſiduo, l.ſi quis. §. cum Titio. ff. de ad. leg. Bar. ibi, Et eſt etiam dictio implicatoria, Bar. l.ſuus quoque.ff.de hæred.inſt.num.4.

321 Ex, aliquando, denotat cauſam proximam, Bart.l.non alium.C.de leg.nu.23.aliquādo, denotat remotam cauſam, l.Prætor ait.§.quod de fructibus.ff.de bon.aut.Iud. & aliquādo ponitur pro dictione, propter, l.cum filius.§.hæres.ff.de leg.num.2.

322 Haud cum aſpiratione ponitur pro non, Bart.l.vnica.C.de quibus. mu. lib.10.

323 Immo, ponitur correctiuè, l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacr.ſanc.Eccl. Bart.ibi nu.4.& quādo ſtet copulatiuè, vide Bart.l.ſi ita.ff.de hæred.inſt.num.1.

324 In, an facit modum, vel conditionem, dicitur id, quod de dictione ad; Bart.in d.§.Termilius. num.11.

325 Ita, facit modum, Bart.in d.§.Termilius.nu.4.

326 Item dictio, an ſemper repetat, vide Bar.l.in repetendis. nu.1. ff.de leg.3. & vbi eſt eadem res, vel perſona, inducit repetitionem, ſed ſi iſta mutantur, non, Bart.ibi.

327 Mox, accipitur pro confeſtim, & quando ſignificat interuallum temporis, Bart.l.1. ff.ſi cer.pet. & qualiter intelligatur, vide Auth. de iud. §.ſedebant.Bart. ibi num.4.

328 Poſtea, de neceſſitate non inducit interuallum, Bart.l.quoties.§.ſi quis. ff.de hæred.inſt. ſed denotat modicum tempus, l.ab hoſtibus.§.ſed quod.ff.quibus ex cauſ. nu.1.

329 Poſtquam, importat conditionem, ſecundum Bart.d.§.Termilius. nu.7. & quando modum, in l.ſi filius. ff.de dolo.

330 Pro, facit modum, Bart.l.Lucius.§.a te peto.ff.de leg.2. & vide in d.§.Termilius.nu.10. niſi adijciatur aliquid futurum, l.accepen. ff.de leg.2.

331 Propè, denotat interuallum per ſex menſes, Bart.l.non tantum.§.pupillorum.ff.de excuſat.tut. & §.ſi verò. Auth.de mona. nu.1.

332 Prius, quot modis ſumatur in iure, vide Bart.in prima Conſt.C.de nou.cod.fac.num.5.

333 Quicunque, continet maſculinum, & fœmininum, l.ait diuus.§.quicunque. ff. de iure fiſci. & ibi Bart.

334 Quiſquis, dicitur diſtributiua dictio, l.hoc articulo.ff.de hæred.inſt.nu.5. Bar. & importat idem, quod quilibet. vide ibi num.4.

335 Quin, poteſt accipi negatiuè, & affirmatiuè, Bart.l.vbi.§.1.ff.de tuto.& curat.dat.

336 Quoties, dictio, quando nulla eſt cā, verificatur in duobus caſibus, aliàs intelligitur de multis, l.eum, qui.§.cum purè.ff.de verb.oblig. nu.1.Bar.

337 Quod, & quandiu, quouſque, & quandoq;, declaratur ſupra de conditionibus, Bat.l.1. ff.de condi. & demonſt.

338 Quodammodo, eſt nota improprietatis, l.prætor ait.§.huius edicti.ff.eod.

339 Quondam, intelligitur de tali.ſ.mortuo, l. eius, qui.ff. ſi cert.pet. ibi Bar.

340 Rurſus, verificatur in duabus vicibus, & idem, quod de quoties, & quotieſcunque, l.fideicommiſſa.§.ſi quis.ff.de legat.3.

341 Ritè, & rectè, vide Bart. l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poſſ.cont.tab.

342 Sed, poſitum cum, & diuerſitatem in facto, & identitatem in iure ſignat, ſecus ſi ſine copula.

pula. & l. patris, & filij. ff. de vulgar. & pupillar. Bart. ibi.

343 Sed, & ſi, aduerſatur in facto, non in iure, l. qui quartum. Bart. ff. de legat. 1.

344 Semper, denotat continuationem, l. 1. ff. ſolut. matrim. ibi Bart. num. 2.

345 Sæpè, verificatur in duabus, vel tribus vicibus, §. quando verò. Auth. de teſt. Bar. nu. 36.

346 Seu, & ſiue, idem ſignificat, diſiungunt verba, ſed ſenſum coniungunt, l. ſi is, qui. § verũ. ibi Btrt. & non inducunt reſtrictionem, l. cum quis. § de his. ff. de legat. 3. Bart. ibi.

347 Si, ponitur pro quia; quando pro cauſa additur aliquid, quod de neceſsitate requiratur, l. hæc verba. ff. de leg. 1. ibi Bart. nu. 1.

348 Sicut, non facit omnimodam ſimilitudinem, §. ſed & ſi. Auth. de teſti. can. ibi Bart.

349 Sine, & abſq; magis ſeparationem, quam exceptionem denotat, l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. ibi Bart.

350 Siue, eſt dictio diſiunctiua, & poſita inter duas orationes futuri temporis, inducit cõditiones, in d. §. qui iniuriarũ, quando eſt merè alternatiua, ponitur quo ad ſenſũ, & quo ad verba, & quãdoq; quo ad ſenſum tantum, Auth. vt omnes obed. Iud. eſt. nu. 11. & 13.

351 Statim, ſignificat ſummariã cognitionẽ, ſine ordine iudiciaria, l. 1. ff. de iud. Bart. nu. 1.

352 Super, vide Bart. Auth. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus vend.

353 Tanquam, eſt nota improprietatis, Bart. l. pater. ff. de teſt. tut.

354 Tandiu, & quouſq;, qualiter comparentur, vide Bart. l. ſit. §. quando. ff. ad Tertull.

355 Tunc, dictio, denotat extremitatem temporis, l. ſi ſubſtitutionis. ff. de vulgar. & pupill. ibi Bart.

356 Vſq;; vide Bart. in l. ſi mihi. de verb. oblig. nu. 6. vbi dicit, quod inducit continuationẽ, & cum dicitur in ſtipulatione; *Stipulor mihi, meiſq́ filijs vſq; ad tertiam generationem*; tunc ex natura dictionis, vſq;, importat, vt ſtatim finita emphytheoſi in perſona vnius, videat renouata in perſona alterius, ſecundum Bart. ibi.

Hæc ſunt breuiter collecta pro tyronibus, ex diuerſis auctoribus ſuper iſto Tit. de Rebus; reliqua, ſi deſiderantur, quæ materias declarant, erunt in ſecunda parte videnda.

LIBER

LIBER QVARTVS DILVCIDATIONVM
DE ACTIONIB. INTERD. ET ORD. IVD.

SVMMARIVM PRAELVDIORVM DE ACTIONIBVS.

1 *Diuiſio lib. 4. de Actionibus.*
2 *Diuiſio dicendorum de Actionibus.*
3 *Quot modis ſumatur actio.*
4 *Actio in quo differat à cauſa.*
5 *Actio quid ſit.*
6 *Actio in quo differat ab officio Iudicis.*
7 *Actio an ſit ius, vel factum.*
8 *Actio an ſit extra iudicium.*
9 *Actio in quo differat ab obligatione.*
10 *Diuiſio actionum.*
11 *De quibus rebus non detur actio.*

PRAELVDIA DE ACTIONIBVS.

SEQVITVR nunc de Actionibus, vt ſingula congruis locis collocentur,
1 l. 2. de ſtatu hom. Ita continuat Ang. in princ. eod tit. Inſt. Diuiditur liber iſte à me in tres partes; De Actionibus, Interdictis,& Ordine Iudicij ſeruando in experiendis Actionibus, & Interdictis.
2 Materia actionum ita diuidetur; primò, quid appellatione actionum veniat; ſecundo, qualis ſit omnium actionum diuiſio; tertiò, partes diuiſæ declarabuntur.

3 De primo habetur in glo. Inſt. de act. §. 1. in verbo, Actio autem; ſumitur aliquãdo pro actu, ſeu operatione, vt in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacr. ſanct. Eccl. vbi dicitur actio pia, glo. 1. pius actus. Interdum pro accuſatione criminali, ſic differt à ciuili, ſecundũ Iaſ. in §. ſupereſt. Inſt. eod. nu. 15. & 16. Aliquando pro iure agendi, vel proſequendi, vt in propoſito, Iaſ. in d. §. ſupereſt. nu. 13. addit pro adminiſtratione, per l. actus. ff. de adminiſt. & peric. rut.

4 Actio, & cauſa videtur idem: nam ſicut cauſa ſuum producit effectum, ſic actio eſt ius proſequendi. Ideò, qui dubitat, an ſibi actio competat videtur idẽ, ac proponere cauſam, glo. & Ang. in §. 1. Inſt. de act. & adducunt exemplum dialecticorum, qui argumentum appellant omne, quod illud componit; componitur. n. ex tribus propoſitionibus, aſſumptione, maioris propoſitionis, & minoris, ex quibus ſequitur concluſio; tamen concluſio non dicitur argumentum; Ita apud Legiſtas actio dicitur cauſa; tamen differt à rei veritate; nam obligatio dicitur cauſa, vt mater actionis, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. Sicut differunt ad inuicem obligatio, & actio; ita cauſa, & actio; & licet dicatur, *Ago, quia vendidi*; tamen cum hoc ſit facti, & actio ſit iuris, non videntur eadem, & nomina actionũ ſunt à iure inuenta, non vt ſint cauſæ actionum, & hæc eſt communis Doctorum ſententia, quod differunt ad inuicem actio, & cauſa, ex gloſ. Iaſ. & Ang. in d. §. 1. & in addit. ad gloſſ. Sylueſt. Itẽ, vt ait ibi glo. ſi cauſa eſſet actio, fruſtra diceret lex; mutari actionis nomen, veluti ſi agatur de dolo patroni, aut ſimilium perſonarum, tunc non agitur per actionem de dolo, ſed per actionem in factum; nam ad quid mutaretur nomen, cum tam cauſa maneret eadem, ſi eſſet ius in ſola cauſa; ſic concludit, Aliud eſt actio, aliud cauſa. Ita dicimus, nomina actionum non eſſe actiones, ſed nomina actionum; ſicut dictio homo non eſt homo, ſed ſignificat hominem, ex glo. ibi.

5 Propterea actio eſt ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, Inſt. eod. §. 1. olim non erat idem actio, & ius proſequendi, ſecundum glo. in d. §. 1. in verb. nil aliud, quia formabatur à magiſtratibus certa forma verborum, quæ erat vulgaris, & communis ad omnes actio-

Google

actiones; tamen iſtæ ſolemnitates antiquæ ſublatæ ſunt, ſecundum Iaſ. in d.§.1.num.24.& 27. ait, antiquitus actiones interpretabantur à Pontificibus, data certa forma verborum, qui cadebat à ſyllaba, cadebat à tota cauſa, iſta dicebatur vulgaris. Ita.n.diſtinguit actionem illã, quæ eſt deducta ad actum, tunc eſt ius proſequendi deducta in libello; tunc actio erit vulgaris, formula hæc ex Iaſ. Ponitur ius pro ciuile, & prætorio, ſecundum communem relatam à Sylueſt. in d.§.1.glo. ibi intelligit de iure ciuili largo modo, ſecundum Iaſ. ibi nu.24. ſecundum alios ſumitur pro poteſtate agendi, quam Prætor concedebat, dum ei formula negotij proponebatur, ex Sylueſt, ad glo. in d.§.1. in verbo quamuis. ponitur etiam ad demonſtrandum, quod actio ſit de rebus incorporalibus, quæ in iure conſiſtunt. Sed verius eſt, vt per hoc habeamus differentiam ab officio Iudicis, vt ex Iaſ. Ang.& Syl-
6 ueſt. ad glo. in d.§.1. Si conſideretur officium Iudicis ex ſe; eſt ius, ſed quo ad adminiſtrationem, & exequutionem eſt facti; & communis concluſio Doctorum eſt, officium Iudicis non eſſe actionem, ex Sylueſt. ibi per Doct. ibi Scribentes,& in l.1.§.ſublata.ff.ad Trebel. Alciat. in lib.Parad.2.c. nititur contrarium, Ang. in d.§.1.nu.5. cum ſeq. concludit cum communi, officium Iudicis cohærere perſonæ Iudicis, ſic non eſt actio, ſed ius faciendi, qđ ſibi ex officio incumbit, per l.ius dandi.ff.de tut.& curat.dan.& l.illicitas.§.qui vniuerſas. ff.de offic.præſidis. Inſuper actio oritur ex obligatione regulariter; ſed officiũ Iudicis non præſupponit obligationem; & licet deducatur in iudicium, non tamen ex debito, vt in actione, ſed actor implorando conſequitur officiũ Iudicis in eo, quo non conceditur actio. Actio in d.§.1.nu.7.& 8. diſtinguitur autem officiũ Iudicis à Bal. in l.2. in princ.ff.de præt. ſtipul. & Ang. in d.§.1.nu.5. mercennarij, & nobilis. Iſtud autem nobile datur in loco deficientis actionis, & ſic non eſt actio, per l.quæſitus.§.1.ff.de annuis legat. vel loco deficiẽtis exceptionis, per l.planè.§.fin.ff.de pet.hæred. Mercennarium videtur idem cum actione, de quo alibi diximus.

7 Actio an ſit ius, vel factum declarat Ang. in d.§.1.nu.21. Si habetur reſpectus ad materiam ex qua oritur, vt ex empto, vel ſimili dicitur quid facti; ſed ſi conſideretur poſtquã eſt in eſſe formata, tunc dicitur quid iuris; ſed quo iure intelligatur an de ciuili, vel gentium, vide Iaſ. ibi nu.25. Talis itaq; definitio generalis eſt tam ad actionem in rem, quàm in perſonam, ſecundum Ang. Inſt.de act.§.1.nu.5. Iaſ.ibi nu.104.de communi.

Dicitur ius proſequendi ad differentiam iuris exceptionem,& complectitur omnes poſtulationes, factas apud Iudicem tam ordinarias, quàm extraordinarias; nam quod petimus, vel poſtulamus, aut imploramus dicimus proſequi, & continet realem, & perſonalẽ actionem, ſecundum Sylueſt. in addit.ad glo.in d.§.1.

8 Item dicimus in iudicio ad differentiam eorum, quæ ſunt extra iudicium,& non ſunt actiones, vt ſi capiat nocturnũ furẽ, l.4. ff.ad l.Aquil.& ita cõmuniter habetur in gl. in d.§.1. additur etiã, quod ſibi debetur, glo.ibi exponit duobus modis, vt in reali actione,& tũc ſtrictè ſumitur, vel pro perſonali; latius autem, & realem cõtinet excepto Iudicis officio, niſi largiſſimè ſumeretur, vt ex glo.in verb.quod ſibi.Inſt.eod. & tenet ibi Syflueſt. actionẽ realem propriè eſſe actionem, per Fortu. in l. Gallus.§.idem. ff.de lib.& poſth. necnon ex his verbis excluduntur etiam actiones criminales, vt ibi glo. quia ibi non debentur.

9 Ex quibus colligitur aliud eſſe actionem, aliud obligationem, aliud contractum, vt notat glo. in §.fin.Inſt.de oblig. Ideò actio ſumitur aliquando pro obligatione, ſecundũ glo. in l.verum.§.fin.in verbo actio. ff.pro ſocio,& Iaſ. in princ. de act. ponit cauſas ordinandi actiones, vt Legiſti poſſent curare infirmitates actionum ſuffragijs legum, & rationũ. Idcircò ait, oportet ægritudinum ſpecies cognoſcere, veluti cauſas, & qualitates litium, qui vult ſcire ſpecies ægritudinum in actionibus, debet habere notitiam ſubſtantiæ, vel ſubiecti.i.ipſarum actionum, adeo quod actiones oſtendunt litium, & cauſarum qualitates, & illis medentur.

10 Diuiduntur actiones in duodecim partes. Prima diuiſio eſt in rem, & in perſonam; ſic alia realis, alia perſonalis, Secunda diuiſio in rei perſecutorias, pœnales, & mixtas. Tertia, ex ſtipulatu in ſimplum, duplum, & triplum, ac certi condictio. Quarta, eſt bonæ fi-

dei,&

dei,& ſtricti iuris. Quinta, quædam ſunt perpetuæ, aliæ temporales. Sexta, quædam tranſeunt ad hæredes, aliæ verò nō. Septima, quædā dicūtur famoſæ, quædā verò nō. Octaua, aliæ vtiles, aliæ directæ. Nona, quædam rectę, quædam comiſſariæ. Decima, aliæ generales, aliæ ſingulares. Vndecima, quædam ſimplices, aliæ duplices Duodecima, quædam ciuiles, quædam prætoriæ. De his omnibus in tit. Inſt. de actionib. & ff. & C. de act. & oblig. Inſt. Actionib. ff. C. Act. & obl. ſt.

11 Attamen non de omnibus rebus datur actio, vt in tit. ff. quarum rerum actio non detur: nam aliquando à principio actio non naſcitur, veluti de rebus turpibus, vt in l. generaliter, & ſeq. ff. de verb. oblig. quandoq; naſcitur, ſed eſt inefficax, vt cum dolus, vel metus interuenit, l. dolo. C. de inutil. ſtipul. quandoq; efficax, ſed poſtea fit inefficax, vt per pactum, vel ſimilem cauſam. Sed hic tit. non de omnibus, ſed de quibuſdam, & inordinatè ex Rub. ff. eod. Quarū rerum non detur.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem, quid ſit.*
2 *Quid veniat ex hac actione.*
3 *Actio rei vendicatæ, quid ſit.*
4 *Requiſita ad hanc actionem.*
5 *Contra quem detur.*
6 *Quotuplex ſit rei vendicatio.*
7 *Actio pro legatis, quæ.*
8 *Actio hæreditaria, quæ.*
9 *Actio partis hæreditatis.*
10 *Actio fideicommiſſaria, quæ.*
11 *Actio vtilis, quæ.*
12 *Confeſſoria actio, quæ.*
13 *Actio pro ſeruitute, quæ.*
14 *Actio pro vſufructu.*
15 *Negatoria actio, quæ.*
16 *Quare ſic appelletur.*
17 *Publiciana, quæ.*
18 *Requiſita ad publicianam.*
19 *Actio contra quemcunq; poſſeſſorem.*
20 *Reſciſſoria actio, quæ.*
21 *Actio in integrum reſtitutio.*
22 *Reſtitutio verbum, quid.*
23 *In integrum quid ſignificat.*
24 *Reſtitutio in integrum, quid ſignificet.*
25 *Actio metus cauſa, quid.*
26 *Metus, quid.*
27 *Metus ſpecies.*
28 *Actio de dolo, quæ.*
29 *Dolus malus, & bonus, quid.*
30 *Dolus quid.*
31 *Doli ſpecies.*
32 *Actio minoris ætatis.*
33 *Actio pro fideiuſſoribus minoris ætatis.*
34 *Actio pro reſtit.*
35 *Actio pro reſtit. filij minoris.*
36 *Actio pro reſtit. maioris.*
37 *Quibus de cauſis reſtit. negetur maiori.*
38 *Contra quem detur iſta reſtitutio.*
39 *Quo tempore reſtitutio concedatur.*
40 *Effectus reſtitutionis.*
41 *Reſciſſoriæ ſpecies, quæ.*
42 *Reſtitutoria, & reſciſſoria, quæ.*
43 *Inſtitutoria, quæ.*
44 *Reuocatoria, quæ.*
45 *In quibus caſibus detur.*
46 *Actio Pauliana quæ, & contra quem.*
47 *Species reuocatoriæ.*
48 *Seruiana, quæ.*
49 *Actio quaſi Seruiana.*
50 *Seruiana in quid differat à Saluiano interd.*
51 *Præiudicialis actio, quæ.*
52 *Actio pro libero homine exhibendo, quæ.*

DILVCIDATIO PRIMA. DE ACTIONE REALI.

1 DE iſta actione habetur in §. omnium. de actio. ex quo elicitur prima diuiſio, quod actionum alia realis, alia perſonalis. Prius itaq; de reali dicetur, eſt autē actio in rem, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur petimus, & ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſſidet, l. actionū. ff. de act. & oblig. & ex d. §. omnium. Inſt. eod. ex qua primò notatur, coram quo Iudice actio ſit proponenda, vt in d. §. omnium, & ibi glo. intelligit tam de Iudice ordinario, quàm delegato, & etiam de arbitro, & ex Iaſ. num. 9.

Secundò, dicitur de quacunq; re ad deſignandum eſſe realem, & non perſonalem, cum nullam habeat perſonam obligatā, ſed competit ratione iuris, quod quis habet in re, vel

ratione directi, vel vtilis dominij pro poſſeſſione, pignore, vel hypotheca, aduerſus eum, qui poſſidet, licet tranſitum fecerit per multas manus, per Iaſ. ibi nu. 3. & 4. Ex his elicitur differentia à perſonali; nam vbicunq; reperitur ius ſine vlla obligatione ius reale nuncupatur, ſed, quod eſt in ipſa obligatione dicitur perſonale. Idcircò requiruntur plura ad actionem in rem; Primò, quod obligatio ſit in re; Secundò, quod res ſit corporalis, gloſ. in d. §. omnium; Tertiò, ex ead. glo. ex parte Actoris dominium, vel quaſi dominium, vt in emphytheota, & ſuperficiario, ex parte Rei poſſeſſio, vel quaſi, vt quia dolo deſijt poſſidere. Ita notant ibi in d. §. omnium. glo. Syluest. ad glo. & Iaſ. nu. 66. cum ſeq. & quando requiratur dominium an tempore litis conteſtatæ, vel poſtea, vide ibid. Iaſ. num. 66. & ſeq.

2 Ex hac actione deſcendunt omnia, quæ pro dominio rei quæruntur, ſicuti rei vendicatio præiudicialis, vt de libero homine exhibendo; de agnoſcendo partu, de Saluiano interdicto, de Seruiana, vel quaſi, necnon & circa incorporalia, ſicuti negatoria, & confeſſoria Publiciana, reſcindens, reſciſſoria, & reuocatoria. At prius de actionibus in rem corporalem dicendum eſt.

3 Actio Rei vendicationis datur ad vendicandā rem, quæ iure directi dominij, vel quaſi ad actorem ſpectat contra poſſidentem, vel quaſi; vt ex Iaſ. in d. § omnium. num. 22. & 66.

4 Ad quamplura requiruntur; primò, quod actor, qui rem vult vendicare, probet rem ad ipſum ſpectare iure directi, vel quaſi, dominij; & exprimere debet certum modum dominij, Iaſ. ibi nu. 74. & qualiter formetur libellus ibi nu. 105. & ſic non datur ad incorporalia, niſi acceſſoriè, Iaſ. in d. §. omniū. nu. 110. inſuper datur etiam ex quaſi dominio, vt in emphytheota, ſuperficiario, & ſic de ſimilibus, vt ibi nu. 66.

5 Datur contra poſſidentem, tam ciuiliter, quàm naturaliter, & contra quemlibet detentorem, per eundem Iaſ. ibi nu. 105. Inſuper & contra quaſi poſsidētem, & contra eum, qui poſt litem conteſtatam, rem, de qua agitur, alienat; ſic dolo videtur deſijſſe poſſidere, & perinde eſt, ac ſi poſſediſſet, Iaſ. ibi nu. 78. & de his plura in tit. ff. de rei vendicatione. Sic pro re intelligitur hic pro quolibet corporali, & incorporali, non autem perſona. i. pro domino rei, & venit in omni obligatione, in qua venit aliquid tradi, vel dari; ſic vendicantur etiam animalia, dummodo actor habeat earum rerum dominium, vel de iure ciuili, aut de iure gentium, ex l. 1. & l. in rem. ff. eod. Vendicare pluribus modis ſumitur, & hic ꝓ experiri, ſeu agere ſuam actionem ex aliquo dominio, ſeu tit. l. peculium. ff. de pecul. & gl. in l. ꝑ diuerſas. C. mand. Interdū ſignificar ſperare, l. vnica. C. de Naut. Tyber. Interdum ꝓ defendere, c. cōuenior. 23. q. 8. Vendicamus etiam, retinendo, l. Seius. ff. ad Trebel. Vel, pro liberare ſumitur, l. 2. C. de ſilentiar. lib. 12. & quot modis ſumatur, Abb. in c. venerabilis, in princ. de except.

ff. C. Rei vend.

6 Duplex eſt rei vendicatio, vna directa, alia vtilis; directa continet plures actiones. Ideò datur minori, facto maiori contra tutorem occupantem bona ſua, aut ſi tutor emerit bona ſibi de pecunijs pupilli, aut mutuauerit pecunias pupilli ſub nomine ſuo, quæ pupillus cum venerit ad ætatem maiorem, vendicare poterit, vt in tit. ff. quando ex facto tutoris. factum opus, quando dicatur, vide l. ſtipulatio. §. opus autem. ff. de oper. nou. nunciat. ſic factū hic ſumitur, quando aliquid de præmiſſis perfectum fuerit, vt in toto tit. latius.

ff. Quādo ex fact. tut.

7 Datur etiam ad vendicandam hæreditatem, vel legata; olim erat regula, qđ poſt mortem, hæredem, vel legatarij, legatum relinqui non poſſe; ideò factum eſt, vt ab hæredib. & contra heredes actio non incipiat, hoc hodie de iure Codicis eſt emendatum, ꝑ l. 1. C. vt actio. ab hered. & Inſt. de legat. §. poſt mortē. ſic legatarij vendicare poſſunt legata ab heredibus teſtatore mortuo, & de his in d. tit. C. vt actio. ab hæred.

Sunt quædam aliæ actiones hæreditariæ, quæ tranſeunt ad hæredes, vel dantur contra heredes, & quædam ab hærede incipiunt, l. hæreditariorum. ff. de act. & oblig. & latius in tit. C. de act. hæredit.

C. Vt act. ab hæred.
C. Act. hæreditar.

8 Datur etiam pro hereditate delata, tam ex teſtamēto, quàm ab inteſtato; & contra poſſidentem hereditatem, & datur ei, qui ſuccedit ex lege, vel ex Senatuſconſulto, aut alia ſimili cauſa contra illum, qui ſe pro hærede geſſerit, vt incipit. ff. de petit. hered. ſic petere eſt

ff. Petit hæredit.

actionem

actionem tantum in re continere, l.pecunię. ff. hoc eod. tit. & l. actio.ff.de act. & obligat. Inſuper petere eſt agere, l.petens.C.de pact. Ideò intelligitur cum effectu,& denotat actus perfectionem, Bart. l.2.ff.qui pet.tut.vel b.nos, quod dicit. & an intelligatur per litis conteſtationem, Barr.in l.ſi decem cum petiero, in princ. ff.de verb. oblig. & in l.amplius nō peti.ff.rem rat. hab. Petitio hęreditatis non cōprehendit ius hæredis, quod non deſcendit ab hęreditate, l.quod ſi in diem. ff.de petit.hęred. ſed pro rebus, quæ poſſidebat tempore mortis teſtator, l.ſi cum exceptione.ff.quod met. cau. verb. alia autem. Petitionis tantū ſunt libelli, vt in Auth.quom.opport. Epiſcop.§.ſi verò.ad fin.& hoc verbum, petere, largiſſimum eſt, tam in iudicio, quàm extra, ex d.l.actio.ff.de act.& obligat.

Interdum non petitur tota hæreditas, ſed pars, quæ ſit certa; & poteſt dari tam contra vnum poſſeſſorem, quàm plures, & differt hęc actio partis ab illa, quæ datur pro toto, vt in titulo. ff.ſi pars hæreditꝭ petatur. ſic pro parte hic non ſumitur totum, vt l.ſi quis ita.C. ff. Si pars hæredit. petatur.
de hęred.inſtit.& l.vxori.ff.de leg.3. ſed differunt in l.1.ff.de euict. aliquādo ſignificat pars virilem portionem, l.reos.ff.de duobus reis.& Inſtit.de ſociet.in princ. Interdum continet
9 quartam partem, l.ſi pater.ff.de hæred.inſtit. Inſtit.de vulg.§.fin. Itaq; colligitur eius ſignificatio ex eo, cui adijcitur, vt in l.nomen filiorum. §.portionis,ff.hoc eodē tit. ſimpliciter tamen prolatum, ſignificat dimidiam portionem, l.etiam.ff.de vſur.l.de ętate.§.interrogatus.ff.de interrog. act. in delictis ſumitur pro minimo, l.antepen §.fin.ff.de milit. In hæreditate legitimam intelligimus minimam partem, l.fin. in princ reſponſ.C.quorum,& quibus quæuè pars, lib. 10. At in propoſito, cum aliquando veniat quarta pars, aliquādo tertia; aliquando dimidia, ſumi poteſt pro qualicunq; parte, l.1. in fin. C. de iure emphyt. Inſt.de locar.§.adeo,& l.Falcidia interueniente, ff.ad leg. Falcid. licet potius tunc dicatur portio; Nam conuertuntur, quia pars ſemper conuertitur. Ideò partium diuiſio multiplex, veluti continens, vt l.1.§.ex hoc.ff.de ventr.inſpiciē. Informans, vt color hominis eſt pars eius; adornās, vt veſtes ſimilitudinariè, l.vſufructus.ff.vſufruc. Conſtitutiua, vt manus corpori affixę; Incluſiua, ſicuti clauis, & ſera inhærens, vt aſcriptilius glebæ, l.2. C.de agr.& cenſ. ex Alberic. in verbo pars,& ibi ſumi poteſt, legitur tam pro diuiſo, quàm indiuiſo, l.rectè.§.quęſitus.ff.eod.tit.

10 Poteſt etiam à fideicommiſſario intentari huiuſmodi actio contra quæcunq; hæredem obligatum ad reſtitutionem, virtute fideicommiſsi, vt in tit.ff.de fideicom hæred.petit. ff. Fideicom. hæredit. pet.

Vtilis etiam datur actio rei vendicationis, ratione quaſi dominij, vt ff.ſi ager vectig. vel emphyt. petatur. dūmodo ad modicum tempus fieret conductio. Vectigales agri ſunt, qui
11 in perpetuum locantur; quod tandiù retinetur, quandiù pro eo perſoluitur vectigal. qui ff. Si ager vectig. vel emph. petatur.
ergo ita agros conduxit, dicitur habere quaſi, vel vtile dominium, & poteſt intentare dictam actionē aduerſus quemlibet poſſeſſorem. Item agere poteſt emphytheota, vt ex d.titulo,& l.ſuperficiario. l.præterea,& l.1. ff.eodē. pro agro intelligitur ruſticum prędium, l.ager.ff.de ſerui.ruſt.pd.& eſt ſine ædificio; nā quod cum ędificio fundus dicitur, l.fundi.eod.tit.& l.1.ff.de reb dub. licet aliquādo ager, & fundus idem ſint. l.quædam mulier.ff.de rei vend. quandoq; ſumitur pro loco adiacente flumini, vt inſula, l.inſula.l.pen.§.ſi qui. ff.de acquir.rerum domin. Interdū pro villa, glo.in l.ius dandi.ff tut.& curat.dat.ab his, vel vbi vna eſt domus, & villa, vbi plures, vt notatur in l.1. ff.ad l.Iul.de repub. vectigal dicitur, qđ ſoluitur pro his, quæ vehuntur, alio nomine pedagium nuncupatur,& eſt quędam præſtatio, quæ fit à tranſeuntibus pro rebus, quę vehuntur, vel portantur. Ideò idem importat vectigal,& pedagium, notatur in l.1.ff.de pub. vectig. & an differat à cenſu, vel annua præſtatione, Bar.l.1.§.1.ff.eod.& ibi glo.quę ponit differentiam inter vectigal, tributum, & pedagium, & Doct. in c.ſua nobis. de decim. Impropriè autem ſumitur pro fructibus, commodo, ſeu vtilitate, l.arboribus.§.cęt. ff.de vſur. In propoſito autem, qui ſint agri vectigales, vide in d.tit. Alciat. in diſputat. lib.3.cap.10. & ſumitur pro penſione, vt in l.lex vectigali, de pigno. Hæc de actione rei vendicationis, circa videlicet corporales.

Datur etiam actio in rem, in rem corporalem, vt in §.æque.Inſt.de act. & ſunt confeſſoria, negatoria, Publiciana,& ſimiles, vt infra.

12 Confeſſoria actio dicitur in rem; ita deſcribitur à Iaſ. in d. §. æquè. nu. 15. Eſt actio in
rem competentes alicui ratione ſeruitutis ſibi debitæ, vel fundo ſuo, aut quaſi ſuo contra
impedientē ad declarationē iuris ſui; & ex glo. ibi, nuncupatur confeſſoria, quia proponi-
tur verbis affirmatiuis. Iſta actio intentatur pro ſeruitute conſtituta, conſeruanda, vel con-
ſtituenda, vt ibi Ang. in d. §. æquè. ſic pro ſeruitutibus tam merè realibus, quàm perſona-
libus datur, aut mixtis. In materia ſeruitutum duæ ſunt actiones, confeſſoria, de qua dici-
mus, quæ competit prætendenti ſeruitutem ſibi debitam, & negatoria, de qua infra. Iaſ.
ibi nu. 25. & 34. & vtilis eſt, immo neceſſaria, & datur non tantum contra conſtituentem,
ſed contra quemcunq; alium impedientem, per l. ſi quis diuturna. §. fin. ff. ſi ſeruit. vendic.
ſic dantur poſſidenti, per l. & ſi fortè. l. ſciendum. ff. ſeruit. vend. & Iaſ. in d §. æquè. nu. 40.
At habens confeſſoriam, ſi cederet rem alteri cauſa mutādi iudicij, ille, in quem facta eſt
alienatio, licet poſſideat, non poteſt intentare confeſſoriam; ſecus ſi non poſſideret; per
doctrinam Bart. in l. fin. ff. de alien. iud. mut. cau. De hac actione tractatur in tit. ff. ſi ſeruitus
vendicetur; nam nihil prodeſſet habere ſeruitutē, niſi tueretur à iure ſeruitutem inducen-
13 te. Ideò datur actio; Itaq; cum vſufructus ſit ſeruitus, ideò & de eo, & an datur actio cō-
feſſoria ei, cui conſtituitur vſufructus à domino. Datur etiam publiciaria, ſed ei, cui con-
ſtituitur à non domino, & rei vendicationis ratione, quaſi dominij vtilis; ſic tres actiones
competunt pro vſufructu, vt in tit. ff. ſi vſufructus petatur, confeſſoria, publiciaria, & rei
vendicationis.

ff. Si ſeruit. vendicetur.

ff. Si vſufr. petatur.

14 Negatoria datur pariter in materia ſeruitutis, ſicuti confeſſoria; & Iaſ. in d. §. æquè. nu.
15 55. ita deſcribit. Eſt actio in rem, competens alicui ratione rei ſuæ, vel quaſi ſuæ, contra
vtentem aliqua ſeruitute in re illa, ad pronunciandum aduerſario ius non eſſe vtenti tali
16 ſeruitute. Appellatur negatoria, quia proponitur verbis negatiuis, ideſt rem actoris non
eſſe, vt in d. § æquè, & ibi glo. & in addit. legitur. Sicut rei vendicatio datur ratione poſ-
ſeſſionis, vel quaſi; ſic confeſſoria ratione veræ poſſeſſionis, aduerſus eum, qui poſſidet a-
grum, qui ſeruitutem debet, vel quaſi poſſidet. Hoc idem dicendum in negatoria, quę ra-
tione dominij datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi; & dicitur vtilis quaſi do-
mino, quia ius habet in fundo, quum neget, ſeruitutem debere, & contra rationem poſſeſ-
ſionis intentatur contra eum, qui poſſidet rem, ratione vſufructus, vel quaſi poſſidet, ſi re
vtatur pro illa ſeruitute; quam ſibi dicit debitam, in quibus non eſt vera poſſeſſio, & natu
ralis ratione ſimiliū dicuntur actiones in rem. Hæc ex Syluest. in addit. ad d. glo. in §. æquè.
& videtur contraria confeſſoriæ, quia negat ſeruitutem deberi, vel ius in vſufructu peten-
ti deberi; & datur etiam pro alijs rebus incorporalibus. Vide ibi Iaſ. & Ang. in d. § æquè.

ff. Publiciana.

17 Publiciana etiam datur pro ſeruitute conſtituta à non domino, vt in §. aliæ, & §. namq;
Inſt. de act. nuncupatur Publiciana à Publicio Prætore; verba edicti ſunt iſta, de quibus in
l. 1. ff. de Publiciana. Ait Prætor, ſi quis id, quod traditur ex iuxta cauſa, non à domino,
nondum vſucaptam petet, iudicium dabo; ſic competit ex quacunq; iuxta cauſa, ex qua
transfertur poſſeſſio, l. 1. cum ſeq. ff. eod. Appellatur actio prætoria, quia ex æquitate Præ
toris datur illi, qui rem nactus eſt; à non domino, ex aliquo iuſto titulo; qui eſſet aptus ad
dominij translationem; & ſic datur quaſi ipſe rem vſu ceperit; per Ang. in d. §. namq;.
18 Requiruntur autem plura ad formā iſtius actionis, Primò, quod fiat traditio rei, in qua
datur actio, vel quaſi, l. ſeruus. §. incorporales ff. de acquir. rer. dom. Ideò locum habet prin-
cipaliter in rebus corporalibus, licet & verificari poſſit etiam de incorporalibus eo modo,
quo magis conuenit; quæ traditio ſit facta illi, qui agit, l. eum, qui. §. ſed petenti, cum l. ſeq.
ff. de public. Secundò, traditio ſit facta ex tit. apto, vt ex venditione, legato, donatione, aut
de ſimilibus, ex d. §. namq;, & l. eum, qui.

Tertiò, agēs acceperit à non dño: nā ſi à dño tunc eſſet translatū dominiū, ex d. l. 1. § 1. ff.
de public. & Inſt. in d. §. namque.

Quartò, quod accipiens rem illam à non domino acceperit bona fide, credens illū eſſe
dominum, ex d. l. eum, qui. §. prætor. ff. de acq. rer. dom. alias eſſet in dolo.

Quintò, quod & hodie credat ſe eſſe in bona fide, ſe accepiſſe à vero domino; ex addi.
ad glo.

Digitized by Google

ad glo. in d.§.namq;. ſic res non ſit furtiua, & vſucapi poſſit, vt ibi glo. in d.§.namq;. nec
vſucapio ſit finita, quia daretur ciuilis actio, l. 1. ff.eod.
19 Datur contra quemcunq; poſſeſſorem non dominum, vt in d.§.namque. Iaſ.& Ang. ſed
ſi fuerit dñs; tunc in ſex caſibus datur. Primò, ſi poſtea ſit effectus dñs. Secundò, ſi domi
nus egerit contra me rei vendicatione, & ego ſim ab huiuſmodi iudicio abſolutus; tandẽ
res poſtea peruenit ad eum; tunc ego poſſum agere contra eum Publiciaria, l.ſi quis rem.
ff.de except. rei. iud. Tertiò, ſi agatur, vt reſtituatur ſeruus pro noxa; ex l. generaliter. ff.
de noxa. Quartò, ſi aliquis poſſideat domum non ſuam, & actor agat ex damno infecto,&
ſit immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto in poſſeſſionem illius domus, ex quo poſſeſ-
ſor non cauet de damno infecto, ſi illa domus deinde perueniat ad verum dominum, tunc
agit contra illum Publiciana, l.damni.§.non ſolum.ff.de damn. infec. Quintò, ſi non dolo,
ſed culpa, quis deſierit poſſidere rem, quam aliquis vendicat à me: propter quod ſolus æ-
ſtimationem rei, ſecundum l.qui reſtituere.ff.de rei vend. ſi talis res poſtea perueniat ad do
minum, agitur tunc Publiciana contra dominum, l.ſi culpæ. ff.de rei vend. Sextò, ſi vẽdi-
diſti rem meam ex meo mandato, ſed tradidiſti me prohibente, tunc emptor habet exce-
ptionem contra me, ſi peto rem vt dominus; ſi perueniat ad me, tunc emptor poteſt agere
contra me publiciana, l.ſi quis prohibuerit, l.Papinianus.ff.de publi. Habet tandem locum
Publiciana in re, non vſucapta. Hęc de Publiciana.
20 Sequitur reſciſſoria, contraria Publicianæ, & habet locum in re, nõ vſucapta, ac ſi non
eſſet vſucapta, de hac habetur in §.rurſus. Inſt.eod. & eſt illa, quæ interrumpit vſucapionẽ;
vt ſi quis fuerit abſens cauſa Reip. vel quia fuerit captus ab hoſtibus, in quib. caſibus poſ-
ſidens rem abſentis, non vſucapit, ex glo. in d.§.rurſus. tunc intra annum reſciſſoria vſuca-
pione petere poteſt poſſeſſorem vſu non cepiſſe, & ob id rem ſuam eſſe, ex d. §.rurſus. li-
cet ibi legatur annuũ tempus; tamen, ſecundum glo.& Syluest. ibi in addit. de communi
hodie, ſecundum iura Codicis, datur tempus quatuor annorum in qualibet reſtitutione,
per l.fin. C.de temp. in integr. reſtit. quæ reſtitutio fit à Prætore, ex d.§. rurſus. Ideò erit
prætoria actio. Reſciſſoria appellatur, non quia ſit nomen proprium actionis, ſed ab eius
effectu, cum reſcindat vſucapionem, ac ſi inducta non eſſet, ſecundum glo. in d.§.rurſus. ſic
debet ei præcedere actio reſcidens, vt ibi Syluest. quoniam actio reſciſſoria effectum non
habet antequam in cauſa non ſupplet Prætor dando reſtitutionem, & hoc idem tenet ibi
glo. reſciſſio fit officio iudicis magis, quam actione, ex eod. Syluest. ad d.glo. in d.§.rurſus.
21 per l.quod ſi minor.§.fin.ff.de minor.& l.ſi qua ſtipulatus.ff.ex quibus cau. maior. quoties
verba legis referuntur ad Iudicem, tunc ex illo edicto oritur officium Iudicis, per glo. in
l.ſoror.C. de collat. Reſcindens ergo eſt reſtitutio, l.ab hoſtibus. §.ſed quid.ff.ex quib.cau. ff. C.
maior. & habetur in tit.ff.& C.de in integ. reſtit. Eſt autem in integrum reſtitutio prioris In integr. reſtit.
ſtatus reintegratio, ſeu repoſitio, Bart. in l.quod ſi minor.§.reſtitutio. nu. 1. ff.de minor. ſic
22 tantùm reſtituit, quantum fuit læſus, nec plus, nec minus. Verbum, reſtitutio, plures ha-
bet ſignificationes, quia quandoq; refertur ad res, quandoq; ad perſonas, quandoq; ad il-
larum ſtatum, vel ad dominium, aut ad poſſeſſionem. Ad ſtatum, propriè ſignificat reſice-
re.i. rem illam reædificatione, ſeu refectione in priſtino ſtatu reponere, l. ſi merces. ff.ſi vſ
vnius.ff.loca. Impropriè verò ſignificat deſtinere, ſic oppoſitum quo ad vocem, & ſonum,
ſed in re eſt idem; quaſi re ſic purgata,& deſtructa, repoſita,& reſtituta remaneat, l. 1.§. 1.
in verbo reſtituatur. glo.ff.de nou. oper. nunc. Idem dicendum, quando haberet relationẽ
ad dominium, l.reſtituere.ff.de verb.ſignif. Ita tenet Odd.de reſti. in art. 1. in ſi. quotieſcũq;
ſimpliciter profertur, ſemper de ſui natura,& propria ſignificatione, repoſitionem in pri-
23 ſtino ſtatu ſignificat. Subdit Odd. in art. 2. In integrum plura ſignificare, per Luc. de Pẽn.
in l.hac lege, poſt princ. C.de prox.fac.ſcrin. & ſemper quandam perfectionem ſignificat,
licet quandoq; ponatur pro eo, quod ita plenum eſt, vt nihil adijci poſſit. Aliquando pro
eo, cui nihil deficit; de ſubſtantialibus, vel pro eo, quod bonum, & perfectum eſt, aut pro
eo, qđ eſt ex omni parte totum, necnon pro eo, quod non ſit ex aliqua parte deminutum.
Interdum pro omnibus ſaluis ex Luc. de Pẽn. in d. loco. Ad cauſam noſtrã integrari di-

citur actionem extinctam reſuſcitare, per l. propter. §. 1. cum gloſſ. ff. ad l. falc. & hoc conuenit reſciſſoriæ actioni, quæ, vt dictum eſt, naſcitur obtenta reſtitutione. Qua de re talis ſignificatio idem operatur ſola, quam ſi fuerit adiunctũ verbum, reſtituere, ſed ſimul iuncta, & plures habet ſignificationes, ſecundum Ber. de reſtit. in integ. & refert Odd. in ar-
24 tic. 3. Ponitur quandoq; reſtitutio in integrum pro omni repoſitione in priſtinum ſtatum in genere. Aliquando in ſpecie retinet nomen ſui generis, & quandoq; tranſit in aliud nomen. Sic in primo caſu duplex eſt, iuſtitię, & gratiæ; Iuſtitiæ, quando cauſa, quæ adducitur, eſt de iure in petitione; Gratiæ verò, quando in petitione tantùm, clementia adducitur. Inſuper iuſtitiæ, quę oritur ex iuxta cauſa. alia prætoria, alia ciuilis. Prætoria, quæ à Prætore inducta eſt, vt ex edicto minorum, & ſimilium; & iſta datur vel officio Iudicis, vel iure actionis, & hæc impropriè dicitur reſtitutio in integrum, vt ex cauſa doli metus, & ſimilium; Ciuilis, quę ex conſtitutionibus Principum deſcendit, vt l. Decius, ff. de re iudic. l. admonendi. ff. de iureiur. & hæc rurſus duplex eſt. Impropriè dicitur reſtitutio, propriè venia, vt in l. fin. ff. de ſucceſſ. edicti. Hæc ex Bald. in l. 1. §. cum quo. ff. de poſtul. Alber. in l. cum quis. §. ſi quis. ff. de fid. Reſtitutio autem gratiæ habet plures ſpecies, vt ex Odd. in d. tract. de reſt. in 2. p. q. 50. cum ſeq.

ff. De eo, qđ met. cau.

In ſpecie reſtitutio eſt veluti natalium, ſic legitimatio, ſic de ſimilibus, ex Odd. in artic. 3. p. 1. q. 1. Iure itaq; actionis indicetur actio reſciſſoria, ff. de eo, quod met. cau. vt qui metu inſtantis periculi, vel futuri ſit inductus ad ſe obligandum, vt in l. 1. ff. eod. & metus ſit ca-
25 dens in conſtantem virum ſit præſens, licet periculum poſſit eſſe futurum, l. metum. ff. eod. dicitur metus eo, quod mentem terreat, quæ pars eſt animæ, ideò terretur etiam corpus; ſic metus eſt periculum ſalutis, vel cruciatus corporis, l. inter cunctas. C. de tranſact. vel ſic
26 eſt humanarum mentium timor à præpotente terribili cauſatus in eo, quod nocet; ſic metus pro pœna ſumitur, l. ſancimus. C. de pœnis. licet metus ſit multorum, pœna vnius, l. 1. C. ad l. Iul. repet. duplex eſt metus, cadens. ſ. in conſtantem virum, & probabilis. De primo legitur in l. 1. & 6. ff. eod. in l. metum lap. Probabilis dicitur, quod tunc nec ſufficeret cuſto
27 dia ad tuendum ſua, l. ſed de damno. ff. locati, & cui reſiſti non poteſt, l. 2. ff. eod. non probabilis, veluti puerilis, qui verbis tantùm terrentur. At metus conſiderabilis eſt cum vi, q̃ eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt, l. 2. ff eod. & aduerſus eam non prodeſt cuſtodia, ex d. l. ſed de damno. ff. locati. quæ vis multipliciter ſumi poteſt. compulſiuè, quæ imponit neceſſitatem, & hac de cauſa inducitur actio, quod metus cauſa geſtum eſt, dum qs compellitur ad aliquid agendum, vel non agendum. Alia dicitur expulſiua, quæ inducit interdictum vnde vi, ſicuti qui ex domo, poſſeſſione, vel fundo eſt expulſus. Alia ablatiua, vt in actione vi bonorum raptorum, l. 1. §. 4. ff. de vi, & vi armat. Alia eſt turbatiua, vt in interdicto, vti poſſidetis, vel vtrobi. quædam eſt inquietatiua, & inducit interdictũ, qđ ui, aut clam. Metus iuſtus eſt cadens in conſtantem virum, vt in d. l. metum. ff. quod metus cauſa. & licet ſit arbitrio Iudicis id iudicare, Abb. in c. litteras. de reſtit. ſpol. tamen inducitur, quando adeſt periculum vitæ, quia agitur cum homine, crudeli, potenti, ſolito exequi minas. Secundò, iuſta cauſa præcedens: nam qui probat iuſtam cauſam, probat timorẽ. Tertiò, quum cernitur oculis imminens periculum, vt ſi fuerit arctatus ad vincula, vel carcerem, vel adſunt cruciatus corporis, Bald. in c. 1. de his, quæ met. cau. De his plura Odd. de reſt. p. 1. q. 7. art. 9.

ff. C. Dolo malo.

28 Alia cauſa, ſeu actio datur ex dolo, vt ſi qui dolo, & fraude fuerit inductus ad ſe obligãdum, vt in tit. ff. & C. de dolo malo. Verba edicti ſunt iſta; *Quæ dolo malo facta ſunt, ſi de his rebus alia actio non erit, & iuſta ſit cauſa, datur actio de dolo, ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas ſit damnoſa.* Hæc ibi. Deſcribitur dolus duplici modo, vt ex corpo-
29 re tit. colligitur; primò, dolus malus eſt machinatio quædam alterius decipiendi cauſa, cum aliud agatur, aliud ſimuletur. Secundò, eſt omnis calliditas, fallacia, vel machinatio circumueniendum, vel fallendum alterum contra bonos mores. Dicitur primò dolus malus, quia vnum videbatur bonum, veluti ſolertia quædam, quæ nemini nocet, l. 1. §. non fuit. ff. eod. vt dum quis machinatur contra ſceleſtum, vel furem, vt pœna delicti illi ſuſti-

nerent

nerent. Malum verò, quod ſit cum fraude; & hoc ita Bart. in l. quod nerua. in repet. nu. 12.
30 ff. de petit. deſcribit. Dolus eſt machinatio ad decipiendum, fallendumq́, alterum adhibi
ta manifeſtè. Additur manifeſtè ad differentiam doli præſumpti, quod eſt culpa latior, quę
eſt fallax calliditas ad decipiendũ, fallendũq́; alterũ adhibita præſumptiuè, ad differentiã
doli manifeſti. Culpæ ſpecies ſunt plures; ſed generaliter ita deſcribitur à Bar. in d. l. quod
nerua. nu. 6. Eſt deuiatio ab eo, qđ bonũ eſt, quod per diligentiã hominis potuit prouideri.
Triplex ſpecies culpæ; lata, leuis. & leuiſſima; alij dicũt eſſe plures; latiſsima, vt dolus ma
nifeſtus; latior, vt dolus p̄ſumptus. Dolus continetur ſub appellatione culpæ; quia cõmit
tens dolũ, deuiat à bono; latiſsima culpa idem eſt, quod dolus manifeſtus. Hæc Bart. ibi.
31 Plures itaq;, ait ibi Bar. ſunt ſpecies doli; bonus, & malus, verus, & manifeſtus, & præ-
ſumptus; fraus, & dolus ſunt veluti ſpecies, & genus; Dolus eſt genus: nam fraus fit ſolũ-
modo cauſa conſeruandi iuris mei; Dolus fit etiam ſine meo cõmodo; fraus fit re, ſine cõ-
ſilio; Dolus re, & conſilio; fraus re fit, dum id facio lucri cauſa, vt in l. 2. C. de reſcinden.
vend. ſed dolus fit etiam conſilio, ex glo. in l. iuriſgentiũ. §. ſed ſi fraudis. ff. de pact. & Bart.
in d. l. quod nerua. in princ. & in l. ſub prætextũ. C. de tranſact.

Exemplum doli veri in delicto furti, iniuriarum, adulterij, homicidij, & ſimilium, re-
fert Odd. in reſt. p. 2. q. 83. art. 1. Doli præſumpti exempla de cõmiſsis ex culpa lata. i. ſu-
pina negligentia. Idcircò quæritur, An reſtituatur quis aduerſus dolum, vt ibi plura Odd.
latius nos dicemus in ſuo loco, & an ſint propriè reſtitutionis ſpecies; reſtitutio ex cauſa
doli, vel metus, dubitatur apud Odd. in p. 1. q. 2. art. 16. & concluditur, quod non ſint pro
p̄riè reſtitutiones in integrum, per Paul. de Caſt. in Rubr. C. eod. quia conceduntur iure a-
ctionis, glo. in Rubr. ff. de minor.

32 Alia cauſa reſtitutionis erit ex defectu ætatis, vt in tit. ff. & C. de minor. 25. ann. cuius ff. C. Minorib. 25. ann.
verba adieci, hæc ſunt. *Quicquid cum minore 25. annos natu geſtum erit, vtiq; qua res erit,*
animaduertam. Hæc ibi. Ratio fuit iuſta; quia ætas illa debilis, & facilis eſt, vt decipiatur,
cum non habeat plenum rationis conſilium. Ideò Prætor eorum imbecillitati conſulit. At
ſi minor dolum, & mendacium interpoſuerit, tunc non ſuffragatur ei Prætoris beneficium;
veluti ſi minor iurauerit ſe eſſe maiorem, aut priuilegio alicuius contra quem vult reſtitui,
vteretur, aut quia ſemel denegata eſt reſtitutio, vt in toto corpore d. tit.

Sunt autem multæ aliæ cauſæ, quibus minores non obligantur, & non requiritur alia re C. In quibus cau. in integ. reſt. nõ eſt neceſſaria.
ſtitutio, vt in tit. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria, veluti ſi contractus defi-
ciet ipſo iure; aut quia non interuenit, vel curator, ſiue decretum. Si doloſè fuit data cau-
ſa contractus. ſi minor ſocietatem donationis cauſa contraxerit. ſi id fecit ad ſui ludibriũ,
vel contemptum, ſi mulier minor filio ſuo impuberi non petit tutorem; in omni tempora
li præſcriptione, & ex alijs, vt in d. tit.

33 Inſuper non ſolum minores in caſibus à iure conceſsis reſtituũtur, ſed etiam eorũ fideiuſ C. Fideiuſſo. mandat.
ſores, vt declaratur in Rubr. C. de fideiuſſoribus minorum, necnon mandatores, & procu-
ratores, & omnes, qui pro minoribus interuenerunt, l. 1. C. eod. l. in cauſa. ff. de minor.

Reſtituuntur etiam tutores, & curatores minorum, quando contractum eſt cum creden
te ſe tutorem, vel quia fuit adhibitus tutor tempore, quo exceſſerit pupillarem ætatem, aut
curator poſt 25. annum, vel quia præſentibus tutoribus, & curatoribus ſint decepti, ſic de
34 ſimilibus in tit. C. ſi tutor, vel curator inter. Limitãtur prædicta multis modis, vt in l. con- C. Si tut. vel curat. inter.
ſtitutione, & l. ſancimus. C. de admin. tut. & talis reſtitutio prodeſt etiam ſocio maiori, ra-
tione communionis, vel ſocietatis, vt in tit. C. ſi in communio. eademq́; cauſa in integr. reſt. C. Si in cõi eademq; cã in int. reſt. pot.
pot. quia tunc commune ſumitur prout eſt proprium ſingulorum, vt in glo. in §. his prudẽ-
tibus. in fin. in verbo communib. C. de Iuſtiniano cod. confirman.

35 Reſtituuntur etiam filij familias minores, vt in l. 3. ff. eod. & in tit. C. de fil. fam. minor; C. Filio fam. minor.
quæ reſtitutio licet & proſit patri, tamen & filio prodeſt, quamuis Prætor non intellexe-
rit ſubleuare patrem habentem filium, reſtituendum in poteſtate; tamen ex conſequenti
venit, vt in d. tit.

36 Datur etiam reſtitutio maiori, vt in tit. ff. & C. ex quib. cau. maior. veluti ſi maior fuerit ff. C. Ex quibus cãis maior.
læſus

læſus cauſa abſentiæ in militia: nam milites in expeditione exiſtentes, cum à ſignis exercitus ſine vitæ diſcrimine exire non poſsint, nec redire meritò excuſantur, l.fin.ff.eod. & ſi non fuerint in expeditione non reſtituuntur, l.miles.ff.eodem. & in tit. C. de reſtit. milit. Inſuper ſi fuerit abſens cauſa Reip. intelligitur de Roma, de alijs autem ciuitatibus ſubuenitur edicto Prætoris, l.ſed & ſi.§.fui.ff.ex quib.cau.maior. vel fuerint abſentes ex iuſto metu, l.2.& l.3. ff.eod. Reſtituuntur etiam detenti in vinculis, vel à priuata perſona, vel à latronibus, aut Iudicis auctoritate, vt in d.tit. ex quib. cauſ. maior. vel qui ſine dedecore in publico loco comparere non poſſunt, l.incurretur. ff. eod. vel, vt dictum eſt, reſtitutio facta minori, prodeſt etiam maioribus.

C. De reſtit. milit.

C. Si maior fact. ratũ habuer.

37 Denegatur autem talis reſtitutio pluribus de cauſis maiori; ſi poſtquam effectus eſt maior ratum habuit, quod geſsit in minori ætate, vt in tit. C. ſi maior factus ratum habuerit; nam virtute ratihabitionis non poteſt petere reſtitutionem, l.2. C.eod. ſic ratum ſumitur pro firmo, & confirmato, vt notatur in l.id, quod pauperibus. C.de Epiſc.& Cler. & ratihabitio retrotrahitur, & comparatur mandato, l. fin. C.ad Maced. Intellige quo ad tempus, in quo obligatio facta fuit; ſi cauſa eſt in eodem ſtatu, §.1. de obligat. & ſolut. de his vide Bart. l.Pomponius. ff.de negot. geſt.

C. Qui & aduerſ. quos in integ. reſtit.

Denegatur etiam ratione perſonæ tam petentis, quàm contra quem petitur, vt in tit. C. qui & aduerſus quos in integr. reſt. non præſtet. vbi multi caſus numerantur.

C. Si mino. ſe maior. dix.

Tertiò, ſi minor ſe maiorem dixerit, vel probatum fuerit ſe etiam maiorem, non reſtituitur, vt in tit. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, & hoc ne mendacium ſibi proſit.

C. Si ſæpius in integ. reſt. præſtetur.

Quartò, ſi ſemel ſit conceſſa, petita, vel denegata, minor non reſtituitur, præterquàm ad appellationem, niſi in cauſa inſtrui poſsit de nouo ex nouis defenſionibus, l.1. l.fin. l.ſi ſæpius. C. ſi ſæpius in integr. reſtit. præſtetur.

C. His qui veniã ætat. impetr.

Quintò, ceſſat in eo, qui à Principe veniam ætatis impetrauit, vt in tit. C. de his, qui veniam ætat. impetr. nam maſculus maior viginti, & fœmina maior 18. veniam impetrare ſolent à Principe, & ille, qui obtinuit, reputatur maior, l. 1. C.eod. ſic ſumitur pro licentia venia, l.venia. C.de in ius vocat. Interdum pro Indulgentia, & remiſsione, c.peccati venia. de reg. iur. lib. 6. & iſta venia ætatis datur tantum in caſibus à iure expreſsis, glo. in l.ſi quis legatum. §.fin. ff.ad l.Cornel.de fal.

C. Si aduerſ. rem iud.

38 Modo videndum contra quem detur iſta reſtitutio. Primò, datur contra ſententiam datam, licet tranſierit in rem iudicatam, vt in tit. C. ſi aduerſus rem iudicatam; dũmodo ſententia lata fuerit tempore minoris ætatis, vel dolo aduerſarij ita factum fuerit, vt ſententia non ferretur, niſi facto maiori, l. 1. l. in re. ff. de minor. & l. 3. §. 1. C.eod. de hoc tit. de re iudicata dicetur infra.

C. Si aduerſ. vẽd. reſt. poſtul.

Secundò, ſi aduerſus venditionem reſtitutio poſtuletur, ſi venditio fuerit nulla ex aliqua cauſa, vt quia defecit decretum non datur reſtitutio, ſed ſi valet, tunc requiritur cauſa, vt læſio pretij, aut quia interuenit dolus, vel fraus, l.etſi.§.1.ff. de minor. & in tit. C. ſi aduerſus venditionem reſtitutio poſtuletur. At l. etſi. §. 1. intelligitur, quando venduntur ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; & minor tunc per enorme damnum reſtituitur, ſi venditio valet, debet docere de læſione, vt reſtitutio concedatur, l.lex, quæ. C. de admin. tut. l.ſi quidem. ff. de præd. minor.

C. Si aduerſ. vẽd. pig.

Tertiò, datur contra venditionem pignoris, cum res minoris ſit pignori obligata, & à creditoribus diſtrahitur, tunc ſeruantur ea, quæ in dicto tit. continentur, C. ſi aduerſus venditionem pignoris.

C. Si aduerſ. donat.

Quartò, ſi aduerſus donationem, vel quia minor donauerit tam cum decreto, quàm ſine, l.fin.§.fin. C. ſi maior fact. ratihabuerit. exceptis quibuſdam cauſis, quibus minor donare poteſt, de quibus in d. tit. C. ſi aduerſus donationem, vt quia dedit mercedẽ præceptori, aut alimenta parentibus tribuit.

C. Si aduerſ. liber.

Quintò, ſi maior vebt reſtitui contra libertatem, quæ ſpectet ad illum, nullo modo conſequi põt, niſi Princeps ex magna cauſa hoc cõceſsiſſet, vt in tit. C. ſi aduerſus libertatem.

C. Si aduerſ. ſolut.

Sextò, ſi aduerſus ſolutionem à debitore, vel à ſe facta reſtitutio poſtuletur, l.7.& l.ſeq.

Digitized by Google

C.ſi aduerſ. ſolutionem à debitore; quando concedi debeat, vide ibi. [C. Si aduerſ. ſolut.]
Septimò, ſi mulier minor 25. plus promiſit, quam haberet in dote, promiſsio eſt ipſo
facto nulla, l.ſicut generalis.ff.de iur. dor. ſed ſi fuerit maior, & promiſerit vltra vires pa-
trimonij reſtituitur, vt in tit. C.ſi aduerſus dotem reſtitutio poſtuletur. [C. Si aduerſ. dotem.]
Octauò, ſi maior in contractu deliquerit, vel quaſi contractu, vel in rebus, in quibus cō-
traxerit, vt in locatione, depoſito, venditione, & ſimilibus, vel ſi alia cauſa deliquerit; quā-
do reſtitutio concedatur diſtinguitur, an ex culpa, vel ſine, vel ex propoſito, aut ex animi
conſcientia, vt per totum tit. ſi aduerſ. delictum reſtitutio poſtuletur. [C. Si aduerſ. delict. reſtitut poſtuletur.]
Nonò, aliquādo minor læditur, vt dum eius bona fuerint vſucapta, tunc ſuccurritur re-
ſtitutione, & hoc locum habet poſt decennium, vel vicennium; nam eo tempore non cur-
rit tempus vſucapiendi contra pupillum, l.bona fide.ff.de acquir.rerum dom. vt in tit.C.ſi
aduerſ. vſucapio. reſtitutio poſtul. [C. Si aduerſ. vſucap. reſtit. poſtule.]
Decimò, ſi minor cum Fiſco contraxerit, & deceptus fuerit, reſtituitur, ac ſi cum priua
to cōtraxiſſet, & de ea reſtitutione cognoſcit procurator Fiſci, qui dicitur procurat. Rei-
pub. l.curator.C.de modo mulctan. & l.1.C.ſi aduerſ.Fiſc. reſtit. poſtuletur.
Vndecimò, ſi minor mutuum contraxerit, aut quid ſimile fecerit, reſtituitur, ſed credi- [C. Si aduerſ. Fiſcū reſtit poſt.]
tor debet probare minorem ex eo, ſe eſſe effectum locupletem, in alijs ſolet probare ſe de-
ceptum, vel admittit, quod ei fuit datum, vt in tit.C.ſi aduerſ.credit.reſtit.poſtul.
Duodecimò, ſi minor damnoſam hæreditatem adiuerit, vel agnouerit bonorum poſſeſ- [C. Si aduerſ. credit reſtit poſt.]
ſionem, vel quia reſtituit hæreditatem, vel quia ab ea ſe abſtinuit lucroſa; reſtitutionē pe-
tere poterit, vt in tit.C.ſi vt ab hæreditate ſe abſtinere reſtir. poſt. [C. Si vt ab hęredit.]
Decimotertiò, ſi minor repudiauerit hæreditatem ſibi delatam, reſtitutio conceditur, vt
illam adire poſsit, dummodo hæreditas non ſit diſtracta, vel ab eo, qui ſucceſsit poſt repu-
diationem, vel ab alio minore ſubſtituto, nam tunc non reſtituitur, vt in tit. C.ſi vt amiſſa [C. Si vt amiſſ. hæredit.]
hæredit. vel bonorum poſſeſsione aliquid aliud exquirat.
39 Sequitur poſtmodum videre quo tempore iſta reſtitutio concedatur, vt in tit.C.de tem- [C. Temp. in integ.reſt.]
pore in integr. reſtit. & regula eſt; minori ætate exiſtente, reſtitutio non conceditur, ſed
ante quadriennium poſtquàm minor fuerit factus maior, à die maioritatis computando.i.
cum primum dies, primus anni 26. inceperit, vt in d.tit.
40 Vltimò, conſideratur effectus talis reſtitutionis, qui ad priſtinū ſtatum cauſam reponit,
& interim nil innouetur, alienando, vel ſimilia agēdo, donec cauſa terminetur; de his plu
ra in tit.C.in integr.reſt.præſtan. ne quid noui fiat; præſtare hic ſumi poteſt pro dare, vel [C. In int. reſti.præſt. ne qd noui fiat.]
tradere, vt in l.quod meo.§.quidam.ff.locat. vel ad l.ex empto.ff.de act.empt. Nouū mul-
tipliciter ſumitur, ſecundum relationem regulariter nouum dicitur, quod non eſt vetus, vt
in l.vetus.ff.de vin.trit & oleo. ſic quod eſt ante annum, l.fin.§.quoties ff.de publ.vel intra
biennium.l.qui agros.C de omni agr.deſer. Interdum pro vltimò, vt in c.cum Marthę, de
celebrat. Miſſarum. Interdum pro inaudito, l.1.in princ.ff.de vent.inſpic. Aliquando pro
extraneo, Auth. vt liberti de cetero.§.faciendi.ibi glo. Hic ſumitur pro actione aliqua, fa-
cta contra prædicta.
41 Hæc de actione reſciſſoria, quæ geſta reſcindit, reducendo ad priorē ſtatum; tunc facta
reſciſsione, vtimur actione competenti, reſciſſoria nūcupata, vt in l.fin.ff.ex quib.cauſ.ma-
ior. Iaſ.in §. rurſus. nu. 18. ait; tres eſſe ſpecies reſciſſoriæ actionis; duæ dātur officio Iudi-
cis, ſublato impedimento per abſentiam, de quibus agitur in hac materia, quarum vna di-
42 citur inſtitutoria, alia reſtitutoria, tertia reſciſſoria, quæ ipſo iure competit; quæ datur ex
alijs cauſis, quam abſentiæ, vt ibi habetur, quæ omnes veniunt ſub nomine reſciſſoriæ, Iaſ.
43 in d.§.rurſus.nu.14. Ita his verbis declaratur. Inſtitutoria actio eſt illa, quæ actio à princi-
pio competebat, & fuit extincta, mediante vſucapione, vel preſcriptione; quo caſu, ſi re-
ſcinditur vſucapio propter iuſtum impedimentum, dicitur reſciſſoria, dum reſtituitur, di-
citur reſtitutoria. Sed ſi de nouo eſſet inſtituta à prætoria, tunc eſſet inſtitutoria, vt in §.
rurſus.ibi Iaſ. nu.16. ponit differentiam inter reſtitutoriam, & inſtitutoriam; reſtitutoria
non datur, niſi implorato officio Iudicis, inſtitutoria conceditur iure agendi, Ang.ibi nu.

22.di

22. diuerſis nominibus nuncupari ex diuerſitate cauſarum, vel principiorum, aut affectuū. Inſtitutoria dicitur, quià à Prætore eſt nouiter inſtituta, quia nouiter competit ex aliqua legitima cauſa ſuperueniente; quamuis confundantur interdum nomina iſta, quod reſtitutoria, inſtitutoria appelletur. Hæc ex Doct. in d.§.rurſus. Inſt. de act.

44 Alia actio in rem nuncupatur reuocatoria, vt in § item ſi quis. Inſt. eod. & ſex ſunt actiones reuocatoriæ, ſecundum glo. in d §. item, in verbo eam rem.

45 Primò, datur contra alienata in fraudem creditorum, quæ appellatur Pauliana; nam Prætor promittit creditoribus alienata in eorum fraudem reuocare; & requiruntur plura ad hanc actionem, Primò, quod debitor, & receptor participent de fraude, vt ibi glo. ſed ſi alienatio fuerit facta in donatione, tunc ſufficit fraus ex parte debitoris tantùm, l. penul. C. de his, quæ in fraudem. fallit in caſu, l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. eod. Secundò, requiritur debitum ſit contractum ex mutuo, vel ſimili, ſit efficax, & ſine exceptione. Item, qd̄ conſilio, & fraude alienauerit. Inſuper facta tali alienatione, non remanet in bonis diſcuſſis, quod ſatisfacere poſſit creditori, ſi creditores ſunt decepti, l. ait prætor, §. ita. ff. eodem. Vltimò, quicquid acquiſiuerit iſte venit in excuſſionem vſq; ad Petam, vt in d. §. item ſi q̄s. & alienans poſſideret ciuiliter, & naturaliter, l. is. C. de act. & oblig.

C. his quæ in frau. credit.

46 Datur etiam reuocatoria contra res incorporales alienatas in fraudem, & vocatur actio in factum, & Pauliana, Bart. in l. hac in factum. ff. de his, quæ in fraud. credit. De fraude, & dolo ſupra deregimus. tamen differunt: Nam dolus eſt in fraude, ſed non conuertitur, l. iuris gentium. §. dolo. ff. de pact. nam fraus ex animo eſt, l. 1. C. qui man. non poſſ. ſic eſt in conſilio, & fit fraus legi, & menti legis, l. fraus. ff. de leg. committitur quandoq; tempore, l. ait prætor. §. ſi tamen. ff. quæ in fraud. cred. ponitur quandoq; ſtrictè, l. fraudis. de reg. iur. quandoq; largè, l. 1. in fin. de ſtatu lib. quandoq; pro dolo, l. 1. ff. eod. ponitur aliquando fraus pro damno, l. incertos. ff. ex quib. cauſ. maior. vt in terminis noſtris in fraudem creditorum. i. ad damnum ex conſilio cauſatum.

47 Datur etiam reuocatoria patrono, ad reuocandum alienata per libertum in fraudem: nā libertus tenetur relinquere ſuo patrono tertiam partem ſuorū bonorum, §. ſed noſtra. Inſt. de ſucceſſ. libert. Iſta actio dicitur fauiana, l. videamus. §. fauiana. ff. de vſur. & l. 1. ff. ſi quid in fraudem patroni.

ff. q d in frau dē patro.

Quarta ſpecies reuocatoriæ eſt communis creditorum, & patronorum in caſibus ſupradictis ad reuocandum alienata in fraudem eorum, & vocatur caluiſiana, l. ſi quid fauiana, ff. ſi quid in fraud. patron.

Quinta ſpecies reuocatoriæ datur filio arrogato ad reuocandum alienata per arrogatorem in fraudem eius, quia debet habere quartam partem bonorum arrogantis, l. ſi arrogator. ff. de adopt. quæ vocatur Caluiſiana, & datur filio contra alienata per patrem in fraudem filij, Bart. in l. 2. ff. ſi quis à parente manumiſſ. de quibus in d. tit.

ff. Si q s à parent manumiſſ.

Sexta ſpecies datur, quando debita pupilli ſoluuntur creditori tutoris facto ipſius tutoris, l. ſi pupillus. ff. de ſolut.

48 Alia ſpecies actionis in rem nuncupatur Seruiana, de qua Inſt. de act. §. item Seruiana, & dicitur à ſeruando, quia per eam ſeruatur ius alteri competens, datur locatori pro mercede conductoris, ad cuius ſubſtantiam requiruntur iſta, videlicet;

Primò, quod præceſſerit contractus validus locationis, l. certi iuris. C. locati. Secundò, quod res ſit illata in fundum conductum, ſeu in domum. l. 3. & l. 4. ff. ex quibus cau. ma. 3. & locator ſciat tales res eſſe coloni conductoris 4. quod res illatæ ibi permaneant. l. debitor. ff. de pignor. Quinto, conductor potuerit res illas obligare tamquam dominus, vel quaſi l. item quia ff. de pact. & ita obligantur bona conducta ad ornamentum domus. l. ſi-ne C. ad Vellianum. 6. quod ſciat res, quæ obligari poſſunt. l. obſeſ. C. de act. & obligatione. Septimò, quod tales res veniant in obligatione generali, ſecus ſi in ſpeciali obligatione eſſet, vt nomine debitorum. l. obligatione ff. de pignor. Octauò, quod locator excuſſerit alia bona conductoris antequam detur ſeruiana contra extraneos poſſidētes. l. certi iuris ff. locati. Nono, quod conductor ſit maior glo. in l. Item ſi quis. ff. de pact.

Alia

Digitized by Google

Alia dicitur quaſi ſeruiana, quæ datur creditori ad petendũ res ſibi pro debito ſuo obligatas, vnde omnia bona, quæ conducit in domum, vel fundum locatori, ſunt tacitè obliga-
49 tæ pro mercede ſic datur creditori, ex d. §. item ſi quis. & requiruntur plura. Primò, qui obligat res ſit dominus, vel quaſi, l. ſi rem alienam. ff. de pignor. act. Secundò, quod excuſſa ſint aliena bona debitoris, Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.

50 Differt Seruiana, à Saluiano interdicto; quoniam Seruiana poſtulat actorem probare debere conductorem poſſediſſe res, quas petit, tempore obligationis, l. quemadmodum. ff. de pigno. In Saluiano verò non ſufficit probare, quod conductor poſſederit aliquo tẽpore, l. 1. ff. de Saluian. interd. vt infra dicetur.

51 Aliud membrum actionis in rem dicitur præiudiciales, vt in §. præiudicialis. Inſt. codẽ. numerantur ſub iſta actione aliæ ſpecies, vt quædam de libertate, & ſeruitute; quædam de Libertinitate, & ingenuitate, quædam alia de partu agnoſcendo, & iſtæ dicuntur ciuiles, licet ſint aliæ prætoriæ.

Præiudiciales ſunt principales actiones, ceteræ dicuntur acceſſoriæ, vel quia ſententia in illis lata parit exceptionem rei iudicatæ, vt in alijs actionibus, vel dicuntur ſic, quia mouentur circa ſtatum hominis, vt in dicto §. præiudiciales. Primò, actio præiudicialis datur domino contra ſeruum, qui negaret ſe eſſe ſeruum, l. liberis. §. fin. ff. de liber. cau. Secundò, datur patrono contra eum, qui negaret ſe eſſe libertum, l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. Ter-
52 tiò, datur patri contra illũ, qui negaret ſe eſſe filium; ſic datur in quolibet ad ea, quæ ſũt ſine acceſſione; Sed ſi quis detineret filium alienum, datur actio de libero homine exhibẽdo, & ſicut conceditur patrono contra ſeruũ, & patri contra filium, ſic è contra datur ſeruo cõtra dominum, & filio contra patrem, vt ex d. §. præiudiciales. De lib. ho. exhibẽd.

Hæc de actionibus in rem.

SVMMARIVM.

1 *Perſonalis actio, qua.*
2 *In quibus caſibus detur.*
3 *Actio de conſtituta pecunia, qua.*
4 *Actio de peculio, qua.*
5 *Actio iuratoria, qua.*
6 *Actio ex conditione, qua, & quotuplex.*
7 *Actio ob turpem cauſam, qua.*
8 *Condictione indebita, qua.*
9 *Condictione ſine cauſa, qua.*
10 *Condictione ex lege, qua.*
11 *Triticaria, qua.*
12 *Furtiua, qua.*

DILVCID. II. DE ACTIONE PERSONALI.

1 PErſonalis actio eſt illa, quæ dirigitur in perſonam, à qua petitur aliquid dari, vel fieri, ſic abuſiuè condictiones vocantur actiones perſonales, vt in §. ſic itaq;. Inſt. de act. Requiſita in pſonali actione ſunt iſta. Primò, nõ cõpetit mihi ad petendum, quod meũ eſt, quia amplius meum fieri non poteſt, §. ſi rem. Inſt. de leg. Secundò, competit ad reſtituendum pro re ſua, vt commodata, depoſita, aut ſimilia, quæ duo differunt dare, & reſtituere; nam dare eſt accipientis facere, l. vbi autem. ff. de verb. oblig. reſtituere ad priſtinum ſtatum, reponere.

2 Datur etiam perſonalis actio in caſibus infraſcriptis, vt in conſtituta pecunia, quæ perſonalis, & prætoria nuncupatur, l. 1. ff. de conſt. pecun. & locum habet in pecunia, & in omni alia re, quæ conſiſtit in pondere, numero, & menſura, l. 2. § pen. ff. eod. & in tit. ff. & C. de conſtit. pecun. & tunc conceditur, quando non datur repetitio ſoluti, l. 3. §. ſi quis. ff. eo. ff. C. Cõſtit. pecun.
3 & contra illum, qui conſtituit ſe, vel pro alio ſoluturum, non interueniente ſtipulatione, & conſtitutus poſſit ſe obligare, vt ibi; & datur etiam ex nudo pacto, glo. in d. §. in perſonã. Inſt. eod. & ſex ſunt caſus, in quibus datur actio ex nudo pacto, ſicuti in donationib. l. ſi qs argentum. §. fin autem. C. de donat. ibi glo. quæ hodie à multis non recipitur, cum nudum

locum

Digitized by Google

locum habeat tantum in contractibus innominatis. & donatio hodie ſit de contractib. nominatis, vt ubi Doct. Inſuper cum quis propter honorem, decretum, vel decernendum aliqd palã, pollicitus ſit ſine interrogatione, l. 1. ff. de pub. iud. ibi tñ glo. reprobať. Tertiò, qñ mulier promiſit dotem marito ſine ſtipulatione, l. ſi pater. C. de dot. promiſſ. licet videatur tacitè interueniſſe ſtipulationem, & hoc ex priuilegio dotis. Quartò, in nautico fœnere, quod non procedit de iure Canonico, c. nauigandi. ext. de vſur. Quintò, acceſſio frumẽti, vini, & olei, l. cum non frumentum. C. de vſur. Sextò, in vſuris ciuitati promiſsis, l. etiã. ff. de vſur.

4 Alia perſonalis actio eſt de peculio, quæ datur domino pro peculio ſerui, & patri pro peculio filij; & ſic magis quædam adiectio ad aliam actionem eſt, quam ſit actio; nam ſicuti dicitur actio mandati, ſic poteſt dici de peculio, l. 3. §. pen. ff. de pecul. Naſcitur iſta actio ex contractu filij, vel ſerui, vel ex maleficio eorum, qui obligantur in eorum peculio. l. ſi filius. ff. negoc. geſt. Sic veniunt plures, veluti, quod iuſſu: in rem verſo, inſtitutoria, tributoria, & ſimilia, de quibus infra de act. bon. fid. & actio eſt pariter bonæ fidei, ſic duplici nomine appellari poteſt.

5 Alia dicebatur iuratoria, vt dum datur recipienti contra eum, qui detulit, vt iuratum exequatur, §. item ſi quis. Inſt. de act. & ex iſta naſcuntur plures actiones in factũ, & ex cõtractu, & nonnullę aliæ exceptiones, vt de act. bonæ fidei dicetur.

6 Alia perſonalis actio venit ex cõdictione, & hoc multipliciter cõtingit; quædam actio dicitur certi condictio, quæ duplex eſt, vna appellatur generalis, quæ competit ex omni cauſa, & ex omni obligatione, ſiue nata ex contractu certo, ſiue incerto, dummodo obligatio ſit pura: nam exiſtente conditione, non poteſt agi. Alia dicitur ſpecialis, quæ competit in ſolo mutuo, vt in §. 1. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. & in tit. ff. de certi cõdictione. Certum ſumitur multis modis, vt in l. certum. ff. ſi cer. pet. & ſupra diximus iuris præſumptione, aliquando dicitur certum, l. per diuerſas. C. mandat. Interdum, certum dicimus, quod eſt de præſenti, vel præterito, l. quia præſens. ff. ſi cert. pet. Hic autem ſumitur pro obligatione certæ rei, vt dictum eſt ſupra de oblig. ex contrac. i. de mutuo. Secundò notatur, qđ condictio in his actionibus, intelligitur ex repetitione: vnde ſi quis ob rem honeſtam dederit pecuniam, vt a litæ ſe remoueat, tunc cauſa ſequuta, propter quam dederit, repetitio ceſſat; ſed ſi cauſa non fuiſſet ſequuta, poteſt condicere. i. repetere quicquid datum eſt; vt latius de his in tit. ff. de cond. cauſa data non ſequut.

ff. Condit cã dat. non ſequut.

7 Alia cõdictio apponitur, quæ habet reſpectum ad turpem cauſam, tam præteritam, quã futuram, & turpitudo ſit dantis, non accipientis, vel accipientis tantùm, aut vtriuſque, & tunc iſta conditione non tollit actionẽ; quia habetur pro non appoſita; Ideò ex hac actio non oritur, & ſine iſta conditione non tollitur actio, quę ex contractu orta eſt, vt in tit. ff. de condict. ob turpem cauſam. Turpe ſumitur pro iniuſto, vt in Rubr. glo. ff. eod.

ff. Condi ob turp. cauſam.

8 Alia cõdictio nuncupatur indebita, vt ſupra dictum eſt, vt dum quis ſoluit, quod non debet, tunc virtute huius actionis poteſt repetere ſolutum indebitè; quæ ſint cauſæ inducentes hanc actionem, vide in l. ſufficit. ff. de cond. indeb. & quæ cauſæ faciant illam ceſſare, vide l. ſi procurator. ff. eod. & in quantum detur, l. indebiti. ff. eod.

ff. Cond. indebit.

9 Alia cõdictio eſt ſine cauſa, vt dum quis ſine aliqua cauſa ſoluere promiſerit indebitũ, vel quia credebat ſe teneri ex teſtamento inualido, vel ſimili; ſic iſta actio datur ad repetendum indebitum, ſolutum ſine cauſa, vel ad reſcindendam promiſsionẽ factam ſine cauſã, & iſta conuenit cum omnibus alijs conditionibus, vt in tit. ff. de cond. ſine cauſa.

ff. Cõdi. ſine cauſ.

10 Item, alia cõdictio dicitur ex lege, vt ſi actio ſit introducta ex lege, & quod alia actio in tali caſu non datur, & tunc dicitur actio ex lege, vt in nudo pacto donationis, & ſimiliũ. de his in ff. de condict. ex lege.

ff. Condi. ex lege.

11 Item, alia cõdictio nuncupatur triticaria, quæ locum habet in omni ſpecie, niſi in debito, ex cauſa mutui, vt in re corporali, ſeruitute perſonali, & reali pro poſſeſſore, & ſecundum quoſdam, dicitur à Tritico Inuentore, & eſt ciuilis actio, ſicuti cæteræ actiones ex cõdictione, vt in tit. ff. de condict. triticaria.

ff. Cond. tritic.

12 Item, alia condictio dicitur furtiua, quæ importat repetitionem rei furtiuæ, & competit ſolo domino, vel hæredi eius, & datur contra furem: nam plures actiones habet dominus rei furtiuæ ad recuperandum furtum, vt in tit ff. de condit. furt. ff. Conditio furti.

SVMMARIVM.

1 Rei perſecutoriæ actio, quæ, & quotuplex.
2 Pœnalis actio, quæ.
3 Contra quem detur.
4 Differentia inter pœnalem, & rei perſecutoriæ.
5 Mixta actio, quæ.
6 Familiæ, & erciſcundæ, quæ.
7 Quid ſit familia, quid erciſcunda.
8 Actio communi diuidundo.
9 Finium regundorum, quæ.
10 Finis, quid.
11 Actiones mixtæ competentes Eccleſiæ, quæ.
12 Actio depoſiti, mutui, commodati, quæ.
13 Actio mandati.
14 Mandatum quid, & quotuplex.
15 Actio pro ſocio, quæ.
16 Dictio, pro, quid ſignificet.

DILVCID. III. REI PERSECVTORIAE.

TERTIA principalis actionum diuiſio eſt rei perſecutoriæ, quæ diuiditur in pœnalem, & mixtam, Inſt. eod. §. ſequens.

1 Rei pſecutoriæ actiones ſunt oēs actiones reales, & pſonales, q̄ naſcũtur ex contractu, excepto depoſito facto ex cauſa hoſtilitatis, incendij, ruinæ, naufragij, & ſimilium, appellatur eo nomine, quia actor, quod ſibi abeſt à reo, quod adeſt, proſequitur, vel ſi proſequimur ſolidum, vel inquãtum quis facere poteſt, vt in peculio filij ſerui minus fuerit, quam debetur, §. ſunt in dotis. & §. item ſi cum. & §. ſeq. Inſt. eod.

2 Pœnalis eſt illa, quæ agit ad pœnam ciuilem, vt ſi quis corruperit ſcriptũ in albo Prætoris; contra illum datur actio prætoria in factũ, quæ appellatur pœnalis, §. pœnalis. Inſt. eod. & habet multa capita, vt ibi glo. & præſertim datur contra filium vocantem parentes in iudicium, non impetrata prius venia; nec excuſatur, ſi petierit tantùm, ſed requiritur impetrata, & locum habet inter aſcendentes, & deſcẽdentes ex latere patris, & matris, idem ſeruatur inter libertos, & patronos, & tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalib. intelligitur, vt ex glo. in d. §. pœnales.

3 Item, datur contra illum, qui vi eximerit vocatum in iudicio, aut qui dolo fecit, vt alter illum eximeret, Inſt. de act. §. item aduerſus. & in d. §. pœnales. Sunt & multæ aliæ actiones in factum pœnales, quæ à Doctoribus paſſim tractantur, de quibus alibi. De differentia inter actiones rei perſecutoriæ, & pęnales vide in princ. glo. in d. §. pęnales. Inſt. de act.

4 Nam pœnales ſunt prætoriæ, & annales, excepta actione furti; rei perſecutoriæ perpetuæ. Item, pœnales odioſæ ſunt, ſecus rei perſecutoriæ. Item, pœnales non tranſeunt cõtra hæredes, niſi inquantum ad eos peruenerit, vel lis ſit conteſtata; ſed perſecutoriæ ſic. Item, vbi plures tenentur in rei perſecutoria omnes liberantur, vno ſoluente, non ita in pœnali. Hæc ex gloſ.

5 Mixta actio dicitur tribus modis; Primò, quia participat de rei perſecutoriæ, & pœnali, §. quædam actiones. Inſt. eod. & eſt mixta, quia circa realem, & perſonalem verſatur, vel quia in eadem idem poteſt eſſe actor, & reus, & continentur plura, veluti familiæ erciſcũdæ, communi diuidundo, finium regundorum, vt in d. §. quædam, & ibi glo.

6 Familiæ erciſcundæ naſcitur ex l. 12. tab. nam hæredes volentes à communione hęreditatis diſcedere, & illam diuidere. Actio fuit ordinata, vt Iudex cognoſceret actorem, & reum pro huiuſmodi actione, vt hæreditas diuidatur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato delata. Ita ex lege, vel Senatuſconſulto, & iſta dicitur mixta, tam reſpectu actoris, & rei; quia poſſunt quilibet eſſe actores, vel rei; quàm quia poſſunt dici reales, & perſonales;

Digitized by Google

les; familia hic ſumitur pro hæreditate, l.fin. ff.de verb. ſignif. erciſcundæ ſignificat diuidere, in tit. ff. & C. famil. erciſcund. & tunc habet locum, quando alter cohęres vellet
ff. C. Famil. erciſcun.
7 hæreditatem diuidere, glo. & Syluest. in addit. in §.quædam. Inſt. 1. de act. Iſta autem actio naſcitur ex voluntate agentium, non ex contractu, aut ſimili, vt ibi glo. & quando iſta diuiſio prohiberi poſſit à teſtatore; vide l. in hoc iudicio. §.ſi conueniat. ff. cõi diuid. & Alex. in conſ. 3. lib. 3.

8 Alia actio appellatur cõi diuidundo, quæ competit pluribus exiſtentibus in cõmunione, quando quis vellet ſuam portionem ſuſcipere; & datur tam in ſocietate inita de communi conſenſu plurium, vel in legato facto pluribus, & ita intelligitur magis de omnibus alijs, quam hæreditarijs rebus, de quibus ſupra in famil. erciſc. & in hac actione non venit vniuerſitas, ſed res ſingularis tantùm, l. poſt hæc. ff. eod. Item, nihil venit vltra diuiſionem rerum ipſarum, quæ communes ſunt, veniunt tamen ſumptus facti in re cõi nomine meo, vel ſocij, ex glo. in d.§. quędam. Inſt. de act. Item, venit, quod inuito ſocio factum fuit in ſocietate, vt in tit. ff. cõi diuid. & iſta dicitur mixta in rem, & in perſonam; naſcitur ex contractu, & appellatur ciuilis, quæ & hæredibus datur contra hęredes numerantur, in l. fin. C. cõmuni diuid. multi caſus, quibus ſocius tenetur ſtare communioni, ex glo. ibi & habetur in tit. ff. & C. communi diuidundo.
ff. C. Cõi diuidun.

9 Finium regundorum alia eſt actio mixta, & habet locum tempore, quo fines cæperunt turbari in ruſticis prędijs, quæ in vrbanis ſeruitutibus magis dicuntur vicinia, quam fines, l.4.§.hoc. ff. eod. Confinia ſunt, quæ adeo ſunt proxima, vt nullus medius interponatur, & in hac actione duplex ius habet actor, & reus; & appellatur mixta, vt in d.§. quędam. Inſtit.
ff. C. Finium regund.
eod. & ibi glo. & l. ſed, & locis. §. in iudicio. ff. finium regund. & latius in d. tit. ff. & C. finis ſu-
10 mitur pro limite, & termino, vt in d.§. deinde, & §. eo quoq;. Inſt. quib. mod. ius pat. põt ſol. & actio finium regundorum videtur mixta, quia eſt in perſonam, vt l. 1. ff. eodẽ. & datur pro rei vendicatione, vt ibi.

11 Sunt & aliæ actiones mixtæ, quæ dantur Eccleſiæ, vel venerabilibus perſonis, & locis, ad petendum relicta facta illis locis, retardata ſolutione, quę actio datur ex duplici cauſa, aut ex dilatione, quam quærit debitor, vel ex eo, quod negat ſoluere, & datur tam contra debentes, quàm contra hæredes, §. item mixta. Inſt. de act. præterea mixta etiam dicitur actio, quando ſimul petitur res, & pœna, & multi ſunt eius caſus.

12 Actio depoſiti inter mixtas collocatur; nam depoſitum duplex eſt; actio vna eſt; directa, quæ datur deponenti contra depoſitarium; alia depoſitario contra deponentem pro expenſis factis in re depoſita, §. rei proſequendæ. ff. de act. & obligat. & ibi gloſſ. in verbo immo. in depoſito neceſſario cum tunc non teneatur, niſi de dolo, & lata culpa; Ideò tũc datur tantùm vnica actio. dicitur neceſſarium, puando illud, quod deponitur, ſit ad liberandum à periculis incendij, vel ſimilium, & nuncupatur etiam pœnalis, & rei perſecutoriæ in quatuor caſibus, quos enumerat ibi glo. in d.§. ſequens & §. planè. Inſt. eod.
Pro depoſito.

Alia actio datur pro mutuo, vt in §. ſic itaq;, quæ etiam dicitur certi condictio, l. ſi quis certi. ff. ſi certum petat. pro pecunia mutuata datur certi condictio. Actio generalis dicitur ex ſtipulatione, ex d.§. ſequens, & ibi glo.
Pro mutuo.

Alia eſt commodati, quæ & duplex eſt, directa, quæ competit commodanti contra cõmodatarium; alia pro commodatario contra commodantem, vt in d.§. ſequens.
Pro commodato.

13 Alia eſt mandati, quæ pariter duplex eſt pro mandato generali ad omnia negocia, vel pro ſpeciali, & datur ſimplex actio mandantis contra mandatarium; nec ex omni mandato naſcitur obligatio, vt dictum eſt, & habetur in tit. ff. mand. & vt talis actio oriatur mã-
ff. Mandati.
14 datum debet eſſe gratuitum, l. 1. ff. eod. & l. ſalarium eodẽ. Sic mandatum triplex eſt; Verum, dum committitur aliquid exequendum; fictum, dum fide iubeo pro aliquo præſente, & patiente; figuratum, quando habeo rata geſta nomine meo; licet comparetur mandato, tamen non eſt verum mandatum, l. ſi mandato. ff. mandati. l. quod Nerua. ff. depoſiti. Mandare largè ſumpto eſt iubere, & delegare, vt in Auth. vt nulli iud. §. hæc, & l. 1. ff. quod iuſſu. l. mandati. C. mandati, & glo. in l. 1. ff. de offic. Iud. cui mand. eſt iuriſd. Interdum ſumitur

Digitized by Google

mitur pro præcipere, & mittere, vt in c.mandaſtis, 2.q.5. tamen præcarium eſt verbũ, mãdo, l.1.C.cõia de leg.& c.fundamenta, de elec. Differt ab inueſtigare, hortari, vel conſulere, aut commendare, vt notat Alberic. in diction. in verbo mandare, per l.ob hæc verba, ff.de his, qui not. infam. Differt à præcepto; nam mandatum expirat morte, præceptum non, l.mandatũ. Auth. vt nulli Iud.§.hic verò iubemus, & plura notãtur per Nath. in Clem. ſæpè. de verb. ſignif. ff. Mandat.

15 Alia datur in ſocietate, vt ex d.§.ſequens, tam in generali ſocietate, quàm in particulari, tam ad præſtationes, quàm ad fructus; & datur ſocio contra ſocium, vt in tit.ff pro ſocio; & ſupra diximus. dictio, pro, diuerſimodè ſumitur, vt notat Archid. in c.Iudices.2.q.1.& c.ordinationes.63.diſt. Pro, ſignificat cauſam finalem propter impulſiuam, l.dominus. ff.de pecul.legat. poſiti autem in legibus, intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, vt ex ff. Pro ſoc.
16 glo.in l.cos.ff.de cond.& demonſt. Sic non ſemper vno modo ſumuntur. Qua de re, præpoſitiones, coniunctiones, aduerbia, & ſimilia, quando vna ponitur pro alia, erit arbitrio Iudicis, non partis. ex Io.And.in c.nullus.de reg. iur. lib. 6. Sic coniunctiones non habent præciſas determinationes, vt ex illa glo. in l.cos, quæ appellatur vnica in iure; tamen dictio iſta, pro, hic non ſumitur pro ſimilitudine, vt dicimus pro hærede, vel poſſeſſore, vt in l.cogi.C.de petit.hæredit. Sed pro veritate, & re ipſa. Interdum pro cauſa efficiente, vel finali, & quando faciat modum, vide Bart.l.cum pater.§.Lucius. ff.de leg.2.

De hac dictione vide Felr. in c.cum de Ferrarienſis.de conſt.nu.1.& 4.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſtipulatu actio, quæ.*
2 *Actio in triplum, & duplum, quæ.*
3 *Furti aduerſus nautas actio.*
4 *Nauta quid ſit.*
5 *Aduerſus quid.*
6 *Actio furti aduerſus familiam.*
7 *Familia hic, quomodo ſumatur.*
8 *Actio rerum amotarum, quæ.*
9 *Dupli actio, quæ.*
10 *Actio furti, quæ. & 11. Legis Aquiliæ.*
12 *Ad exhibendum, quid.*
13 *Actio in triplum, & quadruplum, quæ.*

DILVCID. IV. EX STIPVLATV.

1 QVARTA diuiſio actionum eſt illa, quæ naſcitur ex ſtipulatu rei certæ, vel Iuri certi condictione, vt ſupra diximus, vel de incerta, & datur actio ex ſtipulatu, vt in §.omnes autem.Inſt.eod. & iſtæ diuiduntur in actionẽ ſimpli, dupli, tripli, & quadrupli, vt in d.§.omnes, quæ datur in ſimplũ, duplũ numerantur plures. In cauſa furti non manifeſti datur actio, l.Aqui-
2 liæ, & depoſiti, & alia ſimilis eſt in legato pio, & ſuper actionibus mixtis §.in duplum. Inſt.de act. Furti actio non manifeſti datur contra furem, quę multiplex eſt, veluti in duplum, vt hic, alia rei vendicatione, de qua ſupra. Tertia, ad exhibendum, l.ſuper.§.furti.ff.de cond.furti.& in §.ſic itaq;. Inſt.de act. quę datur tã contra fures, & eius hæredes, quàm contra quemlibet maleficium, & poſſeſſorem alienum, vt in tit.ff.de furtis; in quo caſu datur etiam actio ciuilis pro intereſſe ſuo, vt contra nautas, & cauponos, & ſtabularios in ſuo exercitio; ſi quid depoſitum eſt apud eos, & furatum fuerit; verba edicti ſunt iſta; *In eos agitur, qui naues, caupones, & ſtabula exercebunt, ſi quid à quocunq; eorum quos, quæuè ibi habebunt factum furtum eſſe dicatur, iudicium datur, ſiue furtum opera, & conſilio*
3 *exercitoris factum ſit, ſiue ex culpa eorum, qui in ea naue nauigandi cauſa eſſent*, & iſta actio datur in duplum, vt in tit.ff.de furtis aduerſ. naut. Nauta appellatur magiſter nauis, l.2.§.cũ ff. Furti adu. naut.
4 in ea.ff.ad l.Rhod.de iact. vide etiam l.1. §.nautam.ff.naut.caup.ſtab.& in l.1.ff.furti aduer-
5 ſus nautas. Dictio, aduerſus, ſignificat contra, l.non ſolum.§.fin.ff.de iniur. & incluſiuè ponitur, vt notatur in §.pen. Inſt.de vſucap.& §.1. de obligat. ex quaſi contractu.
6 Aliquando familia furtum committit, ignorante domino, & tunc datur actio aduerſus maleſi-

Digitized by Google

ff. Si fam. fur. aũ feciſſ. dicat.

maleficia ſeruorum, vt in tit. ff. ſi fam. fur. feciſ. dicatur. Sub nomine familiæ plures perſo-
7 næ generaliter continentur, veluti pro tota agnatione, vt omnes, qui ex eodem ſanguine
nati ſunt, etiam fœminæ natæ ex maſculis, Pariſ. in conſ. 61. lib. 2. num. 10. & 11. Sed hic
continentur vxores filij, non autem adſcriptitij, l. quicunq;. C. de re milit. lib. 12. & collectio
ſeruorum, l. ſi familia. de iuriſd. omn. iud. de ſignificatione familiæ, l. ædiles. §. familiæ.
ff. de ædilit. ædic. Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de vi, & vi armat. & Igneus in l. 1. ff. ad Sylla. nu. 75.

ff. Act. rerũ amotar.

8 Inde venit alia actio, quæ dicitur rerum amotarum, & inducitur aduerſus ea, quæ fecit
vxor in bonis mariti, in quo caſu ceſſat actio furti pro honore matrimonij, veluti adueni-
ente diuortio, vel morte alterius amouētur res dotales, aut ſimiles, tunc datur actio iſta, vt
ff. de act. rerum amot. Tria probare debet intentans hanc actionem, res mariti, dolo malo
amoueantur, vel res vxoris à marito, l. contra. §. item. ff. eod. Secundò, amotio ſit facta cō-
ſtante matrimonio, poſtea daretur actio furti, l. & ideò. ff. eod. Tertiò, quod cauſa diuortij
ſit ſecuta, vel mors præuenerit, l. ſi mulier. ff. eod. ſed iſta erit potius actio perſonalis.

ff. Inſt. Ad l. Aql.

9 Alia actio dupli datur in l. Aquilia, quæ dum agitur contra negantem, agitur ad duplū,
l. contra. ff. ad l. Aquiliam. Si datur contra confitentem, tunc datur quanti plurimi, & di-
citur pœnalis ex accidenti, qua actione cauetur, vt qui ſeruum, ſeruamuè alienam, quadru
pedem, vel pecudem alienam iniuria occiderit, quanti eo anno plurimi fuerit, tanti eius
dare domino debet, vt in tit. ff. & Inſt. ad l. Aquil. Item, in alio capite legis dicitur, qui præ-
ter hominem, & pecudem occiſum, damnum dederit, vt ſi quis uſſerit, fregerit, ruperit,
iniuria. i. culpa, quanti carius erit in diebus triginta proximis, tanti domino condēnabitur.

ff. Seruo cor.

Alia actio dupli datur ex cauſa ſerui corrupti, vt ſi ex bono ſit effectus malus, vel ex ma
lo deterior, l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. datur in duplum ad æſtimationem eius,
eadem datur patri pro filio corrupto ad operarum æſtimationem, taxandarum arbitrio Iu
dicis, l. fin. ff. de his, qui. Necnon datur ſcholari contra ſocium, perſuadentem, vt pecunia
ſit vtiliter expenſa, l. præſes. C. de ſeru. & aqua. Inſuper datur etiam pupillo contra tutorē,
qui fraude, vel dolo gentium tutela vtitur, vt in tit. ff. de tut. & ration. diſtrah.

10 Alia actio furti dicitur rei venditione, quæ datur ſolū ratione dominij, vel quaſi, & poſ-
ſeſſionis, vel quaſi, tunc pro parte actoris requiritur dominium, vel quaſi. Idem ex parte
rei, & tunc competit rem tradi, vel dari, quando res fuerit in obligatione, vt ſup. diximus.

ff. Si ager vectigal.

Datur alia actio legis Aquiliæ, quæ dicitur vtilis, vt ſi ager vectigalis fuerit, vel emphy
theoſi, aut ſuperficiarius, aut conductor vectigalium, vt in tit. ff. ſi ager vectigal. habetur;
nam ſi ceſſauerint in ſolutione pēnſionis, habet vtilem actionem in rem, l. in rem. l. 1. ff. eo-
dem, ibi Bart. & notatur in l. fin. ff. eod. quod intelligitur domino volente; quoniam iſta a-
ctio domino tantum competit.

ff. Ad exhib.

11 Alia actio furti datur ad exhibendum, & eſt præparatoria ad rei venditionem; exhibe-
re eſt facere copiam apud Iudicem, l. exhibere. ff. ad exhiben. Competit hæc actio contra
quamcunque perſonam, & eſt arbitraria, ac præparatoria aliarum actionum, l. 3. ff. eod. &
12 datur etiam contra eum, qui rem exhibere debet, ex d. l. 3. §. ſciendum, & videtur etiam p-
ſonalis, ex d. l. 3. §. præterea, necnon & realis, cum detur, vt res exhibeatur, qua de re cum
multa continere poſſit, vt in l. 1. ff. eod. Ideò vtilis, & neceſſaria appellatur, & aduerſus rem
pariter, locatam datur, l. nam. ff. eod.

Quocirca actiones in duplum ſunt quinque; furti. ſ. non manifeſti, damni, & iniuriæ. l.
Aquiliæ. Depoſiti, ſerui corrupti, & ex legato facto venerabilibus loci.

13 Alia actio dicitur in triplum, vt ex l. condititia contra illum, qui in libello expreſſit ma
iorem ſummam, quam debebat, & ita maiori ſumma capitulorū fuit grauatus reus, & ma
iori expenſa iudicij, & litis, tunc in triplum condemnatur, de eo, quod fuerit ſolutum, vt
in debitum, §. tripli verò. Inſt. eod.

Alia actio datur in quadruplum, & hanc lex non excedit, ſecundum glo. in §. omnes. In-
ſtit. de act. & de hac habetur in §. quadrupli, & numerantur quatuor caſus, videlicet pœna
furti manifeſti, inferens metum, calumniatores, & delatores, qui pecunia accepta aliquem
deferunt, vel accuſant; Item contra exequutores Magiſtratuum, qui plus ſtatuto ſibi pre-
tio exi-

tio exigunt,& contra eos agitur condictione, ex l.ad quadruplum, & ſecundum glo. ibi in d.§.omnes.& Syluest. in addit. ad d.glo. notantur alij caſus, in quibus agitur vltra quadruplum. Item, in auferentem clauum nauis, quo regebatur, & in venditione tigni vitioſi, aut pecoris morboſi, necnon in l.fin.C.de his, quæ à non domino; eo quia pœnæ illæ debentur diuerſis perſonis. Inſuper & in calumniatoribus,ad reprimendã eorum audaciam; quia tunc condemnatur in octuplum, l.& generaliter.§.fin.ff.de calumniat.Item, quando ſumus in re inæſtimabili, vt in reuocatione ſerui ad ſeruitutẽ; necnon ſi per viam accuſationis ſolemnis pœna imponitur,vt in ementibus adminiſtrationes. Item,vbicunq; iuratur in litem ex affectione, licet Iudex debeat moderari, l.in actionibus. ff.de in lit. iuran.

Differunt ad inuicem actiones, quæ dantur ad duplum, vel ad quadruplum. De duplo habetur in §.ſed furti. De alio in §.item actio. Inſt.de act. & cętera, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides, & mala, qua.*
2 *Fides quot modis ſumatur in propoſito.*
3 *Actio empti, qua.*
4 *Actio locati, qua.*
5 *Stricti iuris quid ſit.*
6 *Actio præſcriptis verbis quid, & quotaplex.*
7 *Quare ſic appelletur.*
8 *Actio certa, qua.*
9 *Pignoratitia, qua.*
10 *Negociorum geſtorum actio, qua.*
11 *Negocium quid ſit, quare dicatur.*
12 *Actio quid, Iuſſu quid.*
13 *Iuſſus quid.*
14 *Exercitoria actio, qua.*
15 *Exercitor, quis.*
16 *Inſtitutoria, qua,& quis inſtitutor.*
17 *Tributoria qua, quare dicatur.*
18 *In rem verſo, quid ſit.*
19 *Actio rei vxoria, qua.*
20 *Actio pro pupillo, qua.*
21 *Arbitraria actiones, qua.*
22 *Actio de eo,quod certo loco, qua.*

DILVCID. V. BONAE FIDEI.

1 QVINTA diuiſio actionum eſt bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt in §. actionũ.
Inſt.de act. Bona fides dicitur ignorantia rei alienæ, ſeu iuris alieni; Ita è
contra. Mala fides eſt ſcientia, & notitia rei alienæ, Bald. de præſcrip.in
2.p.3.princ.ad fol.103.nu.1. per textum,& glo.in c.ſi virgo.34. q.2.& l.
bonæ fidei.ff.de verb. ſignif. Sumitur itaq; fides diuerſimodè, ſed in pro-
poſito poſſet dici; eſt dictorum, conuentorumq; conſtantia, veritas,& pſeuerantia in his, quæ ſui ſunt. Ideò actio bonæ fidei datur ex empto, vendito, locato, cõducto, negociorum geſtatione, mandati, depoſiti, pignoratitiæ, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, æſtimatoria,rerum permutatione, hæreditatis petitoriæ, & ſimilia, vt in d.§.actionum numerantur. Et ita vna actio poteſt contineri ſub pluribus ſpeciebus, & ex diuerſitate cauſarum nomina recipiunt, ſed illa præualet, quę habet notiorem cauſam,vt in præſenti, quædam habent cauſam bonæ fidei,quædam ſtricti iuris,
2 ſic de alijs, glo.in d.§.actionum. Conſideratur fides in pactis, vt ſupra de pac. diximus; vt pacta ſeruare, & fides pro conſenſu, qui ad factum præſtatur. Notat Archid. in 27. q. 2.c. fin. Vnde qui conuenitur ex ſupradictis, dicitur conuentus bona fide, quia tenetur iuxta dictum, vel conuentum perſeuerare, nulla fraude interueniente. Tollitur fraus, quando adeſt ignorantia rei, vel iuris alieni: nam ſi adeſſet ſcientia, vel notitia, eſſet mala fides. Sumitur etiam fides pro legitima probatione, vt in tit. Auth. de inſtrumentorum cautela, & fide. Cautela fides eſt in faciendo; fides poſtquam eſt factum, & qualis fides.i.probatio habeatur in priuatis, & qualis in publicis inſtrumentis; vide Rubr. eod.
3 Actio empti duplex eſt; vna datur emptori contra venditorem, ad tradendum rem vẽditam, & ad intereſſe ob rem non traditam, & dicitur actio bonæ fidei, quia nil dignius,

Digitized by Google

quam præſtare promiſſa, glo. & Syluest. in d. §. actionum. Secundò, datur ex vendito venditori ad petendum pretium non ſolutum, & eius intereſſe ob moram, vt in tit. ff. de actio. empt. & vendit. Talis actio vendicatur in qualibet re vendita, etiam in hæreditate vendita; Nam qui illam vendit, hæreditatem tradere, vel iura cedere tenetur, necnon pretia rerum hæreditariarum venditarum, & cætera, quę fuerunt alienata, vt in tit. ff. de hæredit. vel actione vendita. Datur etiam actio locati locatori pro re locata deteriorata, & pro mercede perſoluenda, aut pro poſſeſſione aſſumenda, finito tempore conductionis. Alia datur ex conducto, quę eſt reſponſiua, datur conductori, vt frui poſſit re conducta, vt in tit. ff. locati, & conduc.

ff. Act. empt. & vẽdit.

ff. Hered. vel act. vẽdi.

5 Eodem modo ſequitur actio ſtricti iuris; contra hanc diuiſionem ſe opponit Iaſ. in d. §. actionum. nu. 2. & 3. eo quia diuiſio facienda eſt per oppoſita; ſed bona fides, & ſtricti iuris non opponuntur, ideo erat dicendum de bona, & mala fide, ſeu ſtricti, & largi iuris; tamen cum prædicta diſpoſita, & ordinata ſint pro tyronibus, non poſuit Imperator hanc diuiſionem, ne deciperentur penes vocabula; ſed attenderent potius effectum; Ideò voluit dicere, quædam ſunt, quæ magis exuberant in bona fide, quam aliæ, ſic ſunt vberioris, & largioris iuris, reſpectu bonæ fidei, vt enumeratæ ſupra in d. §. actionũ; & propterea quaſi per excellentiam ſimpliciter dictæ ſunt bonæ fidei; quædam ſunt ſtricti iuris, i. non ita exuberantes in bona fide; Ideò appellatæ ſunt ſtricti iuris. Malæ fidei autem nulla actio datur, & ſic diuiſio bona eſt ab effectu; licet iſta reſpōſio Iaſoni, non ſatisfaciat, tamen, quia alia melior non occurrit, tacet. Notat ex mente Bald. quod omnes contractus mundi quantum ad mentem, & ſubſtantiam intentionis ſunt bonæ fidei, non quantum ad titulum actionis. Sunt etiam quædam actiones ſtricti iuris, quæ habent naturam bonæ fidei, vt in actione ex teſtamento; quare iſtæ actiones magis ſunt bonæ fidei, quam Iaſ. non probat illam rationem, quia magis exuberans bona fides in eis requiritur, propter magis communem vſum, & maiorem indigentiam, & frequentiam horum contractuum, quam aliorum; ſed potius hoc tribuendum eſſe voluntati legislatoris, quia ſic facere placuit.

Stricti iuris quid ſit declaratur in gloſſ. fin. in l. placer. C. de iud. dicitur tribus modis. Primò, ad differentiam actionis bonæ fidei, vt hic in d. §. actionum. Secundò, quod adeo ſtrictum ſit ius. i. firmatũ, vt nullo modo poſsit ab eo recedi. Tertiò, cum latius, minusuè, quam dictet æquitas, aliquid ſtatuat, glo. fin. in d. l. placet. Quia de re in actionibus bonæ fidei Iudex procedit ex bono, & æquo. In actionibus ſtricti iuris proceditur ſtricto ordine iuris ſeruato; vide de his Bal. & Iaſ. in d. l. placuit. C. de iud. & gloſſ. in c. vt conſtitueretur. diſt. 50. & c. ſi clericus laicum. de foro compet.

6 Vlterius inter actiones bonæ fidei ſequitur actio præſcriptis verbis, & eſt æſtimatoria, appellatur æſtimatoria, quia Iudex ſuam interponit æſtimationẽ, quoties nomen contractus non eſt certum; & ne res incorrupta ſeruetur, introducta eſt actio æſtimatoria, vt exẽplo dicitur in glo. in d. §. actionum, *Tibi rem meam do, & æſtimo tibi eam decem, vt aut rem, aut decem reddas; ſi verò plus vendas, tuum ſit*; & tunc indiſtinctè eſt periculum accipientis; ſi verò dixi ſic *rem, aut æſtimationem reddas*: & hoc cuius periculo ſit, vbi glo. diſtinguit, quis rogauerit, *An ego te de vendendo, aut tu me de tradendo*; vt ſit periculum rogantis. De his in tit. ff. de æſtimar. act. vide cum Rubr. ff. eod.

ff. Aeſtimata actio.

7 Appellatur præſcriptis verbis, vt in tit. ff. de præſcript. verbis, & in factum actionibus, quia certa, & præſcripta verba erant huic actioni, dum daretur in his contractibus quaſi actio deſcendens, ſeu competens ex verbis præſcriptis, ſeu propoſitis. Habet locum iſta actio in tribus generibus negociorum; Primò, in pactis in continenti appoſitis, vt l. 2. C. de pac. inter empt. & vendit. Secundò, vbicunq; dubitatur de actione circa contractum, vt in l. 1, 2. & 3. ff. eod. Tertiò, in tribus contractibus nominatis, i. *Do, vt des, do, vt facias, & facio, vt facias*, vt in quarto, *facio, vt des, & datur*, de dolo, l. naturalis. ff. eod. dicitur in factum, & hoc tripliciter; Primò, præſcriptis verbis, & eſt in factum ciuilis. Secundò, in locum omnium ædictorum, & interdictorum, quibus ſpecialia nomina actionum non accommodantur. Inſt. de interd. §. fin. Tertiò, vbicunq; ſuadet æquitas actionem dari, vt ex

contra

Digitized by Google

contractu, vel extra contractum; Inde dicitur dari ex varijs figuris cauſarũ, quaſi non ha-
beat certas ſemitas, ſed ſit anomala; cum certum eſt aliquid dari, ſed vbi eſt æquum, vt de-
tur, tunc hęc detur, vbi certum nullum dari, tunc in factum ſubſidiaria, ex Rubr. ff. de prę- ff.
ſcript. verbis, ſic venit in tali actione pręſcriptis verbis omne, quod poſitum eſt in fieri in Præſcript.
contractu: Vnde dirigitur ad res, & ad perſonas, ſecundum qualitatem verborum; nam, verbis in factum.
dum promittitur res, dirigitur ad illam, ſi factum hominis, ad perſonas, & intrat in cõtra-
ctibus omnibus, vel quaſi; & etiam in maleficijs, non tantùm ipſis contrahentibus, ſed etiã
hęredibus, & datur tam contra ipſos contrahentes, quàm eorum hæredes, & appellatur a-
ctio in factum, & in hoc vltimo caſu dicitur actio bonæ fidei, in reliquis ſtricti iuris.
8 Alia, quæ pręſcriptis verbis appellatur, dicitur certa, & datur in tribus caſibus ſupra po
ſitis, & propriè datur deficientibus actionibus deſignatis, certis ſuis nominibus; Vide Ru-
br. ff. de pręſcript. verbis.
Ex rerum permutatione duæ naſcuntur actiones, vna, quę eſt pręſcriptis verbis, de qua
diximus, alia condictio ob cauſam, vt ex glo. in §. actionum, in verbo ex permutatione, &
ſupra diximus, & glo. in d. §. actionum.
9 Alia bonæ fidei actio eſt pignoraticia, & datur duplex actio. Primò, datur ei, qui obli-
gauit pignus ſuum, vel alienum domino volente, vel ratum habente, contraria datur credi-
tori, ſi decipiatur à debitore, vel re ipſa, vel ex eius propoſito, quia obligauit ei rem a-
lienam, vel ſi in accipiendo pignus deceperit, cum debitor veluti demonſtrando vas argẽ-
teum datum fuerit, poſtea vas ſtamneũ, Vide in tit. ff. de pignorat. act. glo. in d. §. actionum. ff. Pigno. act.
10 Actio negociorum geſtorum verſatur circa vtilitates abſentium, ſic duplex actio oritur
ex eo, quod quis negocia abſentis geſſerit; nam vltro, citroq; obligatur, qui malè negocia
geſſit, & dominus rei ad vtilia, & ad expenſas factas in negocijs geſtis agit, vt in tit. ff. de ff. Neg. geſt.
nego. geſt. Veniunt in hanc actionem negociã quæcunq; geſta pro filijs, aut ſeruis, quos pa
rentes, aut dominus poſſunt conuenire, & ſunt ſex, quod iuſſu, exercitotia, tributoria, in
rem verſo, de periculo rei vxoriæ, actione. Habet duo capita actio iſta, in vno agitur de eo,
qui geſſit negocia viuentis, in alio negocia morientis, l. ait prætor. ff. eod. & tenetur de do-
11 lo, & lata culpa, vt in d. l. ait prætor. §. interdum. Appellatur gegocium, vt dictum eſt, quaſi
negans ocium, c. forus. de verb. ſignit. & ibi glo. ſic ponitur pro cauſa, & lite, vt in d. c. fo-
rus. de foro compet. & c. 1. de procurat. Aliquando pro contractu, l. commodato. § ſicut. ff.
cõmodati; & negocium dicitur tam in cauſa Ciuili, quàm Criminali, ſiue priuata, ſiue pu-
blica, & procurator generaliter conſtitutus ad cauſas omnes intelligitur deputatus, Spec.
de procurat. de quibus ſupra diximus. Vide Bar. l. ſi pecuniam. C. de neg. geſt.
12 Dictum eſt in hanc actionem venire actionem, quod iuſſu, & intelligitur, quod iuſſit pa-
ter filio, & dominus ſeruo: nam tunc præcedente iuſſu, pater, & dominus tenetur de eo, qđ
iuſſerunt. Fit autem iſte iuſſus verbo, nuncio, epiſtola, vel ſimili, dummodo appareat mẽs
iubentis, l. 1. §. iuſſu. ff. quod iuſſu. Iuſſus importat neceſſitatem, mandatum, & voluntatem,
Inſt. eod. §. ſi igitur. & in tit. ff. quod iuſſu. ff. Quod iuſſu.
13 Sumitur iuſſus pro delegatione, vel præcepto, Inſt. de Attil. tut. §. nos autem. ibi gloſſ.
in verbo (delegatione) & ponitur pro conſenſu in vſibus feud. de feud. ſine culpa ſi qui mi-
les, in propoſito noſtro vide l. 1. §. miſſum. ff. eod. Alia actio dicitur exercitoria, datur con-
tra illum, qui facit ſeruum ſuum magiſtrũ nauis; nam ille eſt nauis exercitor, ad quem ve-
niunt naues, ſiue ſit dominus, vel à domino inſtitutus, vt in tit. ff. de exercitoria actione. ff.
14 Appellatur eo nomine, quia exercitor dicitur is, ad quem quotidianus quæſtus, & vtilitas Exercitor. actione.
nauis pertinet. Magiſter verò nauis eſt, cui tota nauis, & ancora commiſſa eſt, vt in d. l. 1.
15 ff. eod. Huic ſimili datur alia, quæ dicitur inſtitutoria, & datur cõtra illum, qui fecit ſeruũ
ſuum præfectum tabernæ, aut ſimilis negociationis, Inſt. de eo, quod certo loco. §. eodem,
16 & ff. de inſtit. act. Inſtitor eſt, qui tabernæ loco ad emendum, vendendumuè præponitur, ff. Inſtit. act.
quiq; ſine loco ad eundem actum præponitur, l. Inſtitor. ff. eod & glo. in l. liberto. ff. de neg.
geſt. Bart. in l. Inſtitutorem. ff. ſi cert. pet.
17 Alia nuncupatur tributoria, quę datur inter dominum, & creditorem ſerui, de eo, quod

eſt in peculio ſerui, & requiritur primò, quod negociatio ſit facta in re particulari, l. 1. §. licet. ff. de tribut. act. Si negociatio eſſet facta in re dominica, daretur actio inſtitutoria. Secundò, iſta negociatio ſit facta ſciente domino. Tertiò, quod negocians ſit in poteſtate ipſius domini verè, aut præſumptiuè, vt in tit. ff. de tribut. act. Tributaria fortuna appellatur vt legitur, in l. procuratoris. ff. eod. §. mercis nomine, vel quia per hãc actionem tribut. iubetur, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptum eſt; aut quia in tributum vocantur, qui in poteſtatem ſeruos habet cum creditoribus mercis.

ff. Tributaria act.

18 Quarta actio dicitur in rem verſo, vt ſi ſeruus contraxerit ſine conſenſu domini, in vtilitate eius, tunc tenetur dominus ſerui de in rem verſo; Sed ſi in rem domini non ſit verſum, tunc dominus tenetur actione peculij ſerui; Sed ſi pars tantùm non tenetur de eo, qđ non eſt verſum hac actione de peculio, & illud dicitur verſum in rem domini, quod fuerit pro neceſſitate, ſeu vtilitate domini expenſum, l. 3. §. in rem. ff. eod. Sic in rem neceſſariam, vel vtilem, quod fuerit expenſum, & erogatum de eo datur actio, an dicatur verſum, quod non durat; Vide l. ſi verò pro parte. §. ſed ſi non ſint, in verb. verſum autẽ. ff. eod. & ibi glo. & verſum dicimus ſiue directo, ſiue obliquo, ſiue in turpem, ſiue in honeſtam cauſam, dũmodo, volente domino, factum ſit, l. 1. §. quod ſi ſeruus, & §. necnon illud, & in rem autem. ff. eodem.

ff. De in rem verſo.

19 Quinta actio eſt rei vxoriæ olim erant duæ actiones, vna dabatur viro contra promittentem dotem, & ad illam exigendũ alia dabatur mulieri pro illa repetenda, ſoluta in caſu reſtitutionis ex ſtipulatu; ſed hodie datur tantùm vna, quæ dicitur vtilis ex ſtipulatu, & eſt actio hyppothecaria, priuilegiata, concurrentibus alijs creditoribus, Inſt. de act. §. fuerat. Tandem Bart. in l. de diuiſione. ff. ſolut. matrim. tenet, quod actio dotis ex ſtipulatu eſt bonæ fidei competens viro, & vxori, dum verò cõpetit extraneo eſt ſtricti iuris; & de hac actione vide in tit. ff. de rei vxoris act. Et in hac materia darur etiam actio marito pro expenſis factis in rebus dotalibus, & poterit maritus retinere fundum dotalem, donec fuerit ſatisfactum, ff. de impenſis in rebus dotalib. factis.

ff. Rei vxoris actione.

ff De impẽ. in rebus dota. fac.

20 Alia actio bonæ fidei datur pupillo facto maiori contra tutorem, vt in d. §. actionum ſic tribus actionibus agi poteſt; pro tutela, vt in tit. ff. de tut. & ration. diſtrahen. vna dicitur directa, quæ naſcitur finita tutela. Secundò, eſt ratiocinij diſtrahendi, & datur contra tutorem pro his, quæ ſibi reliquit, & in duplum tenetur, qui dolo abſtulit. Tertiò, ſit negociorum geſtorum, & competit tam contra pupillum, ſi quid de ſuo impendit tutor pro pupillo, vt in tit. ff. de contr. & vtil. act. tut. & competit etiam tutori, & illi, qui pro tutore negocia geſſit, & datur finita tutela; & veniunt impenſa à tutore de ſuis bonis ad beneficium pupilli, & datur tam contra tutorem, quàm contra eum, qui licet tutor non fuerit; tamen nomine tutorio pupilli negocia gerebat; qui & eandem rationem reddere tenetur, quàm ipſe tutor, vt in tit. ff. quod falſo tut. geſtum eſt; & in alio tit. ff. de eo, qui per tutorem, vel curat. negoc. geſſ.

ff. Contra. & vtil. act. tutel.

ff. Quod fal. tut.

ff. De eo, q pro tut.

21 Veniunt etiam actiones arbitrariæ, quę ex arbitrio Iudicis dependent, quia magis oſtẽditur arbitrium Iudicis in his, quę ſunt bonę fidei, quàm in alijs, & ſunt tam reales, quàm perſonales actiones, Inſt. eod. §. prętерea; & ſic hoc arbitrium Iudicis ad plura ſe extendit, & pręſertim ſi quis non reſtituat, quod Iudex iuſſit, vel non exhibuit; tunc Iudex poterit deferre iuramentũ in litem, l. in actionibus. ff. de in litem iuran. vel ſi ſolutio facienda erat certo loco, tunc habetur ratio ad intereſſe actoris, vel rei; Iudex tunc arbitrio ſuo ſupplet,
22 l. 2. ff. de eo, quod certo loco. Et iſta actio poteſt dependere tam ex contractu, quàm ex teſtamento, vt in tit. ff. eod. Sunt & plures ſimiles actiones venientes ex arbitrio Iudicis, vt ibi dicitur in §. actionũ; differunt autem in nonnullis ab actionibus bonæ fidei, quia in arbitrarijs duæ ſententiæ requiruntur, vna de reſtituendo, in quam non cadit arbitrium, alia ceſſante reſtitutione ad intereſſe, quę eſt de arbitrio, l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. Item in actione bonæ fidei agitur de dolo commiſſo in princ. l. ſi poſſeſſor. §. fin. ff. de perit. hæred. Sed in actionibus ſtricti iuris non agitur de dolo, niſi de eo, qui interuenit, quando res petitur, l. arbitrio. ff. de dolo. De arbitrarijs actionib. habetur in §. pterea. Inſt. de act.

ff. De eo, qđ certo loco.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Perpetua actio, qua.*
2 *Perpetuum quot modis ſumatur.*
3 *Temporales quid.*
4 *Pœnales, qua.*
5 *Famoſæ actiones, qua; quare dicantur.*
6 *Tranſitoriæ ad heredes, qua.*
7 *Directa, & vtiles, qua.*
8 *Directa, & contraria, qua.*
9 *Vniuerſales, & ſingulares, qua.*
10 *Simplices, & duplices, qua.*
11 *Aedilitia actio, qua.*
12 *Noxalis actio, qua.*
13 *Noxa, & noxia, qua.*

DILVCID. VI. PERPETVA, TEMPORALIS, ETC.

1 ALia principalis diuiſio actionum erit perpetua, ſeu temporalis, vt in tit.
Inſt.de perpet.& tempor. act. & datur regula in §. 1. eod. illæ ſunt per-
petuæ, quæ ſunt ciuiles, vt ex leg. Senatuſconſulto, & ſacris Conſtitu-
tionibus; tam quæ diriguntur in res, quàm in perſonas, vt ex l.12. tab.
veniunt famil. erciſcund. noxales,& ſimiles; ex Senatuſconſulto, vt he-
reditatis petitio, ſic quæ ordinantur, & diſponuntur à legibus,vel ſacris
2 Conſtitutionibus ex plebiſcito, vt ad l.Aquiliam, quę licet eſſent perpe
tuę; tamen ex ſacris Conſtitutionibus ſunt effectæ tẽporales; ſicuti in perſonalibus actio-
nibus apponitur tempus triginta, vel quadraginta annorum, vide glo.& Sylueſt.& in d.§. Inſt.
1.Inſt.eod.Prętoriæ pariter ſunt temporales, maximè pœnales, quæ durant anno,exceptis Perpet. &
furti manifeſti, & rei perſecutorię,ex d.§.1.Inſt.eod. Qua de re perpetuum dicimus, quod tẽp. act.
ſemper fuit contractum, l.ſeruitutes.ff.de ſeruis, ſic ſumitur pro ſemper, & tranſit ad ſuc-
ceſſores in infinitum,Pariſ.conſ.88.nu.22.lib.2.& conſ.33.nu.20. eod. lib.2. Sic perpetuũ
ſemper, & infinitum non differuntur, & terminantur centum annis, ex eod.Pariſ.conſ.73.
lib.3.nu.85,& 86. Dicitur perpetuum, quaſi ſine temporis præfinitione, l. falsò. C.de di-
uerſ.reſcript.glo.in c.2.de hered.in verb.perpetuo. de his vide glo.& Bart. in Rubr. C.ſu-
per. verbo perpetuo. & pluribus modis exponitur; perpetuæ actiones ſunt, quę durant tri
ginta annis, Inſt.eod.tit. §.1.& ratio eſt, quia perſonę, ad quas dirigũtur actiones, nõ ſunt
3 perpetuę, nec res ſunt, vel eſſe poſſint, l.ſordidorum. C.de excuſat.mun.lib.10. ſic tempo-
rales ſunt, quę minoribus temporibus circumſcriptæ ſunt. Tempus ſimpliciter prolatum,
intelligitur de decennio,l.ſine præſumptione.ff.de pœnis.Datur diſtinctio temporũ,quod-
dam dicitur modicum, veluti decem dierum, l.præmittor. ff.de conſtit. pecun. aliquando
triginta dierum, l.1.§.2.ff.de itiner. actuq; priuat. Interdum eſt quatuor menſium,l.ſi cum
dies.§.fin.ff.de arb. quod dabatur condemnatis, vel duorum menſium, l. de latoribus.ff.de
re iud. hodie eſt decem dierum, quandoq; eſt ad quinquennium, vel ad triennium, l. poſt
tres.ff.ſi quis cau. Aliquando duorum menſium, l.ſancimus.C.de fideiuſſ. Aliquando Iudi-
cis arbitrio definitur, l.ab hoſtibus.§.fin.& §.ſimpliciter,ff.ex quib. cauſ. maior. ſic ſecun-
dum diuerſitatem negociorum, & cauſarum, ſumitur,& additur ad tempus breue, vel mo-
dicum, aut longum.
4 Sunt quædam alię actiones, quæ dicuntur pœnales, tam ciuiles, quàm prętorię, & non
excedunt perſonam delinquentis; excluduntur omnes hęredes, niſi lis fuerit conteſtata cũ
defuncto, ſed ex contractu competunt contra heredes, excepta tamen actione de dolo,niſi
polus tranſiret ad hæredes,§.non autem.Inſt.de act.& in tit.ff.quando actio de pecu.ſit an- ff.
nalis: nam eo tẽpore extinguitur actio; Vide §. pœnales. Inſt.eod. Introduxit autem Præ Qñ actio
tor iſtas actiones aduerſus eum, qui corruperit aliquid de albo Prętoris, & qui vocauerit de pecul.
in iudicium parentes, vel dominos, non prius impetrata venia, vt in d. §. pœnales. ſic iſta ſit anna-
eſt prętoria actio pœnalis, & differt à rei perſecutorię, vt ex glo. in verbo pœnales, in d.§. lis.
pœnales,Inſt.de act. Pœnales ſunt prætorię, & annales, excepta actione furti. Rei perſe-

cutoriæ ſunt perpetuæ. Item pœnales odioſæ ſunt, rei perſecutoriæ non; Item pęnales non tranſeunt contra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenerit, vt dictum eſt, perſecutoriæ non tranſeunt. Item vbi plures tenētur rei perſecutoriæ, vno ſoluente, alij liberantur; non ita in pœnali, vt ſupra diximus, de rei perſecutoriæ.

5 Septima diuiſio. Dantur quædam actiones, quæ famoſæ nuncupātur, quędam verò non, ex glo. in §. ſunt præterea. Inſt. de act. pro §. pœn. Inſt. de pœna temer. litigā. dicuntur famoſæ, qua ſi infamia notantes eos, contra quos datur iſta actio, veluti in actione furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, tutelæ, mandati, depoſiti, directis non contrarijs actionibus. §. pen. ibi glo. Inſt. de pœna temere, litigan. ibi plura de hac actione.

6 Octaua diuiſio, ſecundum glo. in d. §. ſunt pręterea eſt ſeptima eſt actio tranſitoria ad hæredes, quædam verò non, vt per §. non autem omnes. Inſt. de perpet. & tempor. act. nam vt dictum eſt pœnales, prætoriæ, vel ciuiles non datur contra hæredes, niſi lis fuerit conteſtata contra defunctum. Hæredi verò competit, excepta actione iniuriarum, ex contractu autem competit contra hæredes, excepta actione de dolo, niſi aliquid ad eos peruenerit, vt ex d. §. non autem omnes. Vide ibi, quia potius eſt de materia, quam de terminorum dilucidatione.

ff. Inſt. Si quadr. paup feciſ. dicat.

7 Nona diuiſio; aliæ dicuntur directæ, aliæ vtiles, ex d. glo. in §. ſunt præterea per l. pen. ff. ſi quadr. paup. feciſſe dicatur, nam ſi aliàs manſuetum dederit damnum, tunc actio noxalis erit directa contra dominum, §. 1. ſecus ſi aliàs non fuerit manſuetum, tunc datur vtilis pro damno arbitrio Iudicis, vt dicitur ibi.

8 Directæ quædam ſunt, aliæ contrariæ, vt in §. 1. & 2. Inſt. de oblig. quæ ex contrac. veluti in actione negociorum geſtorum, quæ directè datur domino etiam ignoranti. Contraria triplex eſt. Aliquando dicitur contraria ad differentiam directæ, vt in oblig. ex quaſi contrac. Aliquando eadem eſt, quæ vtilis, non directa dicitur, quæ datur ex verbis, & mente legis, vtilis, quæ ex mente tantum glo. in d. §. 2. Inſt. de oblig. quæ ex contrac.

9 Vndecima diuiſio; quædam actiones dicuntur vniuerſales, quędam ſingulares, l. pro ſocio arbiter. ff. pſocio; & refert glo. in d. §. ſunt; vbi dicitur cautela futurorū. Spectat ad Iudicē tam in generalibus iudicijs, quam ſpecialibus, vbicūq; æquitas ſuadet; de generalibus, & ſpecialibus iudicijs dicitur infra ſuo loco.

10 Duodecima diuiſio, quædam actiones ſunt ſimplices, quædam duplices, de quibus ſupra diximus, quando actio detur in duplum, ſimplum, triplum, & ſimilia. Item quædam ciuiles, quædam à iure ciuili deſcendunt, ex l. 12. tab. & alijs, vt ſupra dictis. Prætoriæ verò decernuntur, vt de ædilio ædicto, vt in tit. C. de ædilitia actione; quæ alio nomine appellantur redibitoriæ, & habet tres actiones. Primò, quod venditor rem venditam teneatur accipere; nam redehibere eſt accipere. Vnde verſus, quod vēditor habuerit, ſic dicitur quaſi

C. Aedilitia actione.

11 venditio, & datur tempus ad redehibendum à die venditionis ſex menſium; Hoc habet locum, quando res vendita eſſet vitioſa, & emptor vitium ignorauerit; ſed ſi ab initio ſciuerit, non agitur. Secundò, dicitur quanti minoris, quæ datur contra vendentem rem vitioſam, vel morboſam tanti minoris, quanti venderetur, ſic morboſæ datur ad annum vtilem. Tertiò, dicitur in factum, quæ datur contra venditorem quanti intereſt emptori eam rem emptam non fuiſſe, & durat 40. dies. Hæc ex d. ædicto.

Inſt. Noxalibu. actionib.

12 Alia actio dicitur noxalis, & eſt quando ex maleficijs ſerui, vel filij tenetur dominus ad æſtimationem noxæ, vel ſeruus pro noxa datur, §. ex maleficijs, Inſt. de noxal. action. & in tit. ff. eod. & dantur, vel ex l. 12. tab. vel ex ædicto prætoris; noxa eſt ipsū corpus, quod nocuit .i. ſeruus; noxia ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, & ſimilibus, §. 1. Inſt. eod.

13 glo. ibi ponit verſum. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur, licet quandoq; vnū pro alio ſumatur ſic noxa aliquando ſumitur pro culpa, aliquando pro peccato, aliquando pro pœna, Archid. in c. ſtatutum, de reſcript. lib. 6.

Hæc colligit glo. in d. §. ſunt præterea ad quas omnes caſus, & tit. de actionibus reduci poſſunt; & licet plures videantur ſpecies, tamen ad illas tres reducuntur, ad realem, perſonalem, & mixtam.

SV M-

LIBER QVARTVS DILVCIDATIONVM
DE INTERDICTIS.

SVMMARIVM.

1 *In quid differat ab actionibus.*
2 *Interdictum quid ſit.*
3 *Interdictum quot modis ſumatur.*
4 *In quid ab adicto.*
5 *Quare dicatur interdictum.*
6 *De quibus rebus detur.*
7 *Publica, & priuata, quæ & 12.*
8 *Præſentia, & præterita interdicta, quæ.*
9 *Annalia, & perpetua, quæ.*
10 *Simplicia, & duplicia, quæ.*
11 *Interdicta diuini, & humani iuris, quæ.*
13 *Negatiua, & affirmatiua, quæ.*
14 *Interdictorum ſpecies.*

PRAELVDIA DE INTERDICTIS.

1 INTER actiones numerantur interdicta cum earum loco inſeruiãt, & ex-
traordinariè actiones appellantur in factum, quia extra antiquam ſolem-
nitatem interdicta proponũtur, Inſt.eod. §.fin.ſolemnitates autem amio-
num à iure ciuili, interdictorum à iure prætorio inducebantur, vel ſecun-
dum Azo. in Rubr. ff.eod.ſolemnirates verborum circa actiones genera-
liter in perſonis omnium formabantur, ſed in interdictis in perſonis pe-
tentium tantum. Ideò interdictum dicitur, quia inter duos ius redditur. At hodie non eſt
2 differentia, cum nulla formetur à Iudice, ſeu Prætore viuente. Propterea interdictum eſt
actio prætoria, actiones veniunt à cœteris magiſtratibus, & fiebant olim certa ſolemnirate
verborum, ſecundum glo. in d.§.1. Inſt.de interd.hac de cauſa cum actionibus collocatur.
3 Sumitur autem hoc nomen diuerſimodè. Aliquando pro cenſura Eccleſiaſtica, vr in cap.
ſtatutum de ſententia excom. lib. 6. interdum pro pœna, vt in tit. ff.de interdictis, & rele-
gatis. Aliquando, vt in præſenti pro forma, ſeu conceptione verborũ, quibus Prætor, aut
iubet aliquid fieri, aut prohiber, §.1.Inſt.eod.hoc interdictum duo continere poteſt iuſſum,
& prohibitionem; ſic aliud eſt reſtitutorium, aliud exhibitorium, aliud prohibitorium.
Item fit ſuper poſſeſſione, vel quaſi, aliquando ſuper iure rei; vt de mortuo inferendo, ſe-
pulchro ædificando, vel proprietatis, & poſſeſſionis ſimul, vt ex glo. in d.§.1.& in tit. Inſt.
& ff. de interdict.
4 Bart. in l.1. ff.de noui oper. nunciat. num.8. ponit differentiam inter ædictum, & inter-
dictum, & differunt ſicut cauſa, & cauſatum ſicut actio cauſatur ab obligatione, ita inter-
dictum ab ædicto: vel differunt, vt à genere ſpecies; Aedictum eſt nomen generis inter-
dictum ſpeciei, & quomodo cognoſcatur vna ſpecies ab altera (ait) interdictum eſt dictum
inter duos, nãm quandoq; queſtio erat inter duos, & præter aliquid determinabat, & illud
dicebatur interdictum, & de iſtis liber de interd.componebatur, vt ſupra diximus in lib. 1.
de origine iuris, & non attenditur, quibus verbis Prætor interdixerit, quia ſituatio ſub illa
5 Rubrica ſatisfacit, & æquiualet verbis: ſed ſi Prætor ſeparatim loqueretur tunc verba ſpe-
ctanda ſunt: Nam ſi præceptiuè loqueretur, & appareret ex verbis inter duos ius redditum
ex ſuo officio; tunc ædictum non videtur factum inter duos, ſed generalis diſpoſitio hæc
ex Bart. propterea inrerdicere eſt denunciare, & prohibere, Inſt.de interd.§.ius tamen.
6 His cognitis videamus, de quibus rebus interdicta comperant, vt in l.1.ff.de interdictis,
ſciendum eſt. Interdicta competere, aut de diuinis, aut humanis rebus; De diuinis, veluti
de locis ſacris, aut religioſis; de humanis interd. redduntur, aut de his, quæ ſunt alicuius,
aut de his, quæ nullius ſunt; De his, quæ nullius ſunt, liberæ perſonæ habentur, de quibus
7 exhibendis ducendis interd. competunt. Quæ ſunt alicuius, aut publica, aut ſingulorum
ſunt publica, vr de ijs, de quæ fluminibus publicis, quæ autem ſingulorum ſunt, aut ad vni-
uerſitatem pertinent, vt interdicta quorum bonorum, aut ad ſingulares res, vt eſt interd.
vti poſſidetis de itinere actuq; priuato.
8 Interdictorum quædam in præſens, quędam in pręteritum referuntur: In pręſens veluti,
vti poſ-

Digitized by Google

vti poſſidetis, in prꝑterito, vt de itinere actuq́;, & de aqua æſtiua, interdicta omnia licet in rem videatur concepta vi tamen ipſa perſonalia ſunt; nam qui obligatus eſt tenetur interdicto ad id, quod venit in eo, ſed in actione in rem nõ eſt quis ad aliquid obligatus, nec aliqua obligatione tenetur, ex d.l.1.& ibi glo.

9 Iterum interdictorũ quædam annalia ſunt, quædam perpetua, l.1.§.interdictorũ. ff.eod. de annalibus intelligit, glo.de interd. vnde vi, de vi, & vi armata, & ferè in omnibus, cum Prætoris Imperium anno tantum duraret ſunt tamen quædam perpetuæ, vt tab. exhiberi. Idcircò ita diſtinguitur ſi contingat rei perſecutionem, nec detur ex maleficio dantur perpetuò: at ſi ſunt ex maleficio, aut non continent rei perſecutionem terminantur anno, niſi de eo, quod peruenit ad maleficium, vel hęredem eius, de quo perpetuò agitur hæc ex glo. fin. in d. l. 1. ff.de interd.

10 Inſuper interdictorum quædam duplicia ſunt, quędam ſimplicia, duplicia dicuntur vti poſſidetis, eo quod quilibet poteſt eſſe actor, & reus; ſimplicia in quibus alter agit, alter eſt reus, l. 2. in princ. ibi glo.

11 Interdicta facta ſunt, vel hominum cauſa, vel diuini iuris, aut religionis; ſicuti ne quid in loco ſacro fiat de mortuo inferendo, ſepulchro ædificando. Hominum cauſa, aut ad publicam vtilitatem pertinentia, vel ſui iuris tuendi cauſa, vel officij tuendi, vel rei familiaris cauſa, ex d.l.2. §.1. ff.eod. Ad publicam vtilitatem, vt ne quid in loco publico fruẽdo via publica, vt in flumine publico fluminibus, Ripa munienda, & ſic de ſingulis.

12 Ad priuatam vtilitatem numerãtur 28. veluti de mortuo inferendo, quorum bonorum, quorum legatorum, vnde vi, vti poſſidetis, vtrobi, tabulis exhibendis, tab. teſtam. & Codicill. exhibeantur, de liberis educandis, Saluiano interd. ne vis fiat ei, qui minus eſt, de ſuperficiebus, itinere actuq́; priuato, aqua quotidiana æſtiua; riuis reficiendis, de fonte, Cloacis, quod vi, aut Clam, arboribus cedendis, glande legenda, migrando, & ſimilia.

13 Datur & alia diuiſio, quædam dicuntur negatiua, quędam affirmatiua; Negatiua, quod nullum interdictum infamet, l.neq; ff.de vi, & vi arma. Secundò, nullum prꝑponatur ſolemnibus verbis, ſic omnia videntur extraordinaria, Inſt.eod. §.fin. Tertiò, in nullo interdicto habeatur ratio fructuum ante litem conteſtatam, vt in interd. vnde vi, l.interdum, ff.de vi, & vi arma: Quartò, non detur inter non ſubiectos, l.2.C.eod. in affirmatiuis omnia interd. ſunt perſonalia, licet ſcripta ſint in rem, quia datur contra poſſidentes, ſecundò, in omni interdicto habetur ratio fructuum poſt litem conteſtatam, l.ante pœn. ff. de interd. tertiò, cuilibet interd. redditur actio in factum, ex d.§.fin. Inſt.eod.

14 Attamen licet interdictorum ſpecies diuerſis de cauſis diuerſa videantur, vt ex tot diuiſionibus collectum eſt, tamen ad tres tantum reducuntur, ſeu quatuor (ſcilicet) quædam ſunt prohibitoria, alia exhibitoria, alia reſtitutoria, quædam verò miſta, quæ continent prohibitoria, & exhibitoria, l.1.ff.de interd. & §.ſumma autem. Inſt.eod.

ff. Inſt. De interd.

S V M M A R I V M.

1 Prohibitorium interd. quale.
2 Ne, vis fiat ei, quid ſit.
3 Vis quid, & quot modis ſumatur.
4 De mortuo inferendo quid.
5 Sepultura ædificanda.
7 Quid veniat ſub eo nomine 8.
9 Ne quid fiat in loco ſacro.
10 Locus ſacer, & ſacrarium quid, & 11.
12 Ne quid fiat in flumine publico.
13 Fluminum diuiſio, & 15.
16 Flumen à riuo in quid.
17 Ripa, lacus, & ſtagnum, & 18. & 19.
20 Foſſa, quæ.
21 In loco publico ne quid fiat.
22 Via vicinalis quæ.
23 Via militaris quæ.
24 De loco pub. fruendo.
25 Via pub. quæ.
26 Differentia inter aquam quotidianam, & æſtiuam.
27 Quotidiana, & æſtiua quæ, & 28.
29 Perennis quæ.
30 Interd. de riuis quid.
31 Riuus, & ſpecus quid, & 32.

33 Septa.

33 Septa, & incile quid, & 34.
35 Reficere, & ſarcire quid, & 36.
37 Purgare quid.
38 Interd. de fonte quid.
39 Ciſterna, & fons quid, & 40.
41 Interd. de Cloacis.
42 Cloaca quæ.
43 Tubus quid.
44 Interd. noui operis.
45 Nouum quid.
46 Nouum opus quid.
47 Reficere, an ſit nouum opus.

DILVCID. PRIMA DE INTERD. PROHIBITORIO.

1 PRohibitoria interdicta ſunt, quibus Prætor prohibuit aliquid fieri, Inſt.de interd. §. prohibitoria; ſic prohibere eſt remouere, l. 4. §. ſi prætor, ibi Bart.in princ.ff.de ſuſpectis tutor,& eſt proprio futurorum,l.fin.C.de pacti pigno.& quot modis quis videatur facere contra prohibitionem iuris, vide Dinum in reg. qui contra de Reg. iur. lib.6.

2 Sub hoc interd. venit primo, ne vis fiat illi, qui miſſus eſt in poſſeſſionem verba interd.leguntur in l. 1.ff.ne vis fiat ei, qui miſſus eſt in poſſeſſionem. Si quis dolo malo fecerit, quo minus, quis permiſſu meo eius ve cuius cauſa iuriſdictio fuit in poſſeſſionem bonorum ſit in eum factum iudicium quanti ea res fuit ob quam in poſſeſſionem miſſus erit dabo, & quare ſit inuentum ibidem legitur his verbis. Hoc edictum ſumma prudentia Prętor propoſuit, fruſtra enim in poſſeſſionem mitteret rei ſeruadæ cauſa. niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire coerceret. Et generale hoc edictum pertinet ad omnes, qui in poſſeſſionem à Prætore miſſi ſunt. Conuenit enim Prętori omnes, quos ipſe in poſſeſſionem miſit tueri, hæc actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem venire in poſſeſſionem, ſed etiam eum,qui poſſeſſione pulſus eſt, cum veniſſet in poſſeſſionem, nec exigitur, vt vim ff.
3 fecerit, qui prohibuit. Hæc ibi vis eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati maioriſq; rei ne vis fiat ei.
impetus, cui reſiſti non poteſt, l. 1.& l. 2.ff.quod metus cauſa, cui ſemper ineſt dolus, ad eo, quod ceſſante dolo vis commiſſa eſt, l. 2.§.doli. ff. de vi bon.rapti, l.ſi quis in tantũ. C.vnde vi, licet alij dicãt vim poſſe eſſe ſine dolo quot modis accipiatur, vide Bart.l. 1.ff.de tut. in 2.col.in verſ.pro cuius declaratione, & quotuplex ſit, vide Abb.in c.ad audientiã, quod
4 metus cauſa; eſt tandem violentia maioris impetus, qui repelli non poteſt, l. 2.ff.quod metus cauſa, & cum ſit legibus inimica, vt in cap. chriſtianas in fine 32. q. 1. ideò Iudex tuetur opreſſos, & repellit violentiam.

5 Secundum interd. eſt de mortuo inferendo, quod habet duo capita, vnum eſt contra impedientem, ne cadauer inferatur in locum, vbi de iure poteſt, veluti ſi prohiberetur iter, & acceſſus ad locum, & datur ad intereſſe, & damnum, l. 1. ff.de mortuo inferen. his verbis. Prætor ait, quo qua ve illi mortuum inferre inuito te ius eſto: quo minus illi eo caue mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat vim fieri veto. Secundò, datur contra eum, qui mortuum ſepeliuit in alieno loco ad pretium loci hoc eſt ad remotionem cadaueris, l. is, qui, ff.de relig.ſumpti funer.olim ſepulchra erant extra Ciuitatem, l. 3. §. diuiſ. ff.de ſepulchro violato, at hodie ſecus, ſed in Cimiterijs Eccleſiarum. Inſuper & aliud remedium datur, dum prohibetur ædificari ſepultura; & non licet detrahere ea, quæ ſunt ædificationi; & prohibetur,ne mulier pregnans mortua ſepellatur,antequã partus fuerit æditus, l. 2.ff.eod. & hoc quia religionis intereſt monumenta inſtrui, & exornari; ex l. 1. ff.eod.

6 Facere ſepulchrum, ſiue monumentum in loco, in quo ei ius eſt nemo prohibetur, & ibi ff.
Petrus de S. Floriano, ait olim corpora ſepeliebãtur in domibus proprijs; ſed propter fetorem ſtatutum fuit, vt extra Ciuitatem deferrentur, & pœna appoſita, ſi in Ciuitate ſepelirentur, ex d.l. 3. §.diuus. ff.de ſepulchro viola. Mortuo inferen.

7 Nomen ſepulturæ multipliciter ſumitur, veluti pro officio, quod miniſtratur ad corpus ſepeliendum, cap. non ſatis de ſomo, & cap. percipiẽdum 13. q. 2. Item pro ipſa terra, qua cadauer ſepelitur, quæ ſi fuerit de Cimiterio nõ poteſt vẽdi, l. quæ religioſis, ff.de rei vend. Tertiò, pro ipſa tabula lapidea, & poteſt vendi ſi nullus ſit illatus, cap. aurũ 12. q. 2. Quartò, pro

tò, pro terra pura, quæ deputatur ad vſum ſepulturæ varijs nominibus ſepulchra nominan-
8 tur, per glo. in l. familiaria, §. ſi adueli, ff. eod. veluti Cimiterium Polyandrion, ſepulchrum
maſeolum, dormitorium tumulus, monumentum, ergaſtolum, ſacrophagus Pyramis Bu-
ſta vrna, ſpelunca, vt refert Florian. in Rubr. eod.
9 Tertium interdictum prohibitorium eſt, ne in loco ſacro quid fiat ad deformitatem, ſeu
incommoditatem loci, l. 1. ff. ne quid in loco ſacro; Datur etiam contra molientes aliquid

ff. ne quid in loco ſac.

in portis, ſeu menijs ciuitatum, quæ veluti res ſacræ habētur, Inſt. de rerum diuiſ. §. res ſan-
ctæ, ideò nemini licet ædificare domos apud mœnia vobis ſine cōſenſu Principis, l. fi. ff. eod.
10 ita legitur in l. 1. ff. eod. Ait Prætor in loco ſacro facere inue eum immittere quid veto (&
deinde) hoc interdictum de ſacro loco, non de ſacrario competit. Quod ait Prætor, ne
quid in loco ſacro fiat, non ad hoc pertinet, quod ornamenti cauſa fit, ſed quod deformi-
11 tatis, vel incommodi: ſed & cura ædium locorumq; ſacrorum mandata eſt his, qui ædes
ſacras curant, hæc ibi. Sacer locus dicitur, qui ritè per Pontifices Deo conſecratus eſt, vt
in §. nullius, Inſt. de rerum diuiſ. Intelligitur propriè, impropriè autem, & domus fiſcalis
dicitur ſacra, §. 1. de vſucap. & glo. in d. l. 1. ff. eod. idem dicendum de muris, & portis ciui-
tatum, l. 2. & l. fin. ff. eod. ſacrarium, vt intelligit glo. pro loco vbi ſacra reponuntur.
12 Quartum eſt, ne quid fiat in flumine publico, vel ripa publica, & datur contra eum, qui

ff. ne quid in flum pu.

nauigatione impedit, vel aliquid aliud eo amoueatur, vt in tit. ff. ne quid in flum. pub. &
hoc intelligitur de flumine nauigabili principaliter; & de omni alio etiam publico datur
13 contra eum, qui mutaret curſum aquæ, & vt fieret alueus arctior, ſeu altior, aut vt aqua
velociter currat; & omne id, quod vergeret in damnum viarumq; & idem dicitur de ripa,

ff. ripaue muniēda.

vt in tit. ff. ripaue muniēda, hoc eſt ne quid in flumine pub. ripaue eius fiat, quo aliter aqua
fluat, quam in priori æſtate fluxerit, vt in alio tit. ff. de fluminibus, & de ripa muniēda quod
nemini liceat eam rumpere; verba edicti in tit. ff. de ripa munienda ſunt iſta. Ait Prætor
ne quid in flumine pub. ripaue eius facias; ne quid in flumine pub. ne ve ripa eius immittas,
quo ſtatio, iterue nauigio deterius fiat, l. 1. ff. ne quid in flum. & poſtea ſubdit, flumen à ri-
14 uo magnitudine diſcurrendum eſt, aut magnitudine circumcolentium. Item fluminū quæ-
dam ſunt perennia, quædā torrentia; Perenne eſt, quod ſemper fluit; ſi tamen aliqua æſta-
15 te exaruerit, quod alioquin perenne fluebat; non ideò minus perenne eſt. Torrens, quod
16 hieme tantum fluit; Fluminum quædam publica, quædam non; Publicum flumen eſſe
Caſſius definiuit idem eſſe, quod perenne; at hoc interd. ad publica flumina pertinet; ſi au-
tem flumen priuatum ſit ceſſabit interd. nil enim differt à cęteris locis priuatis flumen pri-
17 uatum. Ripa autem ita rectè definitur id, quod flumen continet naturalem rigorem cur-
ſus ſui tenens; cœterum ſi quando vel imbribus, vel mare, vel quia alia ratione ad tem-
pus excreuit ripas non mutat; nam cum ad perpetuam ſui menſuram redierit ripę alueiens
muniendi ſunt; ſi tamen naturaliter creuerit, vt perpetuum incrementum nactus ſit, vel a-
lio flumine admixto, vel quia alia ratione, dubio procul dicendum eſt; Ripas quoq; cum
mutaſſe quemadmodum alueo, mutato alio, cœpit currere hæc in d. l. 1. & l. flumina, & in

ff. fluminib.

tit. ff. de flumin. ſic ea putatur ripa, quæ pleniſsimum flumen cōtinet, à plano vſq; ad aquā;
ſic duas habemus Rubricas, in vna, vt in tit. ff. de flum. agitur de nauigabili, in alio ne quid
in flum. publico agitur agrorum cauſa, vel alterius, quam nauigij occaſione; ſic illud de na-
uigabili hoc omni flumine; nec non hic prohibetur fieri in publico ibi contra notat fieri
vim facientes, & vtenti verba edicti in l. 1. ff. eod. & de omni interdict. intelligitur tene-
ri, qui mutauerit aquæ curſum, aut factum eſt, vt flumen ſit depreſſius, vel anguſtius, quo

ff. vt in flum. pub. nauig. liceat.

18 impediretur nauigare, vt in tit. ff. vt in flum. publ. nauig. liceat. Lacus eſt, quod perpetuā
19 habet aquam; ſtagnum, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ qui-
20 dem aquæ plerunq; hyeme cogitur; Foſſa eſt receptaculum aquæ manufacta; verba hu-
ius interdicti; *[illegible]*
[illegible], Item per lacum, foſſa, ſtagnum publicum nauigare li-
ceat interdictum, l. 1. ff. vt in flum. publ.
21 Inſuper datur interdictum ne quid fiat in loco publico, vel itinere, verba interdicti ſunt

iſta; *Ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas, qua ex re illi, qui damnum de-
deris, prater quam quod lege Senatuſconſulto, adicto, decretouè, Principum ſibi conceſſum eſt,
de eo, quod factum erit interdictum, non dabo reſtitutorium*; ratio eſt cum viè publicè inſer-
uiāt priuatis vſibus, & cōmodis, ſic impediri nō debēt; & q̄libet de populo habet interd. vt
in loco publico, area, inſula, via, itinere, & ſimilibus, ne inferatur damnum; Ita nec licet,
vt conducenti vectigal damnum non detur. Conceditur, vt ſtatuæ, & cœtera, quæ ſunt ad ff.
ornamentum, inferantur in locum publicum, vt in tit. ff. ne quid in loco pub. in hoc genere ne quid in loc. pub.
interd. plura ordinantur; Primò, ne quid in loco ſacro fiat, vt ſupra dictum eſt: Secundò,
de locis, & itineribus publicis, vt ne cuiq; liceat claudere vias publicas, & quilibet de po-
pulo poteſt agere hoc interd. nec licet in via publica monumentū extruere, l. 1. & l. 2. ff. de ff.
22 locis, & itineribus publicis. viç vicinales, quæ ex agris priuatorum collatis factæ ſunt, quo- locis, & iti ner. pub.
rum memoria non extat, publicarum viarū numero ſunt, ſed inter eas, & cœteras vias mili-
23 tares hoc intereſt, quod vie militares exitum ad mare, aut in vrbes, aut ad flumina publi-
ca, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum diſſimilis con-
ditio eſt, nam pars earū in militares vias exitum habent, pars ſine vllo exitu intermittunt, ff.
l. fin. ff. eod. legitur. tertius, tit. de loco pub. fruendo in ff. & in l. 1. quo minus in loco pub. d' loco pu. fruēdo.
24 quem is, cui locandi ius fuerit fruendam alicui locauit ei, qui conduxit ſocio, ve eius è le-
ge locationis frui liceat vim fieri veto (& infra) interd. hoc pub. vtilitatis cauſa proponi
palam eſt. Ideò triplici interd. prouidetur; ne locis priuatis fiat impedimentum, nec locis
publicis; Tertiò, ſequitur, vt his non impeditis quilibet loco pub. fruatur.

25 Sequitur & aliud interd. in eodem genere de via publica; & dupliciter rubricatur; in pri-
mò, vt ne quid in ea factum ſit, & datur cura Aedilibus curulibus, vt viç adæquentur bur- ff.
gis, & effluxiones ne noceant domibus, & pontes vbi expedit conſtituantur, necnon domus ne quid in via pub.
poſitę iuxta vias conſeruentur ne ruant; fodere vias non licet, neq; in eas turpia deicere, & ſi quid
neq; morticinia animalia, nec eorū coria, vt in tit. ff. de via pub. & ſi quid in ea factum. in ea fac.

Alter rubricatur tit. de via publica reficienda, vt in ff. & tam de vrbana, quàm ruſtica in- ff.
telligitur, quo cauetur, vt vie purgentur, & reficiantur, & datur interd. huius beneficium d' via pub.
contra illos, qui impediunt iter priuatum, vt in alio tit. ff. de itinere actuq; priuato; nam reficiē.
qui per 30. vices itinere actuq; priuato vſus fuerit, tam de ſeruitute itineris, quā actus viæ, ff.
acquiſiuiſſet ius, & datur contra impedientes, vel turbantes, l. 1. ff. eod. itin. actuque priu.

26 Datur, & interd. aquæ quotidianæ æſtiuæ, vbi prohibetur ne quis impediat, & impedi-
tus reſtituitur; Ideò hoc interd. poteſt dici prohibitorium, & reſtitutorium verba interd.
ſunt iſta, *vti hoc anno aqua, de qua agitur, nec vi, aut clam, nec pracario ab illo duxiſti,
quo minus ita ducas vim fieri veto*; Intelligitur de aqua perenni, l. 1. §. loquitur. ff. de aqua ff.
27 quotid. æſtiua. Sic duo ſunt genera aquarum quotidiana, & æſtiua, quotidiana ea eſt, quæ Aqua quotid. & æſtiua.
duci aſſiduè ſolet, vel æſtiuo tempore, vel hiberno, & ſi aliquando ducta non eſt; ea quoq;
dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt: Ideò non eſt illa, quæ
quotidie ducitur, ſed ea, qua quis quotidie poſsit vti ſi vellet, quamquam quotidianam in-
terdum hieme ducere non expediat, & ſi poſſet duci. Aeſtiua ea eſt, qua æſtate ſola vti ex-
28 pedit ſicut dicimus veſtimenta æſtiua, quibus interdum etiam hieme plerumq;, aut æſtate
vtimur: Ego probādum puto ex propoſito vtentis, & ex materia locorum aquam æſtiuam
à quotidiana diſcerni; Nam ſi ſit ea aqua, quæ perpetuò duci poſſit, ego tamen æſtate ſola
ea vtar, dicēdum eſt hanc aquam eſſe æſtiuam; Rurſus ſi ea ſit aqua, quæ non niſi æſtate du-
ci poſſit æſtiua dicitur, & ſi ea ſint loca, quæ natura non admittat aquam, niſi æſtate dicen-
dum erit rectè æſtiuam dici, ex d. l. 1. ff. eod. loquitur autem Prętor in hoc interd. de ea aqua
29 ſola, quæ perennis eſt, nulla enim alia aqua duci poteſt, niſi quæ perennis eſt. Caput aquæ
illud eſt vnde aqua naſcitur, ſi ex fonte naſcatur ipſe fons: ſi ex flumine, vel lacu, prima in-
cilia, vel principia foſſarum, quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu in primū riuum commu-
nem pelli ſolent, ex d. l. 1. ff. eod. competit hoc interd. ad eum, qui prohibet me aquam du-
cere, ex d. l. 1. § competit, ff. eod.

30 Item datur aliud interdictum de riuis, vt mundi conſeruentur, & aqua ſine impedimen

Digitized by Google

to fluat, ſic cōtinetur purgare riuos, reficere collapſos, & refectos conſeruare, vt in tit. ff. de
riuis, verba ædicti ſunt iſta; *Riuos ſpecus, ſepta, reficere purgare aqua ducendæ cauſa, quo
minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quam vbi priori æſtate non vi, non clam, non*
31 *precario a te duxit vim fieri veto.* Riuus eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua
decurrat, ſpecus locus eſt, ex quo diſpicitur, inde ſpectacula fuerunt dicta, ex l. 1. ff. de ri-
32 uis. ibi glo. ſpecus indeclinabile nomen eſt; Immo inuenitur etiam ſpecum, & eſt locus al-
tus ſupra terram ædificatus, ex quo ducitur aqua, quandoq; ponitur pro foſſa, qua recipi-
tur aqua, quandoq; pro loco vmbroſo, & tenebroſo ſolis, vt ait ibi glo.
33 Septa ſunt (vt ibi in textu) quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandæ compellendæ ve
ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue ex qualibet alia materia ſint ad cōtinē-
34 dam tranſmittendamq; aquam excogitata. Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis ex
eo dictus, quia incidatur; Inciditur enim lapis, vel terra, vnde primū aqua ex flumine agi
poſſit, ſedes foſſæ, & putei hoc interd. continetur, ex d. l. 1. ff. de riuis.

ff. de riuis.

35 Inſuper in interd. dicitur reficere, & purgare. Reficere eſt, quod corruptum eſt in pri-
36 ſtinum ſtatum reponere, ex d. l. 1. ff. eod. & ſeq. ſic verbo reficiendi tegere (hoc eſt ſuper a-
quam) ſubſtruere (.i. ſubtus aquam ſtruere) ſarcire hoc eſt collapſa ædificare de nouo. Item
aduehere hoc eſt plauſtro, vel Aſino, adſportare id eſt dorſo., ea quæ ad eandem rem opus
eſſe continentur.
37 Purgandi verbum plerīq; quidam putant ad eum riuum pertinere, qui integer eſt, & pa-
lam eſt, & ad eum pertinere, qui refectione indiget, ex d. l. 1. ff. de riuis.

ff. de fonte.

38 Datur etiam interd. de fonte, & cloaca; de fonte contra illum, qui vti aqua fontis pro-
hibetur; verba edicti ſunt iſta; *De eo fonte, quo de agitur hoc anno aqua, nec vi, nec clam,*
39 *nec precario ab illo vſus es, quo minus ita vtaris vim fieri veto;* hoc idem intelligitur de
Piſcina, & lacu, dum alicui prohibetur haurire aquam, vel appellere pecus ad aquam. In
40 ciſterna non habet locum, quæ nō habet aquam viuam, vel quia eſt in re priuata, ex Rubr.
ff. de fonte, ciſternæ autem ſunt, quæ imbribus concipiuntur, ex l. 1. ff. eod. ſic fons eſt vnde
aqua naſcitur, l. 1. ff. de aqua quoti. æſti.

ff. de cloacis.

41 De cloacis verò ait Prætor; *Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet,
qua de agitur purgare, reficere liceat vim fieri veto, damni infecti, quod operis vitio factum
ſit caueri iubebo;* ſic duo ſunt interdicta, vnum prohibitorium, ne vi vnus vim inferat, quo
minus cloaca purgetur, & reficiatur; Alterum reſtitutorium, quod in cloaca pub. factum,
ſiue immiſſum, quo vſus eius fiat deterior reſtituatur, & datur, tam vicino, quā alijs, p quo-
42 rum ædes cloaca currit, l. 1. ff. de cloa. cloacę appellatione, & tubus, & fiſtula continetur,
l. 1. §. cloacę. ff. eod. tubus eſt foramen cloacę, vnde purgatur colluuies, atq; vt ibi glo. & fi-
43 ſtula eſt aliud inſtrumentum ad idem, & locum habet hoc interd. de reficienda cloaca pri
uata, non de noua facienda hoc eſt publica, quia de iſta non habemus in iure, quoad verba
tamen æquè interdicēdum eſt ne facienti cloacam vis fiat, quia eadem vtilitas ſit, l. quam-
quam. ff. de cloacis.

ff. noui operis nunciat.

44 Aliud interd. appellatur noui operis nunciatio. ad futura opera facienda; in factis ve-
rò ceſſat, ille dicitur facere nouū opus, qui de nouo ædificat, aut detrahit aliquid de ope-
ræ iam facto, ſic continentur ſolum eorum operæ, quæ iniuncti ſunt ſolo, vt ædificatio, &
demolitio, vt in tit. ff. de noui operis nunciat.
45 Nouum multis modis ſumitur, vt in rub. ff. eod. quandoq; pro vltimo interd. quia deno-
minatur à prima parte ſui, & cum verbum iſtud magiſtrale ſit inuentum, & poſitum ad be-
neplacitum ſcribentium, ideò de eo non eſt diſputandum, tamen glo. in cap. generali, de
elect. lib. 6. in verbo de nouo plura declarat, & nouum dicitur regulariter, quod nō eſt ve-
tus, l. vetus, ff. de vin. trit. & oleo, vel quod eſt ante annum, l. fin. §. quoties, ff. de publicia,
46 quandoq; dicitur, quod eſt intra biennium, l. qui agros, C. domni agr. de ſer. ommiſſis alijs
in præſenti nouum opus dicitur, quando quis de nouo ædificat, vel ædificando aliquid mu-
tat, ſed reparatur, l. 1 §. ſi quis ædificium, ff. eod. vbi, & qui reficit antiquum fulciendo non
continens ædificationem, vel deſtructionem, quæ pariter faciunt locum huic ædicto, glo.

ibi in

ibi in verbo ne poſſemus, vnde differt nouum opus facere, & veteri ſuſtinendo remedium adhibere, in d.§.ſi quis ædificium, Iaſ.ibi declarat, reficere non eſt nouum opus facere, niſi
47 eſſet deſtructũ in totum vetus num. 1.4.& 6.& poteſt nouum opus denunciari, ſi eſſet opus deſtructum totum, quia videtur de nouo ædificare, & non reficere, item tenet ibi Alex. & in his caſibus, vbi ædificium reſtauratur tantum nõ datur interdictum hoc, vt ibi Iaſ. Alex. & ſcribentes, & latè de his omnibus in d.§.prohibitorium, Inſt.de interd.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutorium interd. quali 4. & 18.*
2 *Reſtituere quid, & eius ſpecies 3.*
5 *Interd. adipiſcendi quale.*
6 *Poſſidere quid.*
7 *Differentia inter ſpecies iſtius interdicti.*
8 *Cauſa iſtius interd. qualis.*
9 *Interd. quorum bonorum quale.*
10 *Differentia à petitione hæreditatis.*
11 *Differt a quorum legatorum.*
12 *Quid velint illa verba quorum bonorum.*
14 *Quorum legatorum quale.*
15 *Pro poſſeſſore quis dicatur.*
16 *Differt ab interd. quorum bonorum.*
17 *Saluianum interd. quale.*
18 *A quo inuentum.*
19 *Differt à Seruiana.*
20 *Differt ab hypothecaria.*
21 *Interd. l. fin. Cod.de edicto Diui Adrian. tollen. quale.*
22 *Differt ab interd. quorum bonorum.*
23 *Requiſita ad hoc interd.*
24 *Interd. retinendi quale.*
25 *Quot ſint iſta interd.*
26 *Interd. vti poſſidetis.*
27 *Quid velint verba interdicti.*
28 *Interd. vtrobi quale, & 29.*
30 *Interd. de ſuperficiebus quale.*
31 *Superficies, quæ.*
32 *Recuperandi interdicti quale.*
33 *Quot modis quis ſpolietur.*
34 *Interd. vnde vi quando habeat locum.*
35 *Vis, & vnde quid, & 36.*
37 *Interd. quod vi, aut clam.*
38 *Factum vi, aut clam quid ſit. & 39.*
40 *Interd. de vi armata quid, & eius requiſita, & 41.*
42 *Armorum appellatione quid veniat.*
43 *Interd. precarij quale.*
44 *Alia interd. reſtitutoria quæ.*
45 *Interd. arborum cedendarum quid.*
46 *Arborum appellatione quid veniat.*
47 *Cedere, ciguire. & ſubſecare albores quid.*
48 *Interd. de glande legenda.*
49 *Glandis appellatione quid veniat.*
50 *Interd. de migrando quale.*
51 *Migrare quid ſit.*

DILVCID. II. DE INTERD. RESTITVTORIO.

1 SEQVITVR, vt declaremus interd. reſtitutorium, de quo in §. reſtitutorium. Inſt. de interd. & eſt illud, quo iubet Prætor aliquid reſtitui: licet quidam putent ſola prohibitoria eſſe interd. quia interdicere eſt denunciare, & prohibere, tamen cum (vt dictum eſt) interd. dicatur, quia inter duos dicitur, vt in §.ſunt. Inſt. eod. Ideò continet eſſe reſtitutorium.
2 Reſtituere hic ſumitur pro dare, ſic impropriè dicimus reſtitutorium in eo, qui nunquam habuit bonorum poſſeſſionem, & non poteſt peti reſtitutionem, gloſſ. in d.§.reſtituere, Inſt.de interd.& ibi plures rationes numerantur.

3 Iſtius autem interd. plures ſunt ſpecies, veluti quorum bonorum, ſic adipiſcendi poſſeſſionis, retinendæ, ac recuperãdæ, vt in §.ſequens. Inſt.de interd.& de ſimilibus actibus poſ-
4 ſeſſorijs, vt infra: Præterea circa poſſeſſionis reſtitutionem verſari videtur; Ideò dicitur reſtitutorium interdictum, quo Prætor iubet ei, qui vi de poſſeſſione fundi eiectus ſit reſtitui poſſeſſionem, & alio nomine interdictum recuperandæ poſſeſſionis appellatur, & dicitur ſimplex interdictum, quia alter eſt actor, & alter reus. §.fin. Inſt.de interd.

5 Reſtitutorij interd. ſpecies, vna eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, nam poſſeſſionem adipiſci eſt, quam nunquam habuimus conſequi, l. 2. §.adipiſcendæ, ff.de interd.& §.adipiſcendæ, Inſt.cod.

6 Inſt.eod.& ibi Iuſtinianus ait vtile non eſt hoc interd. ei, qui licet ſemel adeptus ſit poſſeſ-
ſionem tamen eam amiſit; Poſſidens autem in his terminis eſt non ſolũ ſi ipſe poſſidet, ſed
& ſi eius nomine aliquis in poſſeſſione ſit licet ſit eius iuri ſubiectus non ſit, qualis eſt colo-
nus, & inquilinus, ex §.poſsidere, Inſt. de interd.

7 Diſtant multum inter ſe ſpecies iſtius interd. hoc eſt quorum bonorum, quorum legato-
rum, & Saluianum interd. & ædictum Diui Adrian.tollen.& l.3.C.de pignor.quo pacto li-
8 ceat creditori adipiſci poſſeſsionem rei ſui debitoris, quæ remedia adipiſcendæ poſſeſsio-
nis ſunt; Vltimò, datur Iudicis officium ne partes contendentes de poſſeſs. veniant ad ar-
ma iudex prouidet, vt ait Decius in l.fin. C.de ædicti Diui Adria.

9 Primum interdictũ reſtitutorium eſt quorũ bonorum, cuius verba ſunt iſta; *quorũ bonorũ
ex adicto meo illi poſſeſsio data eſt, quod his bonis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſsides, poſsidere
ve ſi nihil vſucaptum eſſet, quod quidem dolo malo feciſti, vt deſineres poſsidere id illi reſtituas,*
ex quibus colligitur, tale interdictum datum eſſe ad vniuerſitatem bonorum, non autem ad
10 ſingulares res, & differt à petitione hæreditatis, tum origine, quia petitio hæreditatis eſt
de iure ciuili, l.1.l.item veniunt. §.prætor. ff.de petit. hæred. & interd.ſit prætorium, tùm
etiam, quia hæreditatis petitio eſt directa hæredi de iure ciuili, vtilis hæredi de iure præ-
torio, quod bonorum poſſeſsionem appellamus. Hoc verò interd. directum datur hæredi
de iure prętorio, vtile hæredi de iure ciuili: Item petitio hęreditatis eſt bonæ fidei, interd.
ſtricti iuris. Necnon differunt in modo præponendi, nam hæres in petitione hæreditatis
petit ſe declarari hęredem, vt in l.licet.ff.de petit.hęredit.in hoc interdicto actor petit poſ-
ſeſsionem ſibi tradi, & poſſeſſorem conſtitui, vt in l.1.ff.quorum bonorum. Quintò, diffe-
runt in modo probandi, nam in hæreditatis petitione plenæ probationes requiruntur, ſe-
cundum glo.& Bart.in l.5.C.quorum bonorum, & in hoc interd. minus plena ſufficiet pro-
batio; Sextò, petitio hæreditatis ſe extendit ad corporalia, & incorporalia, interd.ad cor-
poralia tantum, vt in l.2.ff.quorum bonorum; Septimò, à petitione hæreditatis appella-
tur, ſecus in hoc interd. vide de his apud Menoch. in remed. 1.q.26.

11 Conueniunt, quia ambo generalia ſunt iudicia; Itemq; ambo redduntur ex teſtamento,
& ab inteſtato, & datur contr. tit.poſsidentem, differret a quorum legatorum, quia hoc eſt
ſingulare, illud vniuerſale; ſic datur hoc interd. ſuccedenti de iure prætorio, & an illi tan-
tum, qui edictalem bonorum poſſeſsionem conſecutus eſt, vel illi tantum, qui decretalem,
ff. C. quorũ bonorum. Menoch.in remed.5. num.9.& ſeq.per Bal.in l.1.ff.eod.nu.1.tenet illi cõcedi, qui decreta-
lem habet, vt latius in tit.ff.C.quorum bonorum, & pertinet ad vniuerſitatem bonorũ, non
ad ſingulares res, & appellatur quorum bonorum, quia eſt adipiſcendæ poſſeſsionis vniuer-
ſorum bonorum, l.1.ff.eod.licet Rubrica videatur habere ſenſum imperfectum, dum ſim-
12 pliciter dicitur quorum bonorum, tamen ſubintelligitur poſſeſsio, vt habetur in §. reſtitu-
toria, Inſt.de interd. reſtitutoria dicuntur, quibus reſtitui prætor aliquid iubet, & eſt pote-
ſtas, & vis, vt quod ex his bonis quiſq; quarum poſſeſsio alicui data eſt pro hærede, aut pro
13 poſſeſſore poſsideat, id cui bonorũ poſſeſsio data eſt reſtituere debeat, §.adipiſcendi, Inſt.
de interd.ſic bonorum poſſeſſor intelligitur iuris non rerum, hoc eſt ſuccedẽti de iure præ-
torio, & ideò duæ videntur viæ ſuccedẽdi, de iure ciuili, vt in petitione hæreditatis, & de
iure prętorio, vt hic, ex glo.in d.§.reſtitutoria.

14 Sub hoc interd. reſtitutorio datur, & particulare ad poſſeſsionem bonorum legatorum,
ideò rubricatur, in ff.quorum legatorum, intellige poſſeſsionem, ſi quis occupauerit, vt in
Rubr. ff.eod.cuius verba expreſſa non habentur, ſed dicitur in l.1. eſt ipſum interd. adipi-
ſcendæ poſſeſsionis, & continet hanc cauſam, vt quod quis legatorum nomine, non ex vo-
luntate hęredis occupauerit id reſtituat, etenim æquiſitiſsimum Prætori viſum eſt, vnum-
quemq; non ſibi ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed ab hærede petere, redegit igitur
ad hæredes per hoc interdictum ea, quæ legatorum nomine poſsidentur, vt perinde lega-
tarij poſsint eum conuenire, l.1.ff.eod.ex his itaq; colligitur primo, legatarios propria au-
ctoritate accipere non poſſe legata, niſi teſtator ordinauerit, quia debet recipere de manu
hæredis, & hoc ſeruandum eſt, tam in legatis, quam in donationibus cauſa mortis, & pe-
tuntur

Digitized by Google

ſtuntur hoc interdicto, quorum legatorum. Secundò, quamuis legatarius ſit miſſus in poſſeſſionem legatorũ auctoritate Iudicis, eo quod hæres non cauerit ſatiſdatione de ſoluendo legata, ſed poſtea ſatis dederit, tunc datur hoc interd. vt legatarius accipiat legata, l. 1. §. legatorum. ff. eod. Tertiò, datur tam contra poſſidentem hoc interd. non contra poſſidentem pro hærede, quia agitur petitione hæreditatis, vel quorum bonorum: ſic verba interd. illa videntur colligi poſſe, quod qui legatorum nomine, non ex voluntate heredis occupauerit, id reſtituat hæredi, vt in tit. ff. quorum legatorum. Idcircò illum pro herede poſſidere dicimus, qui putat ſe hæredem eſſe. §. pro herede. ff. de interd. & hoc tam verè, ff. quorũ legatorũ.

15 quam putatiuè intelligi poteſt, vt ibi glo. pro poſſeſſore habetur ille, qui poſſidet nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere, inde ſequitur, ſi quæreretur ab eo, vt diceret quare poſſidet, nil aliud poſſet reſpondere, quam quia poſſideo. §. pro poſſeſſore. Inſt. de interd. & ibi glo. propterea colligitur interd. quorum legatorum dari, tam contra poſſidentem pro herede, quam pro poſſeſſore, & dubitat Menoch in remed. 1. adipiſcendi, & remed. 2. an detur cõtra tit. poſſidentem; differt in-

16 interd. quorum bonorum ab interd. quorum legatorum, interd. quorum bonorum conceditur illi, cui ex pretoris ædicto bonorum poſſeſ. data eſt aduerſus poſſidentem pro herede, vel pro poſſeſſore, quorum legatorum aduerſus quemuis, qui legatorum nomine, ſine heredis voluntati rem hereditariam occupauit, atq; contra poſſidentem tit. legati competit: Item quorum bonorum eſt vniuerſale, & pro corporali non conceditur, quorum legatorum particulare, & pro re corporali conceditur differt ab alijs, vt in glo. in l. 1. in verbo, vt proinde, ff. eod.

17 Aliud interdictum reſtitutorium eſt Saluianum interd. & eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, §. interd. Inſt. de interd. eoq; vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futurus pepigiſſet, vt in d. §. interd. ſic datur contra colonum directũ, & contra extraneos, vt ibi, & competit non ſolum locatori, ſed cuilibet creditori hyppothecario in add. ad d. glo. per Bart. in l. 1. ff. eod. & ſic ſufficit agẽti hoc interd. probare poſſeſſionem debitoris tempore obligationis, vel poſtea, & poſſeſſionem rei conuentæ de preſenti, & ideò commodius eſt agere contra tertios poſſeſſores, & ſat erit probare poſſeſſionem conuenti abſq; probatione dominij, vt ibi per addit. ad glo. & Bart. in l. rem alienam, ff. de

18 acq. poſſ. fuit inuentum à Saluio Iuliano, qui iuriſconſultus fuit eximius, l. 2. C. de veteri iure Enuel. legimus Saluium Iulianum ædicti perpetui conditorem ſublimiſſimum, idem in l pen. C. de condic. indebit.

19 Differt ab actione Seruiana, iſta interponitur de rei proprietate; Saluianum de ſola poſſeſſione. hoc interd. ad rerum vniuerſalium poſſeſſionem pertinet, illud ad ſingulorũ. Item hoc datur ad tollẽdas poſſeſſiones; Seruiana ad alios, qui rem queſiuerunt, Bart. l. fin. ff. de Saluia. interd.

20 Differt ab actione hyppothecaria; Primò, quia Saluianum poſſeſſorium eſt, & de ſola poſſeſſ. contenditur hyppothecaria auocatur ratione iuris hyppothecæ, & ſic dicitur petitorium iudiciũ, quia ratione dominij auocat, glo. & Bart. in l. 1. C. de Saluia. interd. nu. 2. Necnon Saluianum fuit inuentum principaliter ad fauorem locatoris contra conductorem rei vrbanæ hyppothecaria directa aduerſus tertium poſſeſſorem, Bart. l. fin. ff. de Salui. interd. Tertiò, in Saluiano ſufficit probare ſolam poſſeſſionem; hyppothecaria requirit efficaciores probationes, aliquando ſuper dominio, interd. ſuper poſſeſſione, Bart. & Salic. in l. 1. C. eodem. ff. C. Saluiã. interd.

21 Quartum remedium adipiſcẽdi, quod eſt interd. reſtitutorium eſt, l. fin. C. de ædict. Diui Adria. toll. hæc lex quomodo fuerit introducta ſupra declarauimus, & cum videatur noua in multis, ideò dicitur Iuſtiniani, & in multis eſt eadem cum antiquo iure, vt recenſet, Menoch. in remed. 4. in princ. & videtur correctoria, ſecundũ Cynum, & Bart. ibi in multis, & limitat pariter in multis, & potentior videtur limitando, quam corrigendo, & ſecundum Dec. ibi num. 39. & Curt. iun. num. 15. eſt potius fauorabilis, quam odioſa, quia fauet teſtamentis, vt cum primũ exequantur, quod publicè intereſt, l. vel necare. ff. quemad. teſt. ape-

teſt. aperiant. ratio iſtius æditionis eſt, tum quia expedit hęredi poſſeſſionem cum primum accipere, vt onera ſoluantur, &c. etiam, vt voluntates defunctorum debitum ſortiantur effectum, vt ait Curt. in d. l. fin. num. 64. & de his plura collegit Menoch. in d. remed. 4. nu. 43. & ſeq. per Cuiac. & alios.

82 Differt ab interd. quorum bonorum, ſecundum Bart. hic num. 6. ſicut excedentia, & exceſſa, quia vnum pinguius eſt altero; Conſtitutio iſta eſt vniuerſalis ad omnes ſucceſſores, ſed quorum bonorum ad ſuccedentes de iure prętorio tantũ, vt ibi etiam Ripa; Item conſtitutio eſt perpetua, quorum bonorum temporale, licet Bart. ibi teneat, quod ſit perpetuũ. Tertiò, interd. quorum bonorum non datur contra tit. poſſidentem pro hęrede, vel poſſeſſore, ſed contra in hac conſtitutione; ideò hæc differentia non eſt certa, cum tit. poſſidens videatur legitimus contradictor. Quartò, conſtitutio conceditur nemine poſſidenti ſecus in hoc interd. Bart. ibi num. 5. & Iaſ. num. 28. Quintò, agens interd. debet probare teſtibus ſe eſſe talem, qui ſuccedere poſſit de iure prętorio; in hac conſtitutione ſufficit oſtendere teſtamentum, vt ex d. l fin. & Bart. ibi num. 15. & Caſtren. num. 14. Sextò, in interd. datur libellus, ſecus in d. l. fin. Bar. num. 15. Iaſ. num. 28. licet aliqui teneant contrarium, quod verum, ſi adeſſet contradictor. Septimò, miſſus in poſſeſſionem, ex interd. poſſeſſor efficitur ſecus in l. fin. licet Bart. ſentiat ambo eſſe poſſeſſores in num. 5. Octauò, interd. poteſt coadiuuari alijs probationibus, l. fin. vitiato teſtamento non coadiuuatur, Bart. ibi nu. 7. & 15. Nonò, quorum bonorum conceditur venientibus ab inteſtato, ſed l. fin. conceditur habenti teſtamentum, Caſtren. ibi num. 4. Iaſ. num. 28. Decimò, Interd. conceditur pro rebus exiſtentibus in bonis defuncti etiam, ſi non poſſiderentur ſuæ mortis tempore, Bart. l. 1. C. quorum bonorum, ſed in l. fin. attenditur poſſeſſio tempore mortis tantum. Hæc ex Menoch. in d. remed. 4.

83 Requiſita ad effectũ huius cõſtitutionis poſuit, idem Menoch. in d. remed. 4. nu. 56. quod hæres ſit ſcriptus, qui poſtulat poſſeſſionem; Teſtamentum pręſentetur Iudici non cancellatum, nec in aliqua parte vitiatum; Bona de quibus agitur poſſiderentur à teſtatore tempore ſuæ mortis; miſſio in actibus ſcribatur, quod alius legitimè non poſſideat, quia miſſio impediretur, quod qui petit immiſſionem non poſſideat, quia tunc competeret retinenda; Octauò, iudex coram, quo immiſſio petitur ſit competens, ſecundum quoſdam requiritur citatio, & libellus. Decimò, hęres debet probare mortem teſtatoris, cœtera vide apud ſcribentis ibi.

Datur remedium adipiſcendi, ex l. 3. C. de pignor. vbi creditor ex pacto poſſeſſionem debitoris ingreditur; Vltimum, remedium adipiſcendæ eſt Iudicis officium, vt cum hæres ommiſſo ordine iuris communis, vel municipalis defuncti poſſeſſionem adipiſci voluerit ſua, aut Prętoris auctoritate ingreditur. Hæc ſunt remedia adipiſcendæ collecta pariter, ex d. Menoch. in d. remed.

84 Sequitur alia ſpecies interdicti reſtitutorij, quæ eſt retinendæ poſſeſſionis, vt in §. retinendæ, Inſt. de interd. retinere poſſeſsionem eſt aſſecutam poſſeſsionem apud ſe exiſtentem tueri, atq; conſeruare, licet, Bal. in cap. 1. de prohib. feud. dicat quatuor eſſe interd. poſſeſſoria, adipiſcendæ, retinendæ, recuperandæ, & conſeruandæ, quam opinionẽ Menoch. in d. remed. 1. retinendi reicit, conſeruandi interd. vide ibi. Hoc interd. retinendæ datur, quando inter aliquos quęſtio moueretur de proprietate, & vterq; cõtenderet ſe poſſidere, propter magnum poſſeſſionis commodũ non poteſt aliter ſuper petitorio diſceptari, niſi vnus

85 ſit petitor, & alter poſſeſſor, ad quod ſeparandum competit hoc interd. retinendi continens interd. vti poſſidetis pro rebus immobilibus, vtrobi pro mobilibus, quæ licet olim viderentur differre, tamen hodie videntur adęquata, & is obtinebit, qui tempore litis conteſtatæ non vi, non clam, non pręcario ab aduerſario poſſidet, ex d. §. retinendi, Inſtit. cod. Datur hoc remedium, quia prius diſceptãdum ſuper poſſeſſorio, quæ quidem interd. dantur concurrentibus iſta, quod contentio ſit ſuper poſſeſſione. Item quis poſſideat, & vnus poſſideat, & alter petat. Actor, vt obtineat debet probare concludenter, & cœtera, vide glo. in d. §. retinendæ; Inſuper datur, & aliud interdictum retinendæ poſſeſsionis, de ſuperficie-

perficiebus de itinere actuq; priuato, & via priuata ſic de ſimilibus, de quibus infra.

Vti poſſidetis, vt dictũ eſt datur pro rebus immobilibus, quæ tales ſint, vt poſſideri poſſint, l. 1. §. pen. ff. vti poſſid. & locum habet in rebus incorporalibus, vt in quaſi poſſeſſione vſufructus, vel vſus, l. fin. ff. eod. verba interdicti ſunt iſta; *vbi eas ædes, de quibus agitur nec, vi, aut clam, nec præcario alter ab altero poſſidetis, quo minus ita poſſideatis vim fieri veto*: ex hoc colligitur ſeparatim agendum eſſe à poſſeſſorio, & petitorio, & non ſimul, quia ſeparata ſunt poſſeſsio, & proprietas, nam licet, quis poſsit eſſe dominus, & poſſeſſor, tamen poteſt etiam eſſe, quod vnus ſit dominus, & alter poſsideat, vt in fructuario, nec expedit agere ſuper petitorio, niſi prius fuerit diſcuſſum, quis ſit poſſeſſor, & quis petitor. Hoc itaq; interdictum, ita poſſe componi legitur, qui rem ſolum poſsidebit ei vim fieri ab ijs, à quibus, nec clam, nec vi, nec præcario poſsidebit interdictam; de cloacis hoc interdictũ non dabo, neq; plures quãti ea res erit agere permittam, ex l. 1. ff. vti poſsid. ſic diuerſa eſt forma ædicti à forma interdicti, hoc eſt ſpeciali contendentium, & reſpiciens perſonam: Illud verò generaliter ad omnes: Ratio eſt, de qua ſupra diximus, quod iudicium nõ poſſet ſuſtineri, cum declaratus non ſit, quis ſit petitor, & quis aduerſarius, & plura de ſimilibus collegit, Menoch. in remed. 3. retin. num. 12. differt ab illo, vnde vi, quia hoc reſtituit ammiſſam poſſeſsionem, illud tuetur, ne ammittat, ſic duo ſunt remedia.

27 Quare hoc interd. ſcriptum ſit verbis pluraris numeri vti poſsidetis, cum alia interdicta ſint ſcripta ſingulari, Bart. in l. vnica. §. 1. C. eod. reſpondebit cum habeatur reſpectus ad duos contendentes de poſſeſsione, vnius ad ciuilem, alterius ad naturalem poſſeſsionem; ideò in numero plurali dicitur vti poſsidetis, aut ſecundum alios, quia verba ſunt directa ad ambas partes, cum ignoretur quis melius poſsideat, vel quia duplex videtur interd. cum ambo cenſeantur actor, & reus, Bal. in l. vnica, C. eod. latius in d. tit. ff. & C. vti poſsidetis. ff. C. vti poſſid.

28 Sequitur interd. pro rebus mobilibus, quod vtrobi appellatur, vt in tit. ff. vtrobi, cuius verba ſunt iſta, videlicet *(vtrobi hic homo, de quo agitur maiore parte anni fuerit, quo minus*

29 *is eum ducat vim fieri veto)* dicitur vtrobi quaſi nomen compoſitum ex vtrum, & ibi, vtrum ponitur pro (apud) & ibi pro (quem) & ſic idem eſt, quod apud quem, nam dum quæſtio erat apud duos de re mobili, potior erat in hoc interdicto, qui in maiori parte anni poſsideret rem, de qua agitatur, ſed hodie ille erit potior', qui poſſederit tempore litis conteſtatæ, Inſt. de interd. §. ſed hodie, & l. 1. C. eod. & datur poſsidenti, tam ciuiliter, quam naturaliter tm̃, vt in vſufructuario, niſi vi, clã, aut præcario poſsideat, q̃a datur aliud interd. contra violentam, vel clandeſtinam poſſeſsionem, l. 1. §. fin. ff. vti poſsid. & differẽtia ab interd. vti poſsidetis, quoad tempus poſſeſsionis fuit ſublata, & adæquata ſunt in hoc illum vincere, tam in re immobili, quam mobili, qui non vi, nec clam, nec præcario poſsidet ab aduerſario, tempore litis cõteſtatæ, ex d. §. ſed interdicto, Inſt. eod. clam poſsidere dicitur, vel ſcire deberet me poſsidere, antequam fundum ingrederetur, & metuebat antiquiorem poſſeſſorem, necnon clam poſsidet, qui me abſente ingreſſus eſt, glo. & Sylueſt. in add. ad d. §. ſed interdictum per l. clam, & l. 3. §. fin. ff. quod vi, aut clam, hæc de vtrobi, vt in ff. eod. ff. vtrobi.

30 Inter interd. retinendi ponitur remedium de ſuperficiebus, ſecundũ Mench. in remed. 4. verba interdicti ſunt, *Vt ex lege locationis, ſiue conductionis ſuperficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec præcario alter ab altero fruimini, quo minus ita fruamini vim fieri veto, ſi*

31 *qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur cauſa cognita dabo*; l. 1. ff. de ſuperfic. Superficies eſt illa terræ pars ſuperior facieſq; rei, quæ oculis cernitur, & eſt contractus ſuperficiarius, vt ait Bal. in Rubr. C. de iure emphyt. num. 2. cum quis vendit, aut donat, vel locat ſuperficiem fundi, vel domus retenta proprietate, ob cuius recognitionem emptor venditori in ſingulos annos certum quid præſtare habet, atq; vtile dominium ſuperficiarij eſt, directum domin. ex l. fin. ff. de ſuperfic. & quomodo emptor ſuperficiei diſcerni poſsit à conductore, vide Bart. l. 1. §. 1. num. 3. ff. de ſuperfic. ff. ſuperfic.

32 Sequitur interd. recuperãdi, quod & interd. reſtitutorio collocatur. §. recuperandi. Inſt. de interd. & datur cõtra eum, qui aliquem de poſſeſsione ſua eiecerit, tam vi, quam clam, ſed hodie ſpoliatus vi, ſi dominus fuerit cadit à iure ſuo; ſed ſi ſine vi tunc tenetur ad reſtitutio-

tutionem rei ſpoliatæ, vel eius æſtimationem, ſic recuperare eſt ad priſtinum ſtatum reſti-
tui, ex d. §. recuperandæ.

33 Contingit multipliciter aliquem ſpoliari, vi, clam, aut præcario, vt ex d. §. recuperan-
ff. C. vnde vi.
dæ de vi multipliciter agitur aliquando, vt in interd. ff. & C. vnde vi, quod habet locum in
omni re, & datur illi, qui vi eſt eiectus à poſſeſsione, & principaliter pro rebus immobili-
34 bus, & ex conſequenti pro mobilibus, l. 1. ff. de vi, & vi armata. §. illud, & in tit. ff. & C. vn-
35 de vi, vis eſt maioris impetus, qui repelli non poteſt, l. 3. ff. quod metus cauſa, vnde diuer-
36 timodè ſumitur, aliquando idem eſt, quod ex hoc Archid. in cap. conſtitutionem de reg.
iur. lib. interdum, pro à quo, vel ex quo loco, vel ex qua cauſa, l. 1. C. vbi petant. tut. Ali-
quando ponitur interrogatiuè, vt in Auth. de triẽte, & ſemiſsi, §. prohibemus. Item, à quo
tempore, l. ſi cõſtante. ff. ſolut. mat. & ibi Iaſ. in nu. 11. & Ripa num. 32. Bart. in l. 1. in princ.
ff. de vi, & vi arma. hic ſumitur, pro loco, ex quo fuit eiectus de poſſeſsione.

37 Secundum remedium eſt, quando quis fuit eiectus vi, aut clam datur in præterito, & de
eo, quod clam factam eſt, verba ædicti ſunt iſta, *quod vi, aut clam factum eſt, qua de re agi-*
38 *tur id cum experiendi poteſtas eſt reſtituas, ſic pertinet ad ea, qua in ſola re conſiſtit*; vi, autem
factum dicitur, ſi quis contra quem prohiberetur, fecerit, aut egerit contra denunciatio-
ff. qđ vi, aut clam.
nem, vel prohibitionem, l. 1. §. quod & ſi, ff. eod. clam videtur facere, qui celauit aduerſa-
39 rium, ne aliquid ei denuncietur, vel intelligitur de eo, quod factum eſt opera tua, vel alius
fecit iuſſu tuo. l. aut qui. §. tuo. ff. eod.

40 Tertium remedium eſt de vi, & vi armata, & habet locum in eo, qui violẽtia armorum
fuerit eiectus, qui tunc poteſt recuperare poſſeſsionem antequam ad alios tranſeat, l. con-
tinua, §. 1. ff. de verb. oblig. & tunc poteſt vim vi repellere, & repulſare iniuriã ad ſe defen-
dendum, glo. in l. 1. C. vnde vi, Bart. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure, verba ædicti ſunt iſta; *vn-*
de tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit de eo quoq; ille tunc ibi habuit tantummodo intra
annum, poſt annum de eo, quod ad eum, qui vi deiecit, peruenerit iudicium dabo, l. 1. ff. de vi, &
ff. C. vi, & vi armata.
vi armata; requiritur, vt expellatur incontinenti, l. 3. §. cum igitur. ff. eodẽ. Armis deie-
41 ctum dicimus, vt legitur in l. 3. ff. eodem. Arma ſunt omnia tela hoc eſt, & fuſtes, &
42 lapides, non ſolum gladij, haſtæ frameæ, ideſt rempheæ, ſunt autem lanceæ, quæ habent
roſtrum, vel ramponem ad homines capiendos, vt ibi gloſſ. planè, & ſi vnus, vel alter
fuſtem, vel gladium tenuit, armis deiectus poſſeſſor videtur, plus dicitur, & ſi inermes
venerant, ſi in ipſa concertatione, qui inermes venerant eò proceſſerunt, vt fuſtes, aut
lapides ſumerent vis erit armata, ſufficit enim terror armorum, vt videantur armis deie-
ciſſe, hæc ex d. l. 3. & ibi plura declarantur, quando quis dicatur armis deiectus. Inco-
ntinenti fieri dicitur, quando quis ad alios actus extraneos non ſe diuertit, l. duos. ff. de
duobus reis ſtipulan. & intelligitur, tam de vi priuata, quam publica, ex d. §. recupe-
randæ.

43 Quartum remedium dicitur præcarium, vt qui ad alterius preces poſſidet, verba ædicti
ſunt iſta; *quod pracario ab alio habes, aut dolo malo feciſti, vt deſineres habere, qua de re agitur*
id illi reſtituas, vnde q. pręcario retinet, inſtãti domino reſtituere tenetur; aliàs datæ iſtius
ff. Præcario.
interd. beneficium, nam equum eſt tam diù ſui amici liberalitate, vti quam diù illi placue-
rit, vt ſupra diximus in tit. ff. eod. attamen de iure Canon. reſtitutio ſpoliatorũ datur tam
ſi, vi, fuerit eiectus, tam armata, quam ſinè armis, aut clam poſſederit, & tam contra dei-
cientes, quam quemlibet bonæ fidei poſſeſſorem, c. reintegrandi. 3. q. 1. & 7. ſæpè de re-
ſtitut. ſpoliat.

44 Sunt & alia interd. reſtitutoria, quæ certum nomen non habẽt, vt de Arboribus ceden-
dis, & datur domino ædis, qui poteſt agere, vt arbor vicini tui adhærẽs domui tuæ, & im-
45 pediẽs lumẽ, vel proſpectũ, vt tollatur, facta denunciatione dño Arboris, vt in tit. ff. de ar-
ff. Arborib. cedẽdis.
boribus cedendis, & l. 1. ædicti verba ſunt iſta; *qua arbor ex adibus tuis in ades illius impen-*
det, ſi per te, ſtat, quo minus eam adimat tunc, quo minus etiam illi arborem adimere, ſibiq; in-
bere liceat vim fieri veto, vt in d. tit. ff. eod. Arboris appellatione, & vitis continetur, l. 1. ff.
eod. & infra dicitur, *qua arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat, quo minus pe-*
des 15.

des 15. à terra eam altius coerceas; tunc quo minus illi ita coercere, lignaq́ ſibi habere liceat, vim fieri veto, & factum eſt, vt quindecim pedibus diſtet arbor ne imber eius vicino prędio noceret, vnde duo continet capita, vnum ne ædibus impendat, & tunc ſucciditur alterum, ſi agro tantum impendet coercetur, vſq; ad 15. pedes à terra, ex l. 1. ff. eod. arboris appella-
45 tione plura continentur, l. 1. §. arbitris, & l. 3. & l. 4. ff. de arb. furti ceſarum, hędere, arundines, idem de Saliceto, & arbor non dicitur, quæ radices non conceperit, vel cuius radices deſierint viuere, quamuis adhuc terra contineatur; labeo etiam arborem dici rectè putat, quæ ſubuerſa à radicibus etiam nunc reponi poteſt, aut quia ita translata eſt, vt poni poſſit, ex d. l. 3. cedere eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cedendi cauſa, itaut caput
47 a pede ſeparetur, l. cedere. ibi glo. ff. arb. furt. ceſa. & ibidem legitur cingere eſt delibrare hoc eſt putare ramos, & vltra mediũ excorticare, & corticẽ auferre, & cortices, qui remanẽt quaſi arboris cingulum videantur, vt ibi glo. ſubſecare eſt ſubſecuiſſe. Hæc ex glo. in d. l. 3.
48 Aliud interd. eſt de glande legenda, quod datur pro omni fructu; Ita vt liceat vnicuiq; legere fructus cadentes in fundum ſuum ex arbore exiſtente in fundo alieno, verba edicti ſunt iſta: *Glandem, quæ ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoq; die legere au-* ff. Glãde legenda.
49 *ferre liceat, vim fieri veto.* ex l. 1. ff. de glande legenda, tempus trium dierum incipit currere ab eo die, quo in terram cecidit; ſic neceſsitas imponitur domino fundi, licet interd. duraret anno, ſi tantum durarent fructus.
50 Aliud eſt migrando, quod pręponitur inquilino volẽti, ex domo conducta migrare cum ſupellectili impedienti domino; tunc inquilinus vtitur interd. contra dominum, vt migrare poſſit, dummodo locatori ſatisfecerit de damno dato, & legitimè peritis, ſed colonus ſubuenitur off. iud. vt in tit. ff. migrando, & poſt exactum tempus poſſit coloniam relinquere, l. 1. §. 1. ff. eod. verba edicti ſunt iſta: *Si is homo, quo de agitur, non eſt ex his rebus, de quibus inter ſe, & actorem conuenit, vt quæ in eam habitationem, qua de agitur introducta importata ibi nata, factaue eſſet ea pignori, tibi pro mercede eius habitationis eſſent ſiue ex his rebus eſſet ea merces ſibi ſoluta, eoue nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat, quo minus ſoluatur, ita quo minus ei, qui eum pignoris nomine induxit, inde obducere liceat, vim fieri veto.* Hæc ibi. ff. migrãdo.
51 Migrare idem eſt, quod transferre, Auth. de nuptijs, §. ſolutio, verſ. ſi verò, in propoſito idem eſt, quod diſcedere.

SVMMARIVM.

1 Interdictum exhibitorum quid, & quare dicatur.
2 Exhibere quid ſit, & 6.
3 Species iſtius interd. quæ.
4 Interd. de libero homine quale.
5 Quid contineatur ſub eo.
7 Interd. de liberis exhibendis quale.
8 Quibus perſonis detur.
9 Differentia interdictorum.
10 Differentia ab actionibus.

DILVCID. III. DE INTERD. EXHIBITORIO.

1 TERTIA principalis pars interdictorum eſt interd. exhibitorium, & datur contra impedientes libertatem, §. exhibitoria, Inſt. de interd. his verbis exhibitoria ſunt, per quæ iubetur exhiberi, veluti eum de cuius libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti li-
2 beros, qui in poteſtate eius ſunt. Eſt autem exhibere propriè ſecretũ habere, vt in tit. ff. ad exhiben. quandoq; pro cedere, l. ſi res obligata, §. pen. ff. de legat. 5. quandoq; pro reducere, l. creditor. §. ſi inter maritum. ff. mand. interdum pro probare. l. 1. cum glo. C. de ædilit. edict. ſic non refertur ad acta, ſed ſignificat tantum producere, Guid. Pap. in q. 241. ideò dicitur in l. exhibere, ff. eod. eſt facere in publicum pote-
3 ſtatem, vt ei, qui agit experiandi ſit copia, & eſt actio, de qua ſupra diximus. Sunt autem huius interd. ſpecies, de libero homine, & de liberis exhibendis, de primo legitur in l. 1.
his ver-

his verbis, ff.eod.quem liberum dolo malo retines exhibeas, & præponitur tuendæ liber-
4 tatis cauſa ne homines liberi retineantur à quoquam, nam qui facultatem recedendi non
habent, non videntur recedere à ſeruitute, l. 2.eod.& hoc etiam cauetur lege fauia, l.quod
5 & lex. ff.eod.& in C. ad l.fauiam, & continet, tam puberes, quam impuberes, tam maſcu-
los, quam fœminas, ſiue plures ſint, ſiue ſui iuris, ſeu alieni, dummodo liber ſit, nam qui in
poteſtate habet tenebitur hoc interd.quia dolo malo non videtur habere, qui ſuo iure vti-
tur, & generaliter, qui iuſtam cauſam habet hominis liberi apud ſe retinendi non videtur
dolo malo facere, ſi quis volentem retineat, nec videtur dolo malo retinere, ex d. l. quod
6 & lex: ideò, vt latius declaremus, exhibere eſt in publicum producere, & videndi, tāgen-
diq; hominis facultatem præbere, ex d. l. exhibere, & latius de his in tit. ff. de libero ho-
mine exhibend.

ff. lib. hom. exhibé.

7 De liberis exhibēdis. Itē ducēdis, ita legitū; *Qui qua ve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is, eaue, apud te eſt dolone malo tuo factū eſt, quo minus apud te eſſet, ita eum eāue exhibeas.* Ideò hoc in-
8 terd. præponitur aduerſus eū, quē exhibere deſiderat eū quē quis in pōtate ſua eſſe dicit, &
ex verbis apparet ei, cuius in pōtate eſt hoc interd. cōpetere, nec matri eo ſubueniēdum eſt
contra patrem habentem filium in poteſtate, tamen mater tueri ſi poterit ope exceptionis,
ne reſtituat filium patri, quia interdum ſecurior videtur filius apud matrem, ex l. 1. ff.eod.
tamen nō poterit pater agere contra filiam exiſtentem apud maritum, ſed maritus potius
poterit agere cōtra patrem vxoris ſuæ, licet filia ſit in poteſtate patris, l.immo. ff.eod. cæ-
tera verò non continentur ſub hoc interd. l.deinde. ff.eod.

ff. liberis exhiben.

9 De differentia interdictorū, & actionum, ita legitur in §. ſunt. Inſt. de interd. ſunt tamen,
qui putant propriè interd. ea vocari, quæ prohibitoria ſunt, vt ſupra diximus, & ſic reſti-
tutoria, & exhibitoria propriè decreta appellari, tamen ita obtentum fuit illa eſſe interd.
quæ inter duos dicta ſunt, & in §. fin. Inſt. eod. legitur his verbis, de ordine, & veteri exitu
10 interdictorum ſuperuacaneum eſt hodie dicere, nam quoties ex ordine ius dicitur (qualia
ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interd. ſed perinde iudicatur ſine interdi-
ctis, ac ſi vtilis actio ex cauſa interd. reddita fuiſſet. Hæc de interdictis breuiter collegimus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia ordine ſunt dirigenda.*
2 *Varia ſignificationes iudiciorum.*
3 *Iudicium quid.*
4 *Iudiciorum diuiſio qualis.*
5 *Ciuile, & criminale quale.*
6 *Mixtum iudicium quale.*
7 *Perſonale, & reale quale.*
8 *Generale, & particulare quale.*
9 *Ordinarium, & extraordinarium quale, & 16. & 17.*
10 *Conuentionale iudicium quale.*
11 *Competens, & incompetens quale.*
12 *Requiſita ad competentiam iudicij.*
13 *Diuerſitas iudicum deput. ad diuerſas cauſas.*
14 *Reus vbi conueniendus.*
15 *Cauſa mixti fori qua.*
17 *Summarium quale.*
18 *Iudicium prorogatum quale.*
19 *Seculare, & Eccleſiaſticum quale.*
20 *Delegatum, & ſubdelegatum.*
21 *Simplex, & duplex quale.*
22 *Iuriſdictionale, & arbitrum quale.*
23 *Arbitrium quale.*
24 *Forum quid ſit.*
25 *Fori ſpecies.*

DILVCID. PRIMA DE IVDICIIS.

DE contentioſis iudicijs in hac tertia parte quarti Libri tractandum erit, dilu-
cidando ea, quæ ad eius ordinem, & partes pertinent, ne inanis actio redda-
tur, vt l. quæcumq; gerimus. ff. de act. & obliga.
1 In omnibus ordo ſeruandus eſt, qui forma, & rerum omnium ſenſus eſt, intel-
lectum dilucidans. Bal. in l. ambiguitates. C. de teſtamentis, & in Auth. hos
amplius,

amplius, C. de fideicomm. & ſicuti à natura, & alijs omnibus ordine geruntur, ita iudicia ordine erant diſtribuenda, & qualis adhibendus ſit infra apparebit.

2 Iudicium multis modis ſumitur, ſecundum Azo in ſum. C. de iud. Marāt. in ſuo ord. iud. in prima parte, Goffred. de libell. ſic de alijs in tit. ff. & C. de iudicijs. Primò, etenim pro omni caſu fortuito, veluti de eo, quod accidit præter, vel contra intentionem agentis, vt eſt iudicium Aſtrologorum. Secundò, pro diſcretione, vt furioſum non habere, animi iudicium .i. diſcretionem, glo. in §. præterea, Inſt. quibus non eſt permiſſ. facere teſt. Tertiò, pro iuriſdictione, l. 2. §. fin. ff. de iud. Quartò, pro actione, vt de iudicio familiæ herciſcundæ, Inſt. de off. iud. §. ſi familia, l. 1. ff. de cond. Quintò, pro condemnatione, vt ait Apoſtolus 1. ad Corint. 11. *iudicium ſibi manducat*; & in c. Simonem de conſer. d. 2. Sextò, pro vltima voluntate, c. licet in fine de ſepult. lib. 6. ibi glo. in verb. (iudicare.) Septimò, pro oppoſitione, ſeu credulitate alicuius, inde dicimus; *teſtes deponere de eorum iudicio.* Ang. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Octauò, pro ſententia, c. perſonas de appell. necnon pro inſtātia, glo. in d. §. præterea. Nonò, pro deliberatione, & examinatione, c. 2. in fin. diſt. 59. Decimò, pro auctoritate, c. nulla, diſt. 62. Vndecimò, pro arbitrio boni viri, Abb. in c. cū autem, de iure patron. vel pro libera voluntate, vt ait Bart. l. ſi ſic in princ. ff. de legat. 1. per l. Thaiſ. §. Lucius. ff. de fideicom. libert. Duodecimò, pro diuino iudicio vniuerſali, in fine Mundi, necnon pro pœna, vt in c. 2. d. 43. Decimotertiò, pro ipſo iuris ordine, c. ſicut ſine iud. 2. q. 1. Vltimò, pro ipſo actu trium perſonarum Iudicis, actoris, & rei, c. forus de verb. ſignif. & in d. tit. ff. & C. de iudicijs, & eſt tex. in c. in cauſis de re iud. in verſ. iudicio, & c. ad aures, & c. perſonas, de appell. & ita ſumitur in propoſito.

3 Tale iudiciū ita ſumptum diuerſimodè deſcribitur, glo. in c. forus, extra de verb. ſignif. dum dicit, eſt legitimus actus trium perſonarum .ſ. iudicis, actoris, & rei, eodem modo, Bal. in Rubr. ff. de iud. & Abb. in Rub. eod. tit. licet impugnetur à Card in Rub. eod. & Doct. quia datur aliquando iudicium ſine actore, vt dum inquirit iudex, ex officio, c. qualiter, & c. quando, diſt. 2. de accuſat. & quandoq; ſine reo, vt dum inquirit generaliter ſuper aliquo crimine ad inueniendum malefactorem, in c. bonæ de elect.

Tamen veritas eſt, quod interuentus perſonarum requiritur, vel expreſsè, vel tacitè, aut venit certificandus, ex aliquo futurio euentu, vt Abb. reſpondebit in d. Rubr. Attamen & alij contrarium ſentiunt, & quia non habent ſuum genus, & ſuas differentias, Marant. ibi in part. 2. num. 6. vel ſic, ſecundum Card. & Innoc. in d. Rubr. de iud. Iudicium eſt inueſtigatio, quam facit Iudex, ſecundū iuris ordinem per varios modos, ad veritatem eliciendam, & elicitam cuſtodiendam. Declara tamen, vt intelligatur etiam ſi ſummariè procedatur non tantum de iure, quam de iure municipali, vel iure non ſcripto, Gaſpar de Cald. in d. tit. de iud. ita definiuit. Iudicium eſt cauſa in iure reddendo neceſſariò poſita cum interpoſitione perſonarum, ex Azo in d. Rubr. de iud. At nec iſta omninò confirmanda videtur, quia cauſa, quæ ponitur loco generis eſt minus vniuerſalis, quam iudicium. Nam cauſa eſt ipſa materia, quæ deducitur in iudicio, c. forus de verb. ſignif. & Alex. & Iaſ. in l. poſtquam liti, C. de pact. tenent iudicium contineri à citatione, vſq; ad ſententiā, ſic continet ſub ſe litē, cauſam, & inſtantiā, licet hic iudiciū ſummatur in abſtracto, non autem prout ſeruatur in hoc, vel alio tribunali, Bart. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Quartò, Abb. in d. Rubr. de iud. Item dicit, iudicium eſt diſcuſſio cauſæ, quæ coram Iudice iuridico fit, Marant. in d. par. 2. num. 12. ita ſuo marte deſcribit. Iudicium eſt iuſtitiæ miniſtratio, quæ fit à Iudice in cauſa propoſita coram eo, & ibi optimè declarat, ex his omnibus colliguntur ſubſtantialia iudicij, Index, Actor, & reus, vel alter eorum vicem gerat, & cauſa, de qua tractandū, & iudicandum erit, cum iudicium dari nō poſſit ſine cauſa, Alex. & Doct in l. cauſas, C. de tranſact. & hæc in tit. ff. de iudicijs, & C. cōmunia de iud. vbi de iudicio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo agitur. ff. de iudicijs. C. cōia de iud.

4 Plures patitur diſtinctiones iudicium. Prima, eſt aliud dici ciuile, aliud criminale, aliud
5 mixtum, Ciuile iudicium eſt, quando principaliter agitur ad commodum priuatum, ſiue
cauſa deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu Criminali, quando principaliter agitur ad

Digitized by Google

commodum publicum ex delicto, ſiue ad publicam vindictam, ex l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pub. & §. in ſumma. Inſt. de iniur. & glo. Bart. & Alex. in l. prætor ait, in princ. ff. de ſepulchr. violato, de hoc infra dicetur, de delictis, & de alia differentia inter ciuile, & criminale iudicium, tamen vera regula eſt, in cauſa ciuili ſemper agitur ad commodum priuatum pro re pecuniaria, vel quo ſimili, vt beneficio, officio, & ſic de ſimilibus, Doct. in Rubr. de iud. & Marant. in p. 4. & differunt etiam in modo procedendi in cauſa, & ſententia in multis.

6 De mixto, quod participat de ciuili, & criminali, vt quando pœnæ pars venit applicanda parti, & pars fiſco, notat, Bart. in l. Senatus. §. Senatus. ff. de iur. fiſci. Bart. in Rub. de iud. Inde Ang. in §. pœnales. Inſt. de act. monet litigantes, ne in libello concludant pœnam diuidendum, ſed totam applicãdam fiſco, cum quo poſtea diuidet pars; Dicitur etiam mixtũ iudiciũ, quãdo cauſa agitur ciuiliter, ſed venit ex delicto, glo. In c. tuæ in fin. de procurat. Abb. in Rubr. de iud.

7 Secunda diſtinctio eſt iudiciorum ex parte actionis, nam quoddam dicitur perſonale, aliud reale, vel mixtum, ſic perſonale eſt, quod agitur actione perſonali, & dirigitur iudicium contra perſonam, & nõ poteſt ab eius oſsibus ſeparari, l. quis ergo caſus. ff. de pecul. l. 3. ibi gloſ. ff. pro ſoc. ita reale, quod agitur contra res actione reali, ſequitur res penes quemcumq; etiam ſingularem ſucceſſorem, l. 1. C. de alien. iud. mut. cauſæ. Bart. l. creditores. C. de pignor. Mixtũ iudiciũ, quod habet naturam actionis perſonalis, & realis, de quibus ſupra diximus de actionibus, in iudicio perſonali requiritur habere reum obligatum, l. an eadem. §. actiones, ibi Bart. ff. de except. Nam agens ſine actione repellitur à limine iudicij, l. ſi pupillus. §. videamus. ff. de neg. geſt. & notatur in l. vbi pactum. C. de tranſact.

8 Tertia diuiſio, aliud iudiciũ erit vniuerſale, aliud generale, aliud particulare; vniuerſale eſt, in quo agitur actione vniuerſali, prout eſt iudiciũ petitionis hæreditatis, quoniã hæreditas continet vniuerſum ius, l. nihil. ff. de verb. ſignif. Item de dote. Bart. in Rubr. ff. ſolut. matrim. Generale eſt, in quo deducitur actio generalis, vt eſt actio tutelæ pro ſocio. Spec. in tit. de act. ſeu petit. §. ſequitur, verſ. nota, & verſ. differt. Et hic ponitur differentia inter iſta iudicia, vniuerſale continet vnũ corpus vniuerſum, & habet plura ſub ſe; generale continet plura capitula ſeparata, particulare continet vnam tãtum rem, & actionem, excepto ad vnam rem tantum, & ſic de ſimilibus, vt in d. Rubr. vel dicitur vniuerſale ex eo, quod committitur cuilibet de populo, veluti ad perquirendã delicta, vt in tit. ff. de pub. delictis.

9 Quarta diuiſio; quoddam dicitur ordinarium, aliud extraordinarium, ſeu delegatum, ordinariũ iudiciũ eſt vbi iuris ordo ſeruatur ad inueſtigandam veritatem quæſtionis; nam ex iſta quæſtione actoris certi otitur iudiciũ, quod nuncupatur cõtradictoriũ, glo. in c. Abbati de verb. ſignif. & de hoc habetur in d. tit. ff. de iud. & C. cõmune de iud. cum omnis iuriſdictio plenaria radicata ſit in principe, etiam originaliter, l. 1. ff. de conſt. princ. Bart. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. ſic ad ſolum principem pertinet conferre ordinariam iuriſdictionem, c. 1. §. iudices de pace iura fir. ibi glo. & Doct. & l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu, & ſic omnes gradus ab ipſo veniunt, ſicuti à fonte riuuli, Ang. in Rubr. de iuriſd. omn. iud. & propterea plures gradus iudicum reperiuntur, vt diximus in lib. 2. Ordinarium dicitur pluribus de cauſis, vel quia à principe, ſeu à lege deputatur ad omnes cauſas in loco ſuæ iuriſdictionis, aut quia ordo quidam ſeruatur in deciſionibus cauſarũ, vt infra de ordinaria iuriſd. dicetur.
Extraordinariũ iudiciũ, quando iudex extra iuris ordinem, vt dum imploratur officium eius iudicat, veluti ad mercedem certam ſoluendam, aut conſtituendam, l. 1. §. Medicorũ, ff. de iud. ſic omnia, quæ veniunt officio iudicis poſſunt dici iudicia extra ordinaria, l. 1. §. pœna, ff. de agnoſcen. lib. appellatur extraordinarium, quia proceditur extra formam, & figuram iudicij, veluti per viam inquiſitionis, vel denunciationis, c. inquiſitionis, c. ſuper literis, c. generaliter de accuſat. & dicimus quem extra ordinem damnari, quando imponitur pœna arbitrio iudicis, vbi à iure non eſt limitata, l. ſanctio. ff. de pœnis. Extraordinarius iudex intelligitur de delegato, c. quoniam de accuſat. & c. cum de cœtero de tranſact. extraordinarium remediũ quale ſit, vide Bart. in l. in prouinciali, §. 1. ff. de nou. oper.
nunciat.

nunciat. ibi Iaſ. & eſt textus d.c. quoniam cum glo. de probat. extraordinariæ iuriſdictiones hodie ſunt ordinariæ, C. de municipat. lib. 10. l. fin. delegatus dicitur, cui à principe, vel ordinario cauſa committitur, vicem gerens delegantis, propriũ nihil habens, l. 1. §. qui mãdata, ff. de off. eius, qui differt ab ordinario, qui à principe, vel lege, vel ab alio habente legitimam iudicãdi poteſtatem habet, c. à iudicibus 2. q. 6. & eſt ad omnes cauſas illius iudicij deputatus, non ad vnam tantum, vt delegatus, de quibus ſupra diximus.

10 Datur à Maranta alia diuiſio iudiciorum, quoddam dicitur conuentionale, quando agitur ad conuentiones, & aliud reconuentionale, dum repulſat conuentionem alia conuẽtione, vel per viam compenſationis; Item aliud petitorium, aliud poſſeſſoriũ, & tandem quot ſunt modi agendi, tot ſunt iudiciorum ſpecies, vt ex Marant. in d. loco.

11 Inſuper aliud dicitur competens, aliud incompetens. Competens eſt, cuius iudex habet iuriſdictionem, & exercitium iuriſdictionis ſuper litigantes à principe, vel à lege, in Clem. 2. vt lite pend. ſic incompetens eſt, qui iuriſdictionem non habet, & à lege dicitur deputatus, qui eſt de iuriſdictione rei, ſic attenditur ad competentiam iuriſdictio loci, vel perſonæ, aut cauſæ, necnon competens dicitur delegatus à principe in cauſis delegatis, vt in tit. C. qui pro ſua iuriſd. *C. qui pro ſua iuriſd.*

12 Primum requiſitum, vt iudicium ſit competens eſt iuriſdictio, at cum nemo ſibi ipſi imperare poſsit, l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iud. ideò nec debet iudicare in cauſa propria, quia affectio commodi tollit iudicium, niſi in caſibus à iure expreſsis, vt contra furem nocturnum, & depopulatorem, ac deſertorem militiæ, ſic de ſingulis, de quibus in tit. C. ne quis in ſua cauſa iudicet, & tit. C. quando liceat vnicuiq; ſine iud. iudicare. *C. ne quis in ſua cauſa iudicet. C. quando liceat vnicuiq; ſine iud. iud.*

Secundò, habeat iuriſdictionem reſpectu perſonæ, veluti ſi poſſet cognoſcere de pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum cauſis, & tales ſint iudices cõſtituti ab Imperatore, aut Principe, vt in tit. C. quando Imperator inter pupill. & vid. cognoſ. *C. quñ Imper. inter pupilli & vid. cog.*

Tertiò, eſt iuriſd. verſetur circa cauſas: ideò olim iuxta diuerſitatem cauſarũ erant diuerſi deputati iudices; ideò in cauſa poſſeſſoria, tam pro interd. quam actionibus datur iudex exiſtens in loco poſſeſsionis, vel vbi facta eſt violentia, l. 1. §. interdum. ff. de vi, & vi armata, & de his in tit. C. vbi de poſſeſs. agi oportet. *C. vbi de poſſeſ. agi oportet.*

13 Item in cauſa fideicommiſsi erat pariter deputatus iudex, coram quo fideicõmiſſa erant petenda, veluti coram iudice, vbi relicta eſt hæreditas, vel vbi factum eſt teſtamentũ, l. 1. ff. de leg. 3. & in tit. C. vbi fideicommiſſ. peti oportet. *C. vbi fideic. peti oportet.*

Qui promiſit ſoluere certo loco, vel ita teſtator diſpoſuit, vt certo loco exequatur voluntas eius, vel quia locus eſt expreſſus à lege, tunc cauſa coram eo iudice agitanda erit, & iud erit competens, & habetur in tit. C. vbi conueniatur, qui certo loco promiſit. *C. vbi conueniatur, q certo loc. promiſit.*

Actio rei vẽdicationis agitur corã eo iudice, qui propter diuerſas rationes ſortitur forũ, & ideo vbi res eſt, quæ vẽdicatur cauſa agitur, vt in tit. C. vbi in rem actio exerceri debeat. *C. vbi in rem act. exerceri deb.*

Petitio hæreditatis habet iud. determinatum coram eo, vbi conuentus habet domiciliũ, vel vbi bona ſita ſunt, ſi petatur iudicis officium, ſed ſi de poſſeſs. agatur, vel actum ſit perſonalis erit actio, aut interdictum, & tunc conuentio fit apud iudicem, ſub quo eſt domicilium rei, vel vbi ſunt res, vt in tit. C. vbi de hæreditate agatur. *C. vbi de her. agatur.*

Qui aliena ratiocinia geſsit dum tenetur reddere rationem de geſtis, debet cõueniri, coram iudice deputato ad ſimilia gerenda, vt in tit. C. vbi de ratioci. agi oportet. *C. vbi de ratioci agi oportet.*

Si de ſtatu alicuius agendum eſſet, vt de ingenuitate; tunc agitur coram principe; Ita & de libertate; ſed ſi inter duos eſſet contentio, tunc coram iudice deputato, vt in tit. C. vbi de cauſa ſtatus agi oportet. *C. vbi de cauſa agi oportet.*

Hæc de cauſis; datur etiam iudex perſonis, ideo curialis principis, vel cohortalis conuenitur coram ſuo iudice, de quo in tit. C. vbi quis de Curiali, vel cohortali, aliauè conditione conueniatur. *C. vbi quis & curialib.*

Senatoribus, & Clariſſimis dabatur etiam iudex; Nam Senatoribus exiſtẽtibus in vrbe, vel ſub vrbio, tunc conueniebantur coram præfecto vrbis, in prouincijs verò coram præſide illius prouinciæ, vt in tit. C. vbi Senatores, vel Clariſſimi. *C. vbi Senat. vel Clariſſimi.*

C. Vbi, & apud quẽ cog. in integ.

Habebant, & iudicium ſeparatum indigentes reſtitutione in integrũ, veluti minores, & alij, quibus de iure concedebatur reſtitutio, vt in tit. C. vbi, & apud quem cog. in integ.

C. In quibus cauſis milites.

Milites in expeditione exiſtentes coram certo iudice conueniebantur; Item & domeſtici principum, & agentes, qui pro debitis publicis conueniri debent, coram præſide prouinciarum, vt in tit. C. in quibus cauſis milites.

C. Vbi cauſæ fiſcales.

Procurator fiſcalis interdum eſt conueniendus à priuata perſona, & tunc coram procuratore Cæſaris cum præſide prouinciæ, ſed ſi procurator Cæſaris à priuato conueniretur, tunc procurator fiſci cognoſcebat, vt in tit. C. vbi cauſæ fiſcales.

Regula eſt, vt diximus, quod actor non poteſt conuenire, coram ſe reum, & ſi eſſet ſuæ iuriſdictionis, l. qui iuriſdictione. ff. de iuriſd. omn. iud. in priuatis autem negocijs pater, filium, vel filius patrem iudicem habere poteſt, l. in priuatis. ff. de iudicijs.

14 Reus conuenitur in loco domicilij, l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & ſi ſe abſentauerit mutandi iudicij cauſa iudex domicilij poterit iudicare, l. 2. §. legatis. ff. de iud. & l. ſi quis cod. ſic incola etiam conueniri poteſt, vbi habitat, & vbi ciuis eſt, l. incola. ff. ad municip. de incolat. mulier conuenitur, vbi eſt eius maritus, l. fin. C. de incolat. lib. 10.

Pupilli, & viduæ non trahuntur extra prouinciã, ſed ipſi trahunt actorem, vt l. 1. C. vbi, & quando Imper. de quo ſupra; ſi reus habet plura iudicia poterit conueniri, coram quo voluerit, l. hæres. ff. de iud. At ne vlterius circa materiam iudicij me immiſceam cum plures ſint perſonæ, & cauſæ poſtulantes diuerſa iudicia ommittam cœtera.

ff. De quibus rebus ad eũdem iud.

15 Sunt autem quædam cauſæ, quæ mixti fori dicuntur, de quibus in tit. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, & hoc accidit, vel ratione cauſæ, quæ ſint ſimul coniunctæ, veluti de dote, & matrimonio, & tunc iudicat iudex Eccleſiaſticus, Abb. in cap. tuæ extra de procurat. Item ratione rei conuenti, vel actoris, vt dum Clericus trahit laicum, vel è contra. Tertiò, ad euitandam abſurditatem, nam inconueniens eſſet, vt cauſa vna eſſet penes plures, ne continentia cauſæ diuidatur, veluti de actionibus familiæ herciſcundæ, finiũ regundorum, & communi diuidundo iure debet adiri, coram eodem iudice, vt in d. tit.

ff. Alienã. iudi. mutã. cauſa.

At ſi alter de colligantibus vellet mutare iudicium, & alienare rem litigioſam in perſonam potentiorem, vt iudicium redderetur durius, ſi hoc conſtaret, non tamen mutatur iudicium, & teneretur aduerſarius, quanti noſtrum intereſt, & iudex poterit condemnare, vt in tit. ff. de alienan. iud. mutan. cauſa.

16 Alia diuiſio iudiciorum quoddam eſt ordinarium, de quo diximus, aliud ſummariũ, nam ordinarium hic ſumitur, dum ſeruantur omnes partes iudicij iuris ordine ſeruato, vt ſi præcedat libellus, litis conteſtatio, publicatio, & ſic de ſingulis, vt habetur in l. 1. Auth. offeratur, C. de litis conteſtatione, & in l. prolatam. C. de ſententia, & ibi Bart. & Doct.

17 Summarium dum ſummariè tractatur ſine ſolemnitatibus prædictis. Clement. ſæpè. de verb. ſignif. Bart. in extrauagan. ad reprimendam in verb. ſummariè, Bal. in l. iudices. C. de iud. & pluribus modis iudicium dicitur ſummarium. Primò, dum princeps committit, vt procedatur ſummariè, & hoc non conceditur, niſi principi non recognoſcenti ſuperiorem, glo. in d. Clement. ſæpè in princ. in verb. Mandamus, & quæ ſolemnitates videantur ſublatæ, vide Marant. in ſuo ord. iud. in p. 4. num. 8. refert auctores, & dat nonnullas declarationes, vt ibi Iaſ. Bart. in extrauag. ad reprimend. in verſ. ſine ſtrepitu, & eundem, vide in l. 1. §. quod ſi ſit. ff. de prætorijs ſtipulat. & in l. 3. §. caſus, & in l. 3. ff. de carb. ædict. & in l. ſi quis à libertis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agnoſcen. Abb. de elect. in c. dudum, d. 2. Spec. de off. iud. §. poſtremè, verſ. 3. de verb. ſignif. & in d. Clement. ſept. intelligitur ſummatim, quaſi ſemiplenè, c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lite non conteſtat. & ſic omne iudicium ſummarium poteſt dici, extraordinarium, & executiuum, in quo non ſeruatur ordo iudicij; ideò extraordinarium, quaſi extra iuris ordinem, Spec. de off. omn. iud. §. poſtremè, verſ. quarto loco, vel dicitur extraordinarium, vbi actio non eſt prodita, ſed off. iudicis agitur, l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fiat ei, ſic de ſimilibus. Item dicitur extraordinarium, quando pœna erit arbitraria, vt in tit. ff. de extraord. crimin. Item dicitur extraordinarium, quando agitur per viam inquiſitionis ſine accuſatore, Bal. in l. etiam,

C. de furto, & in l. 1. C. de liber. & eorum liber. & in l. 1. C. quorum appell. non recipi; ideò condemnandus per viam inquiſitionis non poteſt puniri pœna ordinaria, ſed arbitraria, Abb. in conſ. 25. lib. 1. col. 2. verſ. nunc venio, & in c. per inquiſitionem de elect. niſi de crimine conſtaret per confeſſionem rei, vt ibi Abb. Item extraordinarium dicitur, quando præſentatur inſtrumentum, ſecundum formam ritus, vt in cauſa exequutiua. Item omne iudiciũ criminale poteſt dici extraordinariũ, l. 1. §. fin. ff. de pœnis, & l. ordo. ff. de pub. iud.

18 Item datur alia diuiſio, quoddam dicitur prorogatum, eſt quando ventilatur inter partes, coram iudice non ſuo principaliter, tamen addito de conſenſu partium, l. 1. & l. 2. ff. de iud. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. & in c. ſignificaſti de foro competent. Prorogatio multis modis ſumitur; Primò, refertur ad terminos, & dilationes, & eſt tunc dilationum lapſarum extenſio, Bal. in l. Aemilius. ff. de minor. verſ. nota quinto, quandoq; refertur ad compromiſſa, l. diem proferre. ff. de arbit. quandoq; refertur ad iuriſdictionem, & fit quatuor modis, veluti de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, de loco ad locum. glo. & Bart. in l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iud. Bal. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. ex Marant. in p. 4. num. 12. in 12. diſt. num. 3.

19 Inſuper aliud eſt ſeculare, aliud Eccleſiaſticũ, ſic aliud temporale, aliud ſpeciale, ex 11.
diſt. & 13. Robert. Marant. par. 4. Item aliud delegatum, aliud ſubdelegatum. Item quod-
20 dam validum, aliud inualidum; validum vbi ſolemnia, & ſubſtantialia iuris ſunt ſeruata;
inualidum vbi aliquid deeſt, de ſubſtantialibus, Bart. in l. prolatum. C. de ſent. l. licet. C. de procurat. Nullitas venit, vel ex defectu iuriſdictionis, vt in tit. ſi non à competen. iud. vel ſine citatione partis, Clemẽt. Paſtoralis, de re iud. l. de vno quoq;. ff. de re iud. vel ſine mãd. legitimæ perſonæ, Bart. & Doct. in l. licet. C. de procurat.

21 Itẽ aliud ſimplex, aliud duplex; ſimplex iudiciũ dicitur, in quo vnus ſuſtinet partẽ actoris, alter rei, vt in actione mutui, empti, & ſimilium; Duplex, in quo quilibet litigantium eſt actor, & reus, vt in §. duplicia, de interd. Item aliud neceſſarium, aliud voluntariũ; neceſſarium, quod habet contradictorem, & redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & appellatur contenciosum, quia actor contendit contra reum, & neceſſarium, quia tractus reus tenetur comparere, & reſpondere. Voluntarium, quia nulla neceſſitate cogente agitur, vt eſt adoptio, emancipatio, manumiſſio, & ſimilia, ſic de alijs, ex Marant. in diſt. 18. Item aliud principale, aliud appellationis; Principale, quod agitur in prima inſtantia; Appellationis poſt ſententiam principalis iudicij, ex eod. diſt. 19. Itẽ aliud præiudiciale, aliud non, vt ſupra dictũ eſt de actionibus præiudicialibus. Præiudiciale abſolutum, dum agitur de cauſa ſtatus, reſpectiuè. Non abſolutum dum agitur vigore priuilegij, quia præiudicatur alijs actionibus, vel dicimus præiudiciale, quando agitur de principali cauſa, non autem de acceſſorio, refert per plures Marant. diſt. 20.

22 Vltimò, aliud eſt iuriſdictionale, aliud arbitrarium; iuriſdictionale, quod agitur, coram Iudice habente iuriſdictionem, ſiue ſit iudex ordinarius, ſiue delegatus. Arbitrarium, quod coram non habente iuriſdictionem, ſed electo arbitrio partium, & dicitur iud. voluntariũ. Arbitratum eſt actus trium perſonarum ſub arbitrio litigantium. Arbiter, qui à parenti-
23 bus eligitur, tamquam iudex inſpecta forma procedendi, l. 1. l. quale. ff. de arb. Arbitrator eſt ille, qui eligitur, vt prætermiſſo omni ordine iuris diſponat inter partes, prout ſibi ęquũ videbitur, l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Inſt. de empt. & vend. §. item precium, & duplici modo dicitur arbiter, vno modo dum eligitur à iure, & exprimitur certa cauſa examinandi, c. arbitris de off. deleg. lib. 6. alter eligitur de conſenſu partium, in tit. ff. & C. de recept. arbitr. ff. C. de recept. arbitr.

24 Iudicium etiam appellatur forus, & ſumitur multis modis, vt pro loco, vbi redditur ius, quod appellatur prætorium, l. pen. ff. de iuſt. & iur. & ſic pro tribunali, vbi agitur cauſa, coram iudice habente merum, & mixtum Imperium à iudicibus maioribus, Ang. l. 1. ff. de iud. propriè appellatur forus, vbi multitudo hominum conuenit ad emendum, vel vendẽdum, qui platea nuncupatur, & ſic ad eorum ſimilitudinem palatia, vbi iura redduntur fori dicuntur, ibiq; multitudo hominum conuenit ad lites, & cauſas, & quæſtiones decidẽdas, ſic

appellatus, vel à foroneo rege inuentore, vel ab auferendo, c.forus de verb.ſignif.& in tit. ff.de foro comper.& ſecundum Alciat.in diſput.lib.2.c.24.forum dici debet, non forus.

25 Tres ſunt fori ſpecies contentioſum, de quo diximus, Eccleſiaſticum, vbi de cauſis ſpecialibus, & Eccleſiaſticis agitur iudicialiter,& conſcientiæ, coram Confeſſore, Felin. in c. canonum de conſt.& c.vigilanti de reſcript.Ian.in c.ſicut dignum, circa finem de homicid.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui.*
2 *Iuriſd. iudicis quæ.*
3 *Partes iud. in iudicando quæ.*
4 *Suffragium quid.*
5 *Actor quis.*
6 *Actoris officium.*
7 *Qui non poſſint in iud. agere.*
8 *Reus quid ſit.*
9 *Reorum qualitas.*
10 *Conſortes litis, qui dicantur.*
11 *Qui non poſſint eſſe rei.*
12 *Temere litigare quid ſit.*
13 *Plus petere quid ſit.*
14 *Iuramento calumniæ quid, & 18.*
15 *Quid ſit iurare de calumnia.*
16 *Iuramenti nomina, & quid ſit.*
17 *Iuramentum quid.*
19 *Feriæ quid ſint, quare ſic dicantur.*
20 *Feriarum cauſa, & ſpecies.*
21 *Iudicis officium.*

DILVCID. II. DE PERSONIS CONSTIT. IVD.

1 DIXIMVS iud. conſtituendum eſſe tribus perſonis ex iudice .ſ. actore, & reo, de iudicibus diximus in lib. 2. eſt tamen iudex, qui poteſtatem habet à Principe, vel ab eo, qui iudicem conſtituere poteſt, l. pen. & l. fin. ff.de iud. & l.vnica. C. qui pro ſua iuriſd. & tales actu poteſtatem, & iuriſd. exerceant nullo detenti impedimento, vel à natura, vel à lege, vel ex delicto, de quibus alias tractauimus.

2 Iuriſdictio, quam habere debet iudex erit multiplex, vna dicitur voluntaria, quædam propria, vt ordinaria, l. more maiorum, l. ſequent. ff.de iuriſd. omn. iudic. alia conuentionalis, vt arbitria. Doct. in l. 2. ff.de arbitr.& ſuper hic declarauimus diuerſas ſpecies iudiciorum, quæ iudicum differentias demonſtrant.

3 Iudicis partes ſunt, vt non odio, amore, aut aliquo commodo iudicent, nam ſi ita iudicarent, pœna appoſita in tit. ff. de pœna iudicis, qui malè iud. punirentur, ſed forma iuris ſeruetur.

e. pœna iud. qui malè iud.

Auth. vt iud. ſine ſuffrag.

4 Conferentes iuriſd. debent ſine ſuffragio conferre, vt in Auth. vt iud. ſine ſuffragio, coll. 2. ſuffragium ſumitur multis modis, aliquando pro pecunia, vt ſuffragium præſtare, .i. pecuniam, Auth. qui oppor. Epiſcopos. §.ſi quis; interdum pro conſenſu in ſcriptis redacto, glo. in l.de quibus. §.nam quid. ff.de leg. Interdum pro patrocinio aduocati, l.vnica. C.de ſuffrag. Aliquando pro ſalario, quod datur aduocatis, in Rubr.C.eod.tit. interdũ idem eſt, quod domus, vt in d.Auth.vt iud. ſine quo ſuffrag.§.fugiunt. Aliquãdo pro reſcripto Principis, l.2.C.vt lite penden. dicitur ſuffragium à fraga. Arch. in c.vbi periculũ de elec. lib.6.

Suffragium iud. idem eſt, quod officium, Spec.de adul.verſ. Item conſtitutio de huius ſignificatione in l.vniantur. C.de leg.lib.10. Hic ſumitur pro pecunia, ſeu donis, ne ſcilicet conferantur iuriſdictiones, ſuffragio, vel pecunia, nec iudices eo modo iudicent, vt legitur in d.tit.vt iud. ſine quo ſuffrag. vel pecun.& de iud. habetur in tit. ff.de iuriſd. omn. iud. de hac iuriſd. loquuti fuimus ſupra in lib. 2.

ff. C. iuriſdict. omn. iud.

5 His præmiſſis videndum quis ſit actor, & quis reus. Actor eſt, qui ab aliquo aliquid dari, vel fieri petitur. §.tertia. Inſt.de pœna temer.litig.ſed antequam iud.fuerit motum non cognoſcitur actor, ſed eo moto, qui prouocat dicitur actor, l.tribus. ff.de iud. l. qui prior. ff.eod.eo quod pro ſuo intereſſe agit, l.patroni. ff.ad Trabell.§.fideicommiſſ.qua de re deficiente actione deficit nomen actoris, l.procuratorem. §.mandati. ff.mand. At in præiudi-

cialibus

cialibus actionibus is eſt actor, qui habet intentionem probare, l. generaliter. ff.de except. ideò actor etiam appellatur, qui excipit, licet in reliquis ſit reus, l. 1. ff.de except. quum ei probare conueniat, ex quo excipiendo, petit abſolui, l.in except.ff.de probat.vt duo debitores reciproce obligati, qui prior prouocat, erit actor, l.qui appellat. ff.de iud. inſuper & in his tribus actionibus, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorũ, qui prius agit, erit actor d. l. tribus. ff. de iud. ſed ſi ambo prouocarent inſimul, ſorte eligitur actor, l.ſi duo. ff.de iud.quod verum eſt, quando quæſtio erit iuris,non facti, glo.in l.vnica. C.vti poſſid.& ſorte intelligitur taxillis, l.fin.C.communia de leg.l.fin.in princ.l.generaliter. §.ſi quis. ff.famil.herciſcund.

6 Officium actoris eſt antequam iudicium incipiat diligenter iura ſibi incumbentia explorare, vt poſſit victoriam obtinere, nam qui ſine iure agit, inutiliter agit, cum non poſſit legitimè procedere, l.quidem alterius. ff.de reg.iuris, & proprium actorũ eſt, petere aliquid ſibi dari, vel ſe abſolui, vide Dec.in conſ.488.nu.10.& 486.num.22. Sumitur etiam actor, interdum pro procuratore, l.papi.in fine, vbi glo.in verb.actor. ff.de publicia. interdũ pro procuratore Cæſaris, l.cotem ferro. §. agri. ff.de publicia. aliquando pro Caſtaldo, l.procuratorem. C. de procurat.

7 Prius agendum eſt de actore, quam de reo, quia in diſcuſſionibus cauſarum prior in cunctis habetur, ipſe cauſam nititur ampliare, & in iure præponitur, & naturali conſideratione paſſionem actio præcedit, & reſponſionem petitio, in tit. de act. re part.2.

Actoris officium, non omnibus conuenit, vt ibi Spec. verſ.expedicto, nam quidam excipiuntur ex defectu ætatis, poteſtatis, vel alterius impedimenti, de quibus ibi, & latius alibi. Plures poſſunt vicem actoris gerere, tam in cauſa propria, quam aliena, vt ex Spec. in d.tit.de act. Roffr. de libell. facit rubricas ſpeciales num.18.de perſonis litigantium.

8 Alia perſona conſtituens iud. eſt reus, qui actionem propulſat, & dicitur à reo,nõ à reatu, c.fora, de verb.ſignif.nam in criminali dicitur à reatu, & ſumitur pro eo, qui neceſſariò ſe tueri debet,c.delicti de except.& c.1.de re iud.lib.6.ibi Ioan.And.vel dicitur reus ratione rei, ad quam obligatus eſt, vt in Auth.de duobus reis, coll. 7.& ex d. c. forus, & Tullius de Orat. lib. 2. ait reos appellari non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, de quorum re diſceptatur, itaq; diuerſimodè ſumitur, vel pro delinquente, & pro eo, qui malum de aliquo profert, atq; de eo, qui aurem cito criminibus præbet, c.non ſolum, 2.q.3.interdũ, qui ab actore conuenitur, vt in caſu noſtro, & plures iſtorũ ſpecies, veluti rei credendi,& idem ſunt, quod creditores, alij debendi, & ſunt debitores, alij promittendi, alij ſtipulandi,glo.

9 Inſt. de duobus reis. Alij dicuntur rei ſatiſdandi, vel ſtipulandi, vt quando ſeparatim interrogatur debitor, & ipſe ſimul reſpondet, l.reſpondet. §.1.Inſt.de duobus reis ſtipul. duo rei promittendi ſiunt, ſi duo promittuntur eidem eandem pecuniã. §.duo. Inſt.eod.& duorum natura hæc erit, vt quilibet teneatur inſolidum, & ſoluente vno tollitur obligatio. §. pen. Inſt.eod.licet vnus de correis promiſerit pure, & alter cauſa conditione, & nihilominus dicuntur duo rei promittendi, vel debendi, vt ex d.§.fin. Inſt.eod. Inſt. de duobus reis ſtip.

10 Quando in vno iudicio plures rei vocantur, dicuntur conſortes litis,vt in hereditate cõmuni, pluribus olim erit conſuetudo, vnus non poterat cõueniri ſine ſocio,hodie verò quilibet ſociorum poteſt conueniri, vt in tit. C.de conſortibus eiuſdem litis, ſic conſortes dicuntur, quia ſimul eandem ſortem experiuntur iudicij, vt in toto tit. eod. C. conſortib. eiuſd. lit.

11 Sunt pariter quidam rei, qui legitimam cauſam ſtandi in iudicio non habent, veluti minores 25. vel alia de cauſa ſunt impediti, de quibus Spec.in d.tit.de act. & reo, & in C.qui legitimam perſonam ſtandi in iud. non habent. C. qui legiti. perſonã.

12 Monendi ſunt actores, & rei ante omnia ſeruent, quæ à iure ſtatuta ſunt. Primò, ne temere litigent, nam temere litigat, ſecundum glo.in l.eum quem. ff.de iud.qui ſciẽs ius nõ habere litigat,vel qui calumnioſè petit, Iaſ.in l.properandum. §.ſin autem. C.de iud.num. 16. vſq; ad 20. & puniri poſſunt triplici poena, pecuniaria, periurij, & infamia, Inſt.de pęna temer.litig.§.1.inde temeritas eſt cum quid facimus propria voluntate, & ſine ſuperioris auctoritate, Gemin.in c.cum qui. §.inſuper, de præben.lib.6.vel, vt ille ait, cum quis facit actum Inſt. pęna temere litigãt.

cit actum

çit actum ſibi a iure prohibitum, de temeritate vide Bart. in l. 1. ff. ad Turpilian. Ita ſumitur pro præſumptione violenta, c. auaritiæ, de præſumptio. ibi Archid. Interdum pro pertinacia, glo. in c. 1. de maled. Interdum dicitur temeritas maiorum ſtatuta auſu proprio violare, & in 2. q. 1. notum, & in 7. q. 1. nihil.

13 Inſuper ſi bono iure tuentur, ita vt non temerario auſu ad iud. alios prouocent, videant, ne plus debito petatur, & plus intelligitur, tam in rei quantitate, quã qualitate, vt in æſtimatione, & valore, vel tempore, vt ſi ante tempus conuentum petatur, vel alibi, quam in loco determinato, ſic petere plus debito dicitur ex cauſa, tẽpore, & loco, Spec. in tit. eod. in princ. & in C. de petentibus plus debito, & ibi agitur de pœna, qua puniendi ſunt.

C. petẽtibus plus debito.

14 Tertio actor ad excludendum dolum, quod nõ animo calumniæ prouocat ad iud. reum, ſed vt ſuam experiatur actionem, debet iuramẽto, quod dicitur calumniæ, Inſt. eod §. Item actoris, olim calumnioſe litigantes in decima parte litis puniebantur, hodie verò pœna periurij, & victor condemnabitur in expenſis litis. Inſt. eod. §. hæc autem omnia, quod aduocati actoris, & rei euitare tenentur. Inſt. eod. §. vtriuſque. Reus tenetur iurare de calumnia .i. quod petat vti bona, & legitima contradictione. §. ecce enim. Inſt. eod. nam negans

15 id, quod debet, aliquando in duplum punitur. §. vt ad. ſi vt reus in certis caſibus, ſiue neget, ſiue confiteatur vltra triplum condemnabitur. §. ſtatim. Inſt. eod. & latius in tit. ff. de in litem iurand. Iſtud iuramentum calumniæ debet plura continere; Primò, quod nõ promiſerit dare quicquam iudici, neq; dabunt, vt in Auth. litigantes iurent, & præſtandũ eſt hoc iuramentum in actione in rem. Inſt. de act. §. præterea. glo. Inſt. de pœna temer. litig. §. 2. Secundò, quod vtitur bono iure, & non agitur animo calumnioſo, vt in tit. C. de iurament. calumniæ, l. 2. Tertiò, quod nullam faciant probationem calumnioſam, per Auth. de his, qui integ. ad appell. §. fin. coll. 5. ex quibus verſus. Nihil promittitur, vt falſa ſententia detur, vt his tradatur, dilatio nulla petatur. ex additionibus ad glo. in d. §. 2. Inſt. de pœn. temer. litig. & C. de iuram. calumniæ, l. 2. hoc iuramentum præſtãdum eſt, tam per actorem, quam per reum lite conteſtata, c. fin. in fin. extra eod. Eſt autem hoc iuramentum adeò neceſſarium, quod à partibus remitti non poteſt, cùm ſit de ſubſtantia iudicij, & ſi ommittitur, proceſſus eſt nullus, per l. 2. §. ſed quia ibi Bart. & Bal. C. eod. ſed ſi non fuerit petitum, tunc poteſt ommitti tacitè, c. 1. eod. lib. 6. & poſſunt tam partes petere, quam iudex, Bald. in l. 1. in fin. C. eod.

ff. in litem iurand
Auth. vt litigantes iurẽt.
C. Iuram. calum.

16 Iuramentum tribus nominibus appellatur, iuramentum, ſacramentum, & iuſiurandum, dicitur iuramentum, quaſi iurans ſpondeat ita teneri velle ad ſeruanda promiſſa, ac ſi ad ea facienda de iure teneretur, cùm ad præcepta legis ſeruanda quilibet teneatur, l. nam & Demoſtenes, ff. de leg. Ita dicitur iuſiurandum, quaſi declarando ius eſſe iurandum ſacramentum, vel quia firmabatur ſacratione, vel quia fiat ſacrum iuramentum, habetur & in quid differant ad inuicem, vide Alciat. in Rubr. extra de iureiuran. nu. 25. homes in § item ſi quis. Inſt. de act.

17 Ideò iuramentum eſt affirmatio religioſa, ex Cic. in lib. 3. de off. at Alciat. in d. Rubr. de iureiuran. iuramentum eſt vinculum religioſum ex iurantis aſſertione per ſcripturæ tactũ, vel verborum prolationem inſurgens ad ſolidum actum ſuper quo interponitur, firmitas, ex Doct. in Rubr. eod. & Auth. & Goffred. & Mancinus de iuram. in q. 2.

18 Eſt autem in propoſito iuramentum calumniæ, cum quis iurat ſe bona fide, non calumniandi animo cauſam mouiſſe, vel quod putat ſe bona iuſtitia, vti ad reluctandum peruenerit, Goffr. in ſum. eod. tit. per l. 2. §. 1. C. eod. ſic calumnia eſt cum quis iniuſtè ſciẽter agit, vel defendit, l. 1. §. calumniari. ff. ad Turpill. duplex virari poteſt de calumnia, & de malitia, & in quid differant, declarat ibi Goffr. nu. 4 & licet calumnia videatur malitia, l. omnes. C. de Epiſcopis, & Clericis, tamen non ita in propoſito ſumitur, vt dictũ eſt, ſed pro deceptione, l. in eo. §. mulieribus. ff. de re iud. & latius in vlt. lib. de calumnia dicetur.

19 Inſuper videat iudex, ne iudicet tempore interdicto, nam non licet omni tempore prætori ſua proferre verba, ſicuti in diebus ferialibus; Ideò feria eſt tempus, quo prætor ius dicere non poteſt, & dicitur à foro ad iuris ſimilitudinem vacare debet, vel a feriẽdo, quia

tunc ſe-

tunc feriebantur victimæ, vel à verbo faris, quia tunc prætori fari nõ licebat. Abb. in rub. extra de ferijs. Sumuntur autem feriæ, vel pro qualibet die hebdomadis, quibus diuinis officijs nos vacamus, ſed eo nomine appellantur, quia Deus qualibet die faſſus fuit, dum Cœlum, & terram creauit, vſq; ad diem ſeptimum, quo requieuit ab omni opere. Interdũ ſumitur pro die feſtiua ad honorem Dei dicata, & ita à feriendo dicebatur, quia illis diebus victima Deo offerebatur feriendo pro ſacrificijs, & de his in tit. ff. & C. de ferijs. ff. C. de ferijs.

Inducebatur diuerſimodè, vel ex improuiſo ab Imperatore, ſeu alio principe ex cauſa lętitiæ, vel meſtitiæ, l. 1. C. eod. & ſic à nemine indicebãtur, niſi à principe, vt in d. l. 1. C. eod.

20 Feriarum autem quædam ſunt ſolemnes, vt inductæ in honorem Dei de pręcepto Eccleſiæ, vel conſuetudine, l. 2. C. eod. & l. omnes dies, eod. aliæ ad honorem principis inſtitutæ, vt in die ſui natalis, vel coronationis, in d. l. omnes dies, & l. fin. C. eod. aliæ in honorem ciuitatis, vt in d. l. omnes, quædam ex cauſa neceſſitatis, ſeu ob publicam vtilitatem, vt tempore meſſium, & vindemiarum, & dicuntur ruſticæ feriæ, aliæ inductæ ſunt de conſuetudine loci, vt feriæ latinæ à latinis inductæ, l. 2. §. quoties. ff. de orig. iuris, quibus itaq; diebus iudex iura populo reddere non debet. 9 8

21 Vltimò, iuſtitiam æquo lance iudex iudicet, non magis ad actorem, quam rem inclinet, licet reo ſit magis fauendũ in delictis, l. cum par, ff. de reg. iur. & in ciuilibus. i. quando eſſemus in dubio, & foueret æquitatem. §. commodũ. Inſt. de inter. ita ad abſoluendũ promptiores ſumus, quam in condemnando, l. cum re. C. de cond. ob turp. ſti. Necnon fauendi ſunt in dilationibus maioribus, l. fin. ff. de ferijs, l. ſi quando. C. de dilat. 8

Inſuper & ſeruare debent iudicij ordinem, ne proceſſus, & ſententia reddantur nulli.

S V M M A R I V M.

1. Diuiſio iudicij.
2. Iudicium quid.
3 Inſtantia quid, & eius effectus.
4 Lis quid, & de eius ſignificationibus.
5. Cauſa quid.
6 Ordo iudicij qualis.
7 Prima pars iudicij.
8. Quomodo perueniẽdum ſit ad principium iud.
9 Citatio quid ſit.
10. Quis ſit citandus.
11. Modus citandi.
12 Forum citationis.
13 Qui ad iud. vocandi non ſunt.
14 Effectus citationis qualis.
15 Obtemperare quid ſit citationi.
16 Quid eſt in ius vocare.
17 Citatus tenetur parere.
18 Impeditio an currat tempus citationis.
19 Eximere quid ſit.
20 Quando quis excuſetur de iud. ſiſt.
21 Contumax qui.
22 Diuiſio contumaciæ.
23 Libellus quot modis ſumatur.
24 Libellus quid ſit.
25 Conditiones libelli.
26 In quibus libellus non porrigitur.
27. Preparatoria quare inuenta.
28. Preparatoria iud. quid continere debet. & 31. & 38.
29 Iudicij qualitas veteris, & noui.
30. In qua actione fiant preparatoria.
32. Quando facienda ſit talis interrogatio.
34. Edere quid ſit.
35. Poſtulare quid.
36. Satiſdatio de iud. ſiſt. quando detur.
37. Litigioſa res quid ſit.
38. Confeßio facienda in iud. quæ.
39. Exceptio quid ſit.
40. Quare ſit dicta.
41. Quot modis ſumatur.
42. Species exceptionum.
43 Negatiua quæ.
44. Negationum diuiſio.
45 Eccleſiaſtica, ſeculares, & mixta quæ.
46. Dilatoria quæ.
47. Animala quæ.
48 Mixta quæ.
49. Peremptoria, & quaſi peremptoria quæ.
50. Temporales, & annales quæ.
51. Perpetua quæ.
52 Perſonales, & reales quæ.
53. Fauorabiles, & odioſa quæ.
54. Diuerſa quæ.

55 Cl.

55 Ciuiles, & prætoria quæ.
56 Directa, & vtiles quæ.
57 Modificatoria quæ.
58 Incidentes quæ.
59 Ordinis, & præpoſterationis quæ.
60 Rationabiles quæ, & fruſtatoria.
61 Generales, & obſcura quæ.
62 Replicatio quæ.
63 Litis conteſtatio quæ.
64 Quot modis conteſtetur lis.

DILVCID. III. DE PRIMA PARTE IVD.

1 DIXIMVS de perſonis neceſſarijs ad formam iudicij, modo dicendum de ordine ſeruãdo in iudicij, & diuiditur in tres partes; Prima, eſt vſq; ad cõteſtationem litis; Secunda, vſq; ad ſententiam; Tertia, vſq; ad exequutionem d. ſententiæ, hoc ordine iudicij ordinem declarabimus.

2 Quibus præmiſſis inſuper videndum, quid ſit lis, inſtãtia, & cauſa; de iud. ſatis ſupra eius quidditatẽ demõſtrauimus; & eſt iudiciũ tota illa diſcuſſio cauſæ, quæ durat à citatione, vſq; ad ſententiam, ſecundum Alex. in l. poſtquam liti. C. de pact.

3 Inſtantia verò eſt illa exercitatio iudicij, quæ fit à litis conteſtatione, vſq; ad ſententiam latam, ſeu vſq; ad finem triennij, vel biennium à criminali, l. properandum. C. de iud. ideò dicimus inſtantiam peremptam illam exercitationem iudicij, quæ habetur pro non facta, cum ſuper illa ſententia dari non poſſit; & non habet relationem ad cauſam, nec ad iudicium. Nam licet inſtantia ſit perempta, non tamen eſt perempta cauſa, nec ius partis, nec iudicium quin poſſit de nouo agitari, ſed ſolum illa exercitatio iudici .i. illa tela iudicij incepta, & non completa, quæ pro non facta habetur, cum amplius per eam non poſſit deueniri ad cauſam finalem iudicij .ſ. ad ſententiã, niſi de nouo in iud. deducatur, vt in d. l. properandum. Talis inſtantia inducta fuit, ne cauſæ redderentur longæ, & ferè immortales, & cum expediat publicæ vtilitati cauſas terminari, Doct. in d. l. properandum. Incipit inſtantia à conteſtatione litis, vel in ſummarijs, poſtquam inceptum eſt cognoſci de meritis cauſæ, Doct. in d. l. properandum.

Durat regulariter inſtantia in cauſis ciuilibus per triennium, in criminalibus per biennium, ex d. l. properandum, de limitationibus, & ampliationibus, vide Robert. Marant. in p. 5. in princ. vbi etiam addit num. 46. quod inſtantia reſtauratur quatuor modis; Primò, per inſufflationem principis; Secundò, beneficio reſtitutionis in integrum; Tertiò, de cõſenſu partium; Quartò, per inceptionem cauſæ de nouo, quia cauſa non eſt perempta.

4 Lis generale nomen eſt, & ſumitur aliquando pro inſtantia cauſæ, vt in d. l. properãdum in princ. & l. cum lite mortua. ff. de iud. quandoq; ponitur pro ipſa cauſa deducta in iudicium, l. nullæ. C. de procurat. & l. litis nomen. ff. de verb. ſignif. ideò renuncians liti, videtur renunciare inſtantiæ, & cauſæ, glo. & Gomeſ. in c. 1. §. licet de procurat. lib. 6. dicebatur lis à conteſtatione limitum; inde verſus (limes erat poſitus finem, vt diſcerneret agri) ex c. forus de verb. ſignif. lis quædam dicitur præparata, l. quemadmodũ. ff. de inoff. teſtamento; Aliquãdo inchoata, vt per ſolam libelli oblationem, & ſatiſdationem præſtitam. ff. ex quibus cauſis maior, l. is autem qui. Adeo quod litis nomen omnem actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam. ff. eod. l. litis nomen. Alia dicitur litis conteſtatio, & eſt initium, & exordium litis, Spec. de litis conteſtat. & Bart. in l. 1. C. eod. quandoq; dicitur litis exordium, quo ad interrumpendam præſcriptionem, & eſt citatio, c. gratum. ff. de off. de leg. l. quia. ff. de iuriſd. omn. iud.

5 Vltimò, dicitur etiam cauſa, & eſt ipſum ius deductum in iud. tam ciuiliter, quàm criminaliter, Alex. in d. l. poſtquam liti, & eſt cauſa, tam ante litem conteſtatã, quàm poſtea, Alex. & Doct. & Doct. in l. cauſas. C. de tranſact. & cauſa dicitur quaſi principium à materia iudicij, & in quid differat à ratione, & occaſione, vide Card. in Clement. 1. de off. Vic. differt cauſa à controuerſia, quia cauſa non eſt, niſi in iud. vt in d. l. cauſas, controuerſia poteſt fieri in iud. & extra, & ſine lite, Bald. in d. l. cauſas.

6 His

6 His præmiſsis videndum eſt, qualis ordo in iudicijs ſeruetur, & poteſt ſumi duobus mo-
dis, vt in tit.C.de ord. iudicior.vt quando duo concurrunt in iudicio inter eaſdem perſo- C.
nas, quale præcedere,& quale conſequi debeat; ſic eſt ordo quæſtionum vertentium inter ordo iudiciorum.
litigantes coram Iudice; vt ſi popillus agat petitione hæreditatis, & opponatur conrra fi-
liationem; ſic duæ ſunt quæſtiones de hæreditate, vt principali,& filiatione, vt de incidē-
te ſimul apud eundem Iudicem, licet iſte non eſſet Iudex ſtatus, l.1.C.eod. Alter ordo ſu-
mitur de modo componendi iudicium, à quo ſit incipiendum, quomodo proſequendum,
& terminandum, & de hoc ordine hic dicendum; & tractat Rob. Marant. in par.6. diui-
dit in tres partes; prima pars durat à citatione vſq; ad litis conteſtationem incluſiuè. Se-
cundò, vſque ad concluſionem in cauſa. Tertiò, vſque ad ſententiam incluſiuè, & quæ-
libet pars habet ſua membra.

7 Prima igitur pars appellatur principium Iudici vſque ad litis conteſtationem; ſic om-
nia acta dicuntur fieri in principio Iudici: nam facta conteſtatione lis dicitur, & iudicium
incohatum, glo.in l.1.C.de plus pet.in verbo incohatum,& glo.in l.1.C.de iud. Ad prin-
cipium hoc iudicium multis modis peruenitur, aut per viam actionis, accuſationis, inqui-
8 ſitionis, denunciationis, aut implorationis officij Iudicis. Dum per viam actionis agitur,
ciuiliter proceditur, in ceteris verò criminaliter, de quibus infra in lib.5. & propriè tunc
agimus, quum ciuiliter petimus, glo.in l.qui accuſare.C.de eden.& partes huius in princi-
pio Iudici ſunt decem; Citatio, Contumacia, Libelli oblatio, Nominatio, Interrogatio,
Satiſdatio, Exceptio, Litis conteſtatio.

9 Præponitur itaque in ordine primo loco citatio, quia ab ea incipit iudicium, §.fin.Inſt.
de pœna temer. litig.& colligitur etiam ex ordine titulorum, ff.veter. Nam primò rubri-
catur de iuriſdictione omn. iud. poſtea de in ius vocan. propterea citatio eſt fundamentū
ordinis iudiciarij,Specu.in tit.de citatione, in princ.& omne iudicium ab ea parte incipit,
qua Prætor edicit de in ius vocando; & eſt iuris experiundi cauſa conuocare aliquem co-
ram Iudice, Inſt. de pœna temer. litigan. §.omnium, & l.1.ff.de in ius vocan. & iſtud edi- ff. de i ius vocando.
ctum continetur in l.3.§.Prætor.ff.eod. Fuit introducta citatio, ne alicui ex improuiſo, &
non audito inferretur præiudicium, c.in noſtra. de procurat.ſi quid factum fuerit, non mo
nita parte, nullius erit momenti, l.ea. C.quomodo, & quando Iud. l.4.ff.de accuſat. pro-
pterea qui vult in iudicio cōtendere, ante omnia citare debet ſuum aduerſariū, aliter pro-
ceſſus non tenet, quia citatio videtur de iure naturæ inuenta, & eſt ſpecies dafenſionis, &
nullo modo debet omitti etiam per Principem, Clem. Paſtoralis. §.ceterum.de re iudic.l.
10 dono quoque.ff.de re iud.l.nam ita diuus.ff.de adopt. Is citandus eſt, qui lædi poteſt in iu-
dicio, vt actus valeat, ex d.l.dono quoque, & talis citatio fieri debet de mandato Iudicis
ordinarij, vel delegati competentis, alias non valeret, l.fin. vbi Doct.ff.de iuriſd.omn.iu-
dic.& l.2.ff.ſi quis in ius vocat. non ierit, & fieri debet talis citatio per Nuncios iuratos,&
deputatos ad hunc effectum, Spec.in tit.de cit. §.ſequitur. Fel. in c.prudentiam.ff.de offic.
11 deleg. Fieri poſſunt tales citationes ſiue perſonaliter, ſiue realiter,vel ſolo verbo, litteris,
per edictum, per proclama, per campanam, ſeu tubam. & notat etiam Ruber. in p.6. nu.
51. Tria extrema requiri, vt citatio valeat; Vnum, ex parte Iudicis,commiſſio de citādo.
Duo, ex parte nuncij, exequutio cōmiſſionis,& relatio, per Bald.in l.fin. C. de ferijs. Fel.
in c.gratum.de offic.deleg. & in c.1.de iud. Io. And. in c.quoniam.de probat. Citatio ita-
12 que continere debet nomen Iudicis citantis, non eius, qui citatur; & nomen eius, ad cu-
ius inſtantiam fit citatio, cauſam, ob quam citatur, locus in quo debet comparere; tēpus
ad comparendum, & fiat in ſcriptis cum termino, refert Ruber. ibi p. 6 nu. 63. per Spec.
in d. tit.de citat. Debet pariter fieri pro die iuridico, l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius vocat.
non fuerit. talis citatio principaliter facienda eſt perſonaliter, ſi fieri poteſt, alias ad do-
mum ſolitæ habitationis, Bar.l.4. §.Prætor.ff.de damn. infect.

13 Sunt autem quidam, qui vocandi non ſunt, vt habetur in l.2. & l.4. ff. eod. veluti Prin-
ceps, Magiſtratus, & illi, quibus aliqua reuerentia, ſeu obedientia tenemur, niſi prius im-
petrata venia, Spec. de dolo,& contum.§.2. nu.13. alias incurrerent in pœnam, §.fin.Inſt.
de pœna temere litigan. & §.pœnales. Inſt.de act.

14 Effe-

ff. In ius vocat. vt eãt. ff. ſi quis ius dicẽti nõ obtẽper.

14 Effectus citationis eſt comparitio coram Iudice, alias non comparens, mulctari poteſt,
quapropter citatus vel per ſe, vel per alium (ſi fuerit impeditus) legitimum Procuratorem
comparere deberet, vt iudicio ſiſtat, vt in d.tit.ff.de in ius vocat. vt eant. Quod ſi neglexe
rit comparere, tunc Iudex imponit pœnam pecuniariam contra illudentem, ſecundum ta
xationem iudicij, vt in tit.ff.ſi quis ius dicenti non obtemperauerit; Is videtur non obtẽ-
15 peraſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit, l.1.ff.eod. Is primò non paruе-
rit, qui in iudicio cum vendicatur à ſe euinci non patitur abſentare ſe, nec patitur rem ſi-
bi auferri ſic ponitur in obedientia iuxta pœnam, quam Iudex ſecundum ſuam facultatem
poteſt imponere, ex l.& glo.1 ff.eod. Et iſte titulus differt ab alio, ſi quis in ius vocat. non
ierit quatuor modis, ſecundum glo. in l.1. ff.eod. in verb. qui, circa finem. Primò ille eſt
16 generaliter, quia continet mulctam pertinentem ad Fiſcum, & ad partes, ſed in tit.ſi quis
ius dicenti non obtemperauit agitur de pœna ad Fiſcum tantùm. Item in hoc tit. non eſt
edictũ, in illo ſic. Tertiò, multa continentur in vno ipſorum, quæ non ſunt in alio. Quar-
17 tò, differunt in Iudice; præterea citatus tenetur parere Iudici, alias mulctatur, & vocatus
à parte ex edicto, & citatione Prætoris tenetur comparere, ſi noluerit petitione partis gra
uari. Comparendo iudicio ſiſti promittit, l.1.& l.2.ff.eod. Si fuerit impeditus citatus, cõ-
parere, ſatis erit, vt ſit paratus ſuſcipere iudicium animo transferendi in ſe obligationem,
olim euitabat multctam, ſiue ipſe iret, ſiue alium mitteret, qui ſatiſdaret, ipſum ſiſtere, vt
in tit.ſi in ius vocat. vt eant; hodie verò ſatis eſt, vt ſit paratus iudicio ſiſti, vel vtrunque
ſeruare.

ff. ſi quis in ius vocat. nõ ierit.

18 Si citatus volens Iudicis mandato obedire fuerit impeditus, quo minus comparet, tũc
Prætor contra exiſtentem, vel impedientem edicto cauebit, impediens teneri, in quantum
actor iurabit in litem, l.ſi per alium.§ in omni. ff.ne quis in ius vocat. & eius edictum ap-
19 paret in l ſed eximendi.§ Prætor.ff.eod. ne quis eum, qui in ius vocabitur vi eximat. Exi-
mere generale verbũ eſt, & eſt quoquo modo auferre; eripere eſt de manibus auferre per
raptum. Si quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quominus in ius veniret, & actio-
nis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur exemiſſe, quamuis corpus non exi-
merit, ex l.ſed eximendi. ff.eod.

ff. ne qs eum qui ĩ ius vocabitur vi eximat.

20 Quidam verò comparent, ſed impediuntur iudicio ſiſti; & hoc tam ex vi, quàm ſine; &
tunc impeditus tenetur ad intereſſe, & hoc intelligitur de impedimento dato, tam ex par
te actoris, quàm rei, ff.de eo, per quem factũ erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat; & dif-
fert hic tit. ab alio ſuperiore in quatuor cauſis. Primò, quia ille habet locum, vbi vis in-
terueniret, hic etiam ſine vi. Secundò, ille non conſulit, niſi vocanti ad ius.i.actori, hic ẽt
vocato. Tertiò, agitur ad intereſſe; illo quanti in litem iuratum eſt. Quartò, hic locum
habet poſt vocationes, & ſatiſdationes receptas, ille ante. Hæc ex Rub. ff.eod.

ff. de eo per quem factũ erit.

Sed ſi alter de collitigantibus fuerit impeditus, vt non potuerit iudicio ſiſti, in quibus
caſibus excuſetur, & in quibus non, licet cautio de iudicio ſiſti data fuerit habetur in tit.
ff.ſi quis caut. in iud. ſiſten. cauſa factis non obtemperauerit, veluti ſi valetudine, tempe-
ſtate, aut vi fluminis prohibitus ſiſtere non potuit, exceptione adiuuatur, l.1. ff. ſi quis iu-
dicio. ff. eod.

ff. ſi quis cautio ĩ iud. ſiſten.

21 Nullo impedimento exiſtente, citatus non comparens, dicitur contumax, c. venerabi-
lem, de elect. & c.quoniam frequenter. §.Priorum, vt lit. non conteſtat. Contumax dici-
22 tur, qui omnino non reſpondet, l. ætate. §.qui tacuit. ff.de interrog. act. Triplex eſt con-
tumacia, vna non veniẽdo ad Iudicem, & eſt triplex; Vno modo, quando peremptoriè
citatus venire contemnit. Secundò, quando malitioſè ſe occultat. Tertiò, dum impe-
dit, ne citatus venire poſſit, ex d. cap. quoniam. Secunda contumacia, quando citatus ad
iudicium venit, ſed recuſat parere iuri, aut non licentiatus recedit, cap. ex parte. de verb.
ſignif. Tertia contumacia, quando offenſa eſt notoria, & non vult parere; ex d. c.ex par-
te, circa finem. Dicitur etiam, quod duplex eſt contumacia, vera, & ficta. Contumax ve
rus eſt, qui de citatione notitiam habens, tamen noluit parere, Bart.in l.fin. ff.de in integ.
reſtit. Alex.in l.properandum. §.ſin autem reus. C. de iud. fictus, qui probabiliter de cita-
[illegible] ſione

tione notitiam non habuit, vt ex Bar. Contumacia dicitur, ſecundũ Robert. in p.6.fol 156.
num.7. à con, & tumeo, tumes; quia videtur tumidus ſuperbia, qui Superiorum præce-
ptis non obtemperat, per Card. in Clement. 1. de dolo, & contum.

Contumacia, ſecundum Goffred. in num. 1. de dolo, & contu. eſt inobedientia, & cõ-
temptus, cum quibus tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptorio citatus, præſentiã
ſui facere contemnit, per l.contumacia.ff.de re iud. vel veniens mandato non paret, vt in
l.1.ff.ſi quis ius dicent. non obtemper.

23 His peractis, citato reo ad reſpondendũ petitioni, comparentis actor offert libellum Iu
dici, iuxta Auth. offeratur. C.de litis conteſt.& in tit.ff.de libellis. Sumitur autem libellus E. & libellis.
multipliciter; primò, pro petitione, ſeu aſſertione factorum in iudicio cum ſolemnitati-
bus iuris, vt in d. Auth. offeratur. ita ſumitur in propoſito. Secundò, modo pro ſcriptura
priuata, facta ad informandum aliquem, l.1.C.de famoſ.libell. Tertiò, pro eo, quod datur
à Iudice parti appellanti, videlicet Apoſtoli, l.1.ff.de libell. dimiſſor. Quartò, pro delega-
tione cauſæ, l.ne quiquam. §.vbi decretum.ff.de offic. Proconſ. leg. Vno modo pro paruo
libello ad differentiam magni, ſecundum Goffr. in ſum. de libell. oblat. Duplex eſt libel-
lus, vel Criminalis continens accuſationem alicuius delicti, vel Ciuilis, glo. in c.1. extra
24 eod.& ibi Goffr.& iſte ita deſcribitur; libellus eſt breuis, & ordinata ſcriptura claram de-
monſtrans Iudici partis intentionem agentis, ſecundũ Cyn. in d. Auth. offeratur. Ex quo
iſta notantur. Primò, quod libellus in ſcriptis tanquam de ſubſtantia porrigatur, c.1. de
libell. oblat.& in d.Auth.offeratur. limitatur in multis, vt per Doct. & glo. in d.l.ne quic-
25 quam.§.de plano.ff.de offic.Proconſ.vt ſi eſſet de ſtylo, ſecundum Cyn. ibid. Secundò, ſit
clarus, quia claritas eſt amica legi, §.1.Auth.de teſtib. ſic obſcuritas eſt iuris inimica, per
l.ita fidei.ff.de iure fiſci. & talis claritas conſiſtit in expoſitione facti, & iuris producentis,
facta breuibus, & ordinatis verbis; quoniam prolixitas verborum in iure non recipitur, l.
in ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appell. Tertiò, cum actor libellus porrigit, vt in di-
cta Auth. offeratur, ita eius nomen exprimere debet, necnon nomen Iudicis, rei conuenti,
26 vnde verſus;

Quis, quid, coram quo ſua iura petatur,
Et à quo rectè compoſitus quiſq; libellus habet.

Ex Rapin. in forma libell. Specul. de libell. & Doct. in tit.de libell. oblat. Attamen non
in omnibus cauſis libellus producitur, recenſet Goffr. in d.tit.1. cum cauſa, vel lis, ſit bre
uiſſima, vel vilium rerũ, aut perſonarum, per Auth.niſi.C.de ſent. ex breui recitan. Se-
cundò, cum Epiſcopus cognoſcit inter ſuos familiares. Tertiò, quando accedit conſenſus
partium. Quartò, cum Rector Prouinciæ intra quadraginta dies conuenitur, per Authẽ.
vt Iud. ſine quo ſuffr. §.neceſſitatem; ſic in ordinarijs proceditur libellando. In his libel-
lis hodie non eſt neceſſe exprimere nomen actionis, vt ago ad decem actione ex ẽmpto,
tam de iure Canonico, quàm Ciuili, vt refert Goffr. in d. ſum.tit.eod.nu.4. l.vnica. C.de C.
formulis, & impetrà. ſublat. Sed aliquando libello exprimitur ſignificatiuè cauſa, vt dum de formu-
dicitur, *Peto decem, quia mutuaui*; vel ſimilia; & idem dicit, quod actio proponenda eſt lis,& im-
ſine cauſa. Aliquando cauſa agendi exprimenda non eſt; nam in rei veuditione non eſt ne pet.ſubl,
ceſſe dicere ex cauſa dominij, ſed illa forma verborum concipitur, ex qua vnus modus a-
gendi reſultet, non autem plures, ex Goffr. eod. tit.

Attamen, vt ordo ſeruetur in quibuſdam cauſis pertinentibus ad actionem realem, an-
tequam libellus offeratur, ne iudicium reddatur eluſorium, fiunt quædam interrogatoria
præparatoria iudicij ad legitimandum perſonam, cum qua actor intendit agere. Ita legi-
27 tur in l.edictum.ff.de interrog. act.edictum de interrogationibus. Ideo Prætor propoſuit,
quia ſciebat difficile eſſe ei, qui hæredem, bonorumuè poſſeſſorem conuenit probare ali-
quem eſſe hæredem, bonorumuè poſſeſſorem, quia plerunq; difficilis probatio aditæ hære
ditatis eſt; voluit Prætor adſtringere eum, qui conuenitur ex ſua in iudicio reſponſione,
28 vt vel confitendo, vel metiendo, ſi ſe oneret ſimul etiam portionis pro qua quiſque hæres
extitit ex interrogatione certioretur. Hæc ibi. ſequitur in l.qui interrogatur, auctores vel

quota ex parte ſit, vel an in poteſtatem habeat, cum eius nomine noxa de iudicio agitur ad deliberandum tempus impetrare debet, quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo afficitur. Hæc ibi.

29 Notatur ex hoc tit. & l. 1. ff. eod. Duo erant olim iudicia, vnum principale, in quo agebatur hæreditariæ actionis inſtituendæ. Aliud interrogationis in iure officio Iudicis faciendæ, in quo etiam de calumnia iuratur; Primò, minus frequentatur, & in deſuetudinem abierunt talia interrogatoria; ſed tantummodo ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab aduerſaria parte expreſſa fuerunt apud Iudices, vel in hæreditatibus, vel in alijs rebus, quæ in cauſis vertuntur. Ad has reſponſiones non poteſt cogi reſpondere iure actionis; ſed per officium Iudicis. l. 1. & ibi glo. & l. ſi ſine interrogatione. ff. eod. Talis igitur interrogationes dicuntur præparatoriæ iudicij, & cõpetunt tam reali, quàm perſonali actio-

30 ni. Intituletur de interrogat. act. quia olim ferebant actionibus propoſitis; ſed hodie, vt dictum eſt; datur officio Iudicis, & propterea abſq; libello interrogantur, cum quaſi miſericorditer peti videatur eo magis, quia ex his nec abſolutio, nec cõdemnatio ſequitur, ſed ſolum aperitur via procedendi in principali negocio; propterea fieri poſſunt à Iudice in itinere, in camera, & vbicunq;, vt in Rub. ff. eod.

31 Eſt autem hæc interrogatio præparatoria actionis, & ante litem conteſtatam proponẽda, & tria ſunt neceſſaria ad hanc interrogationem faciendam; Primò, quod proponenda ſit principalis; ſi eſſet realis non interrogetur, pro qua parte ſit hæres, ſed pro qua poſſedit. Secundò, quod certum ſit petendum per eum. Tertiò, quod actio ſit hæreditaria. Hæc ex glo. in verbo actio. l. 1. ff. eod. & plura ad materiam pertinentia declarantur.

32 Talis interrogatio facienda eſt, ante litem conteſtatã, & interrogationes ſunt iſtæ. Primò, an ſit hæres. Secundò, pro qua parte. Tertiò, qualiter ſit hæres. Quartò, an ſeruum no-

33 xium poſſideat. Quintò, an ſua ſit quadrupes. Sextò, an poſſideat ædes, quarum nomine petitur caueri de damno infecto. Septimò, pro qua parte. Octauò, ſi penes ſe habeat periculum. Nonò, de ætate. Decimò, an poſſideat ille, contra quem agitur in rem. Vndecimò, pro qua parte; Ex glo. in d. l. 1. in verbo damni. Et talis interrogatio eſt de ſcientia poſt litem conteſtatam eſt de credulitate facienda interrogatio, vt ibi glo.

Producitur deinde libellus, & coram Iudice offertur parti, iuxta d. Auth. offeratur, & actor tenetur edere, vt ſuper his reus deliberare poſſit, an velit contendere, vel cedere, vt

ff. C. de edendo. 34 in tit. ff. & C. de eden. Edere idem eſt, quod copiam parti facere, de eo, quod petitur. Ita legitur in l. 1. ff. eod. qua quiſq; actione agere volet, eam edere debet: Nam æquiſſimum videtur, eum, qui acturus eſt edere actionem, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltro debeat; & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conuenitur edere eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello cõplecti, & da-

35 re, vel dictare, ex §. edere. l. 1. ff. eod. Ideò dicitur ibi in Rubr. de edendo i. demonſtrando; & dubitat, quare non fuit dictum, de editione, ſed de edendo; reſpondit ad denotandam quandam neceſſitatem impoſitam edenti, quæ non imponitur paciſci volenti; nec ſubiunxit accuſatiuum, vt de edendo actionem, quia ibi non tractatur de ſimplici editione vnius rationis, ſed plurium, veluti actionis inſtrumentorũ, & rationis; ſed actio editur in principio, cætera in proceſſu cauſæ, ex Rubr. eod.

36 Videndum eſt modo, quis eas actiones proponat, & quis excipiat: Nam cum principales, vel ex defectu ſcientiæ, aut intereſſe, & commodo ducti, facilè finem cauſæ non videt, & vt dignitati Iudicis conſulatur, ac decori ſine delectu paſſim apud ſe poſtuletur; factum fuit, vt tales adhiberentur perſonæ. Aduocati. ſ. qui pro agentibus, ſeu excipientibus poſtulare poſſint. Poſtulare autem eſt deſiderium ſuum; vel amici ſui in iure apud eum, qui

ff. de poſtul. iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere, l. 1. ff. de poſtulando; & qui non haberet poſtulantes, Prætor ait; *Si non habebit Aduocatum, ego dabo*; in d. l. 1. ff. eod. & ibi declaratur, qui poſtulare poſſint, & pro quibus contingit ſatiſdationibus cõprobari iudicium in multis caſibus, veluti de iudicio ſiſti in ſuſpecto de fuga, Robert in p. 6. 8. memb. iud. nu. 2. Secundò, in Criminalib. de præſentando. Tertiò, de iudicato ſoluendo

uendo, qui alienam litem facit. Quartò, de non offendendo. Quintò, in coniuncta perſo-
na de re rata habenda. Sextò, de expenſis reficiendis, in caſu ſuccumbentiæ. Septimò, de
re non baratanda. Octauò, eſt dimiſſio indemnitatis. Nonò, de ſecuro carcere. Decimò,
vt in tit. de fideiuſſ. Vndecimò, de ſoluendo aduenienti die. Duodecimò, de ſoluendo ad
obtinendam dilatoriam; & multæ ſpecies ſatiſdationum, ſecundum diuerſitatem cauſarũ,
colligit Robert. Marant. in d. ſuo ord. iud. p. 6. in memb. 8. per totum.

37 His diſpoſitis, lis incipit pendere, & vt res ſit litigioſa, tria requiruntur; Citatio, Peti- C.
tio, & Copia, Auth. letigioſa. C. de litigio. his verbis; *Litigioſa res eſto, de cuius dominij* & litigioſis.
cauſa mouetur inter poſſeſſorem, & petitorem, iudicatoria conuentione, vel precibus Principi o-
blatis, & Iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis, vt in d. C. de litigioſis.

Dum reus petita viderit, & deliberauerit, An velit contendere, vel cedere; reſpectu pe-
titionis actoris; ſi confitetur, quod petitur, habebitur condemnato, l. 1. ff. de confeſſ.
38 Talis itaq; confeſsio facienda eſt, coram Iudice, præſente parte, l. certum. § ſi quis. ff. eod.
ſit certa, & determinata ad rem præciſa, & non obſcura, vt poſsit res præſtari, vel eius æ-
ſtimatio, l. Iulianus. l. qui Sticum. ff. eod. & tunc vera confeſsio facit iudicatum, vt in d. l. 1.
cum ſeq. niſi errauerit in facto, nam tunc errorem corrigere poterit, vſque ad ſententiam,
l. error. C. de iur. & fact. ignoran. Et errore non exiſtente, nullæ ſunt partes iudicijs, niſi in ff.
condẽnando, l. perinde. § fin. ff. ad leg. Aquil. & de his latius in tit. ff. de confeſſ. Ita legitur in & cõfeſſis.
l. 1. ff. eod. *Confeſſus pro iudicato eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur;* & in l. certum
idem dicitur Goffr. in eodem tit. his verſibus declarat validam confeſsionem. *Maior ſpon-*
tè ſciens contra ſe vbi ius ſit, & hoſtis, nec natura neget fauor; aut lis iuſue repugnet.

Si verò contendere curet, vel quia non petuntur iuſta, nec honeſta, aut nec debita, tunc ff.
vtitur exceptionibus, vt in tit. ff. de exceptionibus. Eſt autem exceptio actionis, vel inten- exceptionibus.
tionis excluſio, l. 2. ff. exceptio. Ang. in tit. Inſt. tenet, quod ſit alluſio, vel ſic, ſecundum Re-
39 buff. in ſua exceptionum declaratione. ff. eod. Exceptio eſt ius reo competens, ad eluden-
dam, excludendam ve actoris intentionem, & eadem eſt cum ſupraſcripta, & continet di-
lationes, & peremptorias. Dicta eſt exceptio quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni
40 cuiuſq; rei ſolet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemue deductum
eſt, l. 2. ff. eod. duplici modo ſumi poteſt, largè pro omni defenſione, excluſione, & replica-
tione, glo. in l. 2. ff. eod. ſtrictim, ſeu propriè pro defenſione rei contra actorem, vt in d. l. 2.
& ibi glo. & Ang. in princ. Inſt. eod.

41 Inducta videtur de iure naturæ quoad defenſionem, Abb. in Rubr. eod. & Rebuff. in alle-
gato loco, per l. ſi quid, l. defenſiones. C. eod. At cum diuerſæ ſint exceptiones, ita diuerſa
diuerſa eius origo. Diuiduntur in plures partes, & dantur quatuor diuiſiones iuxta colle-
42 cta, per d. Rebuff. in Rubr. ff. de except. & alios ſcribentes; Prima diuiſio eſt, quædam di-
cuntur meræ negationis, actionis, ſeu iuris, intentionis, vel facti. Meræ negationis, quan-
43 do actio actori non competeret, & ita non eſt mera exceptio, per glo. in l. nam poſtea. ff. de
iureiuran. ſic prima reſponſio rerũ eſt negatio. §. fin. Inſt. de grad. affin. Negationis, actio-
nis, ſeu iuris, vt ſi contra ſtipulatum excipitur, metu, vel dolo ſe fuiſſe ſtipulatum, & ita ex-
44 cluditur actio, & ius cõpetens, l. 2. ff. eod. Aliæ ſunt negationis, intentionis, vel facti, quod
non competit actori actio, vel quia fuit facta ſolutio debiti, dicitur facti, quia facto agis,
ſic facto excipis, glo. & Bart. in d. l. 2. & in l. obligationum. §. fin. ff. de act. intentionis autem
ſunt octo ſpecies, vt in tract. except. à Bonaccurſio, & dicitur etiam iuris, vel facti, Abb. in
c. paſtoralis eod. tit. num. 2.

45 Secunda diuiſio eſt, quod exceptionum quædam dicuntur eccleſiaſticæ, ſeu ſpeciales,
mixtæ, & ſeculares, eccleſiaſticæ dicuntur, quæ coram iudice eccleſiaſtico deducũtur, ſicu-
ti iudex laicus clericum punire non poteſt, c. ſi iudex laicus, de ſententia excõmunic. lib. 6.
Spec. in tit. de compet. iud. §. 1. in princ. Mixtæ dicuntur, quæ proponi poſſunt, tam coram
iudice laico, quam eccleſiaſtico, vt exceptio ſacrilegij eſt mixti fori, glo. in d. c. cum ſit ge-
nerale, & in exceptione iuramenti, c. licet mulieris de iureiuran. lib. 6. & in c. fin. de foro cõ-
pet. ſic de ſimilibus. Secularis verò, quæ corã iud. ſeculari tantũ proponitur, c. quo iure d. 8.

 46 Ter-

46 Tertia principalis diuiſio, quædam dicuntur dilatoriæ, anomalæ, & mixtæ, quaſi peremptoriæ, & peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt, quæ actionem differunt, l. 2. §. fin. ff. eod. & Inſt. eod. §. appellatur, & iſtæ ſunt in duplici differentia, nam quædam ſunt meræ dilatoriæ, quædam iudicij declinatoriæ, glo. in c. 1 ſi quis Epiſcoporum 3. q. 6. Dilatoria mera eſt dilatoriæ ſolutionis, vt ſi ex tali pactum, quod agere non potes, niſi ad certum tempus, ſi ante petatur, & excipitur hac actione, l. 9. §. ult. eod. quæ ſolet præponi ante litem conteſtatam, per l. ita demum. C. de procurat. & quãdo non eſt perpetua, ſed ad tempus exceptio eſt dilatoria, vide Bart. in l. 3. ff. eod. & in l. cum qui. §. qui. ff. de verb. oblig. Alia eſt declinatoria iudici, & pariter dilatoria appellatur, glo. in d. l. 3. ff. eod. & proponitur ante litem conteſtatam, Bart. in l. exceptionem. C. de procurat. nam qui ſe mandantis curiæ ſubmittit, non poterit poſtea declinare, Paul. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. nõ ierit, & competit diuerſis ex cauſis, vel ratione iudicij, vt ſi vna pars litigantium ſit magis dilecta à iudice, quam alia, ſecundũ Bart. in c. poſtremo de appellat. & c. ad hæc de reſcript. ſic de ſimilibus cauſis, quæ iudicem reddunt ſuſpectũ, aut quia eſt ſuſpectus à iuriſdictione, & effectus inhabilis, c. cum ſuper de offic. deleg. ibi glo. l. neq; famoſis. C. de digni. lib. 12. quædam aliæ competunt ratione actoris, qui in iudicio comparere non poſſit, §. præterea. Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. l. 1. §. ſi. & l. 4. ff. de poſtul. Aliæ competũt ratione rei priuilegiatæ, ſi priuilegium allegatur, c. fi. de foro compet. l. 4. §. hoc autem. ff. de damn. infect. & Spec. in tit. de reo, de ſimilibus exemplis plura ibi Rebuff. Aliæ dicuntur mixtæ Iudicis & Actoris, vel Iudicis, & Rei, l. Iulianus. ff. de iud. Aliæ competunt ratione Sindici vniuerſitatis, quia legitimè non fuit conſtitutus, l. fin. C. de diuer. rebus ciuit. lib. 10. ibi Bart. ſimiles ſunt contra mandatum procurator. l. 3. §. procuratoriæ. ff. eod. §. præterea. Inſt. eod. & hoc, vel reſpectu conſtituentis, quia erat minor, l. neque. C. de procurat. vel quia conſtitutus erat inhabilis, l. mutus. ff. de procurat. vel reſpectu actionis, quia cauſa erat Criminalis, in qua procurator non admittitur, l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. l. ſeruum. §. publicè. ff. de procurat. intellige ad comparendum pro reo abſenti, non autem ad defendendum, Bart. in d. §. ad crimen, vel quia in iudicio non præſtitit cautionem debitam, l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurat. vel ratione formæ, quia ad alia negotia eſt conſtitutus, Spec. de procur. §. ratione autem, vel ratione officij, vt ſi non eſſet legitimus tutor, Auth. vt hi, qui oblig. pub. res min. coll. 6. & l. frater. ff. de cond. iudic. vel ratione cauſæ, vt quia generale habet mandatum, & requiritur ſpeciale, l. 2. ff. de pub. iud. quædam aliæ declinatoriæ competunt ratione reſcripti, Spec. in d. §. d. verſ. & hoc contingit multis modis. Aliæ competunt ratione loci, vt de loco deſtinato ad aliquid faciendum. §. plus. Inſt. de act. ibi Iaſ. aliæ ratione temporis, vt tempore feriatum, l. 1. ff. de ferijs, ratione libelli inepte formati, c. examinata de iud. quædam aliæ competunt ratione fori, præſertim in delictis, aut ratione cauſæ, quæ trahit ad iudicem, vbi eſt inchoata, c. ex tenore, de reſcript. lib. 6.

47 Aliæ exceptiones appellantur anomalæ, quæ normam aliarum non ſequuntur, & poſſunt opponi tam ante litem conteſtatam, quam poſtea, licet & dilatoriæ poſſint nominari, & in qualibet parte litis poſſunt opponi, Card. in Clement. vnica. de except. vel quia

48 poſſunt eſſe temporales, & perpetuæ, l. 3. §. temporales. ff. eod. Mixtæ ſunt, quæ dubitantur an ſint dilatoriæ, vel peremptoriæ, licet in dubio peremptoria habeatur, l. ſi ſuſſicit. ff. de condit. indebit. quaſi peremptoria, quæ contra perſonas teſtium opponitur, declarando eorum crimina, & inhabilitates. Ideò dicuntur quaſi quia non perimunt totum iudiciũ, ſed

49 tollendo probationes, quaſi perimunt. Peremptoriæ verò ſunt, quæ rem, de qua agitur, perimunt, Inſt. eod. §. appellantur. ibi Ang. Et hoc ex pluribus cauſis accedit. Aliquando perimit perſonam, quæ in iudicio comparere non poteſt, vt Monacus Clemen. religioſus. de procurat. ſic de ſimilibus; quædam perimunt obligationem ciuilem, ſeu naturalem ſimul. Alia peremptoria iudicij, l. licet. C. de procurat. Alia peremptoria pœnæ, vt in tranſactione facta inter partes de re Criminali, l. tranſigere. C. de tranſact. Alia peremptoria accuſationis, vt quia me accuſaſti, quod ſubtraxerim tuum ſeruum, l. preces. C. ad l. Flauiam. de Plagi.

50 Quar-

50 Quarta diuiſio eſt, quædam dicuntur temporales, quædam annales, l. 3. ff. eod. temporales ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt, §. appellamus. Inſt. eod. vel quã non petitur, niſi ad certum tempus, vt in tit. C. de annali exceptione, quæ cum anno termi netur; Ideò dicitur temporalis. C. annal. except.

51 Perpetuæ, quæ ſemper locum habent, & rem, de qua agitur, perimunt, in d. l. 3. & §. appellamus, veluti exceptio doli, Inſt. eod. §. perpetuo, & in tit. ff. doli mali. Spec. in tit. de except. §. viſo verò. Item nota. Sunt quædam aliæ, de quibus dubitatur, an ſint temporales, vel peremptoriæ; vt exceptio, ne maritus conueniatur vltra vires, l. maritum. ff. ſolut. matrim. l. ſunt. cum ſeq. ff. de re iud. quoniam dubitatur an maritus ſit perpetuo pauper, vel ad tempus, ſic temporales dilatoriæ ſunt, glo. in d. §. perpetuæ. Inſt. de except.

52 Quinta diuiſio, quædam ſunt perſonales, quædam reales. Perſonales, quæ perſonæ adhærent, & ad alios non tranſeunt, l. exceptiones. ff. eodem. & iſtæ ſubdiuiduntur. Aliæ inhærent perſonæ, per quam, vt ſi legatus conueniatur, habet exceptionem, per quam quis miſſus eſt. Aliæ contra quam, vt eſt habere Iudicem ſuſpectum, quas ponit, glo. in c. cum tutor. eod. Reales ſunt, quæ rei adhærent, & poſſunt etiam competere fideiuſſori, l. exceptionis. §. rei. ff. eod.

53 Sexta diuiſio, quædam dicuntur fauorabiles, quædam odioſæ; inductæ, vel propter rigorem iuris, aut naturalem æquitatem. Fauorabiles, quia principaliter merum fauorẽ reſpiciunt; Odioſæ, ad deteſtandum dolum, vt in Macedoniano; quædam ſunt inductæ de rigore iuris, vt exceptio rei iudicatæ.

54 Septima diuiſio, quædam ſunt diuerſæ, aliæ affirmatiuæ, aliæ contrariæ; diuerſæ ſunt, quando multa remedia præponuntur alternatiua, aut ſi diceretur, aut fur es, aut fatuus, quę cum ſit obſcura, non obſeruatur, c. quid vis. de elect. lib. 6. Sex ſunt ſpecies alternatoriæ, Bart. l. 3. ff. de eo, quod certo loco. Contrariæ ſunt negatiuè contra petita, & actione rei.

55 Octaua diuiſio, quædam ſunt Ciuiles, quædam Prætoriæ, ſeu legales, quæ à lege ciuili ſunt introductæ, vt exceptio ſuſpicionis, l. apertiſſimi. C. de iud. & quod in Inſtrumento appoſita ſint, quæ requiruntur de iure ciuili, glo. in l. 1. ff. eod. Prætoriæ, quæ à Prætore introductę ſunt, veluti doli mali, vt in tit. ff. de dolo malo.

56 Nona diuiſio, quædam directè, quædam vtiles; directæ, quando verba legis concordãt cum eius mente, vt in tit. ff. de except. rei iud. Vtilis eſt, quando ex mente legis extenditur, l. licet. C. de iud. vel quia ſubeſt eadem ratio, glo. in l. Curatoris. ff. de neg. geſt.

57 Decima diuiſio, quædam exceptiones dicuntur modificatoriæ condemnationis, quædã exequutionis. condemnationis, ne pater condemnetur pro filio, niſi ſecundum ſuum periculum, l. penul. ff. quod cum eo. Exequutiones, vt ſocius omnium bonorum contra aliũ ſocium non exigat vltra id, quod poteſt, l. maritus. ff. ſolut. matrim.

58 Vndecima, quędã dicuntur incidentes, quædam emergentes; Incidentes, quæ ante proceſſum originem habuerunt, vt exceptio iuſiurandi, pacti, & ſimilium; Emergentes, quæ in ipſo negocio de nouo emergunt.

59 Duodecima, quædam ſunt ordinis, quædam præpoſterationis; ordinis, vt prius diſcutiatur de principali, quam de fideiuſſione, vt in Auth. præſenti. C. de fideiuſ. §. ſed neque. Præpoſterationis, vt quando præponitur vna cauſa ad aliam; ita vt prius de rei vendicatione agatur, quam de communi diuidundo, l. 1. ff. cõmuni diuid. aut ſi vna perſona præponatur alteri, Auth. hoc debitor. C. de pignor.

60 Decima tertia diuiſio, quædam dicuntur rationabiles, & non fruſtratoriæ, vt quæ ſunt à iure probatæ, vt quia Iudex ſit inimicus, c. cum inter. de except. l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. qđ vi, aut clam; quædam irrationabiles, & fruſtratoriæ, quæ friuolæ dicuntur, vt ſi Iudex eſſet amicus Aduocati.

61 Vltima diuiſio, quædam generales, quædam obſcuræ. Generalis eſt, quæ verbis generalibus proponitur, vel quia cauſa non exprimitur, Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. Obſcura, quæ intelligibilis non eſt, l. 2. ff. de his, quę pro non ſcript. vel quando multipliciter poteſt intelligi, Alex. conſ. 236. lib. 6.

Quæ de re, exceptiones dicuntur arma reorum, & quærunt excludere actiones actorum, §. 1. Inſt. eod. & tenent vicem actionis, vt in l. 1. ff. de except. & ibidem l. 2. & reſpiciunt aut iudicem, & erit peremptoria iudicij, aut perſonam agentem, aut cauſam, & petita, & actionem inteſtatam. §. 1. ibi glo. Inſt. eod. & l. 2. ibi Doct. ff. eod.

Conceditur, vt exceptionibus propoſitis actor replicare poſſit, excipiendo contra ex-
62 cepta ita legitur in §. 1. Inſt. de replicat. Interdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iuſta videatur, tamen iniquè noceat, quod cum accidit, alia allegatione opus eſt adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio appellatur, quia pro cauſa replicatur, atq; reſoluitur ius exceptionis. Ruſus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat; quod cum accidit alia allegatione opus eſt adiuuandi gratia, quæ duplicatio vocatur, & ſi rurſus ea prima facie iuſta videatur, ſed propter aliquam cauſam actori iniquè noceat; rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiuuetur. Hæc ex d. §. 1. Inſt. de replic. & de hoc legitur in d. l. 2. & ſeq. ff. de excep.

Inſt. de replic.

63 Quibus ſic peractis, lis dicitur conteſtata, quæ fit per petitionẽ actoris, & reſponſionem rei, c. 1. Paſtoralis de iud. & glo. in c. dudum de elect. Eſt autem litis conteſtatio principalis negocij apud competentem Iudicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio, Robert. in par. 6. in 10. memb. & Goffr. de litis conteſt. per c. 1. de litis conteſt. c. dudum, & l. 2. de elect. Spec. in tit. de lit. conteſt. §. 1. fit per negationem, vel confeſſionem, aut verbum dubitatiuum, Bart. in l. 1. C. de lit. conteſt. ſat erit, quod reus reſpondeat ibi Goff. & Doct. in Rubr. de conteſt. lit. Robert. in d. par. 6. memb. 10. & ibi quot modis conteſtetur lis, & de eius effectu. Quaſi conteſtata dicitur, quando conuenitur aliquis ſuper rebus mobilibus, quas reus alieno nomine poſſidet, & iudicium incipit nomine ſui auctoris, & petit iudiciũ intimari. Si dominus in termino comparuerit, tunc dicitur quaſi lis conteſtata contra dominum, & habetur pro conteſtata, ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem,
64 c. frequent. vt lite non conteſt. & in tit. C. de litis conteſt. Conteſtatur etiam per porrectionem ſupplicationis factam Principi, & cum ipſe reſcripſerit, videtur pariter lis conteſtata, vt in tit. C. quando libell. Principi datus, facit litis conteſtationẽ. Hæc de prima par. iudicij.

C. litis côteſtatione. C. qñ libell. principi dat.

SVMMARIVM.

1 Secunda pars iudicij, quæ.
2 Dilatio, quid.
3 Dilationum ſpecies, quæ.
4 Probatio quid.
5 Species probationum.
6 Plena probatio, quæ.
7 Pleniſſima probatio, quæ, & 10.
8 Notio quid.
9 Quid ſit probandum.
11 Poſitio quid Articuli, & Capitula.
12 Differentia inter poſitionem, & articulũ.
13 Differt poſitio à libello.
14 Quomodo reſpondendum poſitioni.
15 Interrogationis forma.
16 Teſtes, quando iurent.
17 Differentia probationis teſtium, & ſcripturarum.
18 Species ſcripturarum, quæ.
19 Publica, & priuata, quæ. & 20.
21 Simulatum Inſtrumentum, quale.
22 Scriptura inter alios acta, quæ.
23 Fama ſpecies.
24 Fama quid.
25 Iuramentum quid.
26 Voluntarium quid, neceſſarium, & iudiciale.
27 Promiſſorium quale.
28 Præſumptio quid.
29 Species præſumptionum.
30 Temeraria, quæ.
31 Leuis, quæ.
32 Probabilis, quæ. & 35.
33 Neceſſaria, quæ.
34 Veriſimilis, quæ.
36 Præſumptum ex quibus conſtet.
37 Indicium quid.
38 Coniectura quid.
39 Præſumptio quid probet.
40 Allegare quid.
41 Publicare quid.
42 Concluſio in cauſa, quid.

DILV-

DILVCID. IV. DE SECVNDA PARTE IVDICII.

1 SECVNDA pars iudicij à litis cõteſtatione vſq; ad concluſionem in cau-
ſa procedit. Cuius partes continent omnes terminos probationis: ideò
prius dantur dilationes ad probandum; Sunt autem dilationes induciæ,
quæ tempus coram Iudice decernunt ad ſe cõtra aduerſarium tuendum,
2 vt ex tit. de dilation. colligitur, ff. & C. & inuenti ſunt, quia ſimul om- ff. C. de dilatio
3 nia in iudicio deduci non poſſunt. Præterea dilationum differentia hæc nibus.
eſt; quædam dantur ante litis conteſtationem, & dicuntur dilatoriæ, quæ dantur reo ad cõparendum, ſecundum ſtylum loci. De iure communi ſunt tres termini, quilibet cõtinet viginti dies, Auth. de litigio. §. omne. coll. 8. vt refert Goffr. de dilat. Iudex poteſt moderari, habita conſideratione temporis, loci, cauſæ, & perſonarum, l. nonnunquam. ff. de iudic. quo tempore reus poterit opponere omnes exceptiones declinatorias iudicij, & ſolutionis & Iudex aſſignabit certas inducias ad probandum. Sunt & aliæ induciæ, quæ dantur reo ad deliberandũ, an velit cedere liti, vel contendere, quæ dantur accepto libello, vt in d. Auth. offeratur; & appellantur deliberatoriæ, & ſunt viginti dierum, & nuncupantur excuſatoriæ, Auth. de exhib. & interrog. §. ſcimus. coll. 5.

Poſt litis conteſtationem dantur aliæ induciæ, quæ dicuntur præparatoriæ, & dantur volenti probare, quod ſpatium moderandum, ſecundũ iura; & dantur tam actori, quam reo, l. 1. C. de dilat. Aliæ ſunt iudicatoriæ, & ſunt quatuor menſium, & dantur condemnatis, c. quod cõſultationem, ext. de ſent. & re iud. Et tales non habent locum in criminalibus, vbi exequutio non differtur, ſecundum Goffr. ibi. Aliæ dicuntur reſtitutoriæ, quæ in deſuetudinem abierunt, ſicuti præparatoriæ in criminalibus. Dabantur autem induciæ reſtitutoriꝫ ſpoliatis, & eiectis, & erant ſex menſium, 3. q. 2. c. eiectis. Præparatoriæ in criminalibus dabantur accuſato, vt intra id tempus præpararet ſuas defenſiones, & durabant olim menſes decem & octo, per 3. q. 3. c. de iudicijs, & c. ſi primates. 5. q. 2. quæ in deſuetudinẽ abierunt.

Præterea Iudex in quolibet actu præiudiciali, parti debet aſsignare terminum, vnica ad minus dilatione conceſſa, l. fin. C. de dilat. In criminalibus verò dantur tres reo, duæ actori, l. fin. ff. de fer. In ciuilibus ſeruantur ſtyli locorum; de iure Iudex primum concedit ſine alia cauſæ cognitione. Secunda, non ſine impedimenti cauſa, & vltra tres dilationes non conceduntur; quia de re, quædam dilationes dãtur à iure, quædã à ſtylo, quædam arbitrio Iudicis, vt in d. tit. l. ſiue pars. C. eod. Omnis itaq; dilatio de iure communi erat arbitraria Iudici, habito reſpectu, vt dictum eſt ad diſtantiam loci, qualitatem perſonarum, & cauſæ; & poteſt breuiorem, vel longiorem dilationem concedere, Spec. in tit. de cit. §. nunc, & refert Robert. in d. par. 6. de dilatoria; quod intelligitur ſemper cauſa impedimenti exiſtente.

4 Dilationibus conceſsis, currit tempus ad probandum. Eſt autem probatio rei dubiæ per argumenta oſtenſio, quam reprobat Goffr. in ſum. in tit. de probat. per c. forus. §. cauſa. de verb. ſignific. quia argumentum non includit probationes teſtium, & ſcripturarum; propterea ita deſcribit; Probatio eſt rei dubiæ per teſtes, vel Inſtrumenta, & plerunq; per indicia, & præſumptiones oſtẽſio. Ex hac notatur duplicem eſſe probationem iuris. ſ. & facti; facti probatio multipliciter fit. Aſpectu, vt in facto notorio, c. ad audientiam. de accuſat. l. minor. ff. de minor. vt in ætate, quæ aliquando probatur adſpectu. Interdum probationes fiunt per teſtes, vel Inſtrumenta, ſcripturas antiquas, per violentam præſumptionem, famam, & iuramentum, & ſic de ſingulis. Iuris autem probatio fit per leges; de his habetur in tit. ff. de probat. & Spec. eod. verbo idem. Hoſt. & Goffr. in tit. de probat. ff. probat.

5 Tres ſunt ſpecies probationum; ſemiplena, plena, & pleniſsima; ſemiplena eſt, quæ ad ſententiam non ſufficit, l. admonendi. l. bonæ fidei. ff. de iure iuran. & ibi Doct. declarant, quando ſit ſemiplene probatum, vt per teſtes ſingulares, vel ſimiles actus probatorios ſingulares, & ibi Doct. & Spec. in d. loco. §. nunc dicendum.

6 Plena probatio eſt, quæ conſtat ex ſolemnitatibus iuris naturalis, vel gentium,& ciuil.
ſecundum Bart.in d.l.admonendi.nu.39.& Iaſ.ibi nu.83.
7 Euidentiſsima, ſeu pleniſsima eſt, quæ fit per Inſtrumenta indubitata, Iaſ.in l.ſi conſta-
te.ff.ſolut.matrim. nu.114. & an dicatur legitima probatio facta per vnum teſtem, firma-
ta iuramento, Vide Iaſ. in l. ait prætor. §. 1. num. 40. & 47. ff. de re iudic. & l.ſi quando.
C. vnde vi.
In talibus probationibus illud deducitur, ſuper quo lis mota eſt; De notorijs verò, ita
ſeruandum ait Spec. de not.crim.§.iam.nu.14. Si fuerit notorium Iudici ſedenti pro tribu
nali, tunc factum intelligitur legitimè probatum, ex quo vidit Iudex. Si verò ſint notoria
alijs, & tunc requiritur probatio, c.licet. de vſur. & Iudex poteſt procedere duplici via in
criminalibus per viam inquiſitionis, & ex officio ad inquirendum de notorio,& in his non
eſt ſeruandus ordo iudiciarius, vt ibi Spec. nu.14. quia in ſimilibus illa ſeruatur regula, or
8 do eſt ordinem non ſeruare; & notorium, vt ille ait, eſt quando maior pars populi, aut to-
tus populus vidit,aut quia factum non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, ibi nu.16.& la-
tius infra dicetur; ad probandũ notorium facti ſufficiunt duo teſtes, per l.ſi vero.§.qui pro
rei.ff.qui ſatiſd.cogan.& in notorio iuris, vel præſumptionis ſeruatur ordo iudiciarius, vt
vt ibi Spec. per Innoc.in c. tua.de cohabit.Cleric.& mulier.
9 Inſuper illud debet probari, quod prodeſt probanti, l.ſicut proponis.C.de probat.& il-
lud, quod proponitur,ſit veriſimile, ext.de præſumpt.c.quoniam.& Spec.de probat.§.nũc.
nu.1. nam ad inueriſimilia requiritur maior probatio; Bald. in addit. ad Spec. in d.§.nũc.
& ille debet probare, qui allegat, l.ei qui.ff.de probat. Nam negantis nullæ ſunt partes, l.
actor. C.de probat. cum negatiua ſimplex, ſecundum rerum naturam probari non poteſt,
quia quod non eſt neq; genus, neq; ſpecies, neq; circũſtantia, neq; cauſa, quæ in probatio-
ne ſunt neceſſaria, probari non poteſt, Auth.de teſtibus.§.2.coll.6. Hoc intelligitur de fa-
cto negatiuo. Interdum, & neganti incumbit onus probandi, ad honeſtatem, & decorum
tuendum, veluti ne maritus ſuſpicetur malum de vxore, l.quæſitus Mutius.ff.de donat. int.
virum,& vxo. l.etiam.C.eod.tit. Talis itaq; probatio facienda eſt coram Iudice, l.1. C.ob
turpem cauſ. l.quinquaginta.ff.de probat. quoniam ipſe iudicare debet, quanta fides adhi-
benda ſit teſtibus, & alijs probationibus, l. teſtium fidem. ff.de teſtib. Interdũ erit præſens
aduerſus, l.ſi quando.§.ſed cum.ff.de teſtib. Vltimò, talis ſit iſta probatio, quæ probantem
adiuuet, l.ad probationem. C.eod.
10 Multæ ſunt ſpecies probationum, veluti Teſtibus, Inſtrumentis, Fama, Iuramento, Præ-
ſumptionibus, & ſic de ſimilibus, de quibus Spec. de probat. Doct. in d. Rubr. de probat.
Hoſt.& Goffr.eod. & Doct.in l.admonendi. ff.de iure iuran.
11 Sed ad prædicta in Iudicem deducenda prius producuntur articuli, ſeu poſitiones, vel ca
pitale; quæ his tribus nominibus appellantur. Poſitio eſt breuis narratio, factum continẽs
ad eliciendam veritatem concepta, Bald. in l.2.§.quod obſeruari.C.de iur.calum.Spec. in
tit.de poſit.§.1. & iſta dicitur generalis defenſio. Specialis eſt pars intentionis, continens
id, ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi, Bald. l. generaliter. §.ſed iuramento.C.
de rebus credit. Articulus eſt pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit,
puta per teſtes, vel ſcripturas; Bald.in d.§.ſed iuramento. Spec. in tit.de teſt.§.nunc viden-
dum; adeo quod poſitio reſpicit ſolum confeſſionem partis, & fit per verbum, ponit, ad
effectum, vt ponens reſoluatur ab onere probandi, ſi pars confiteatur, c.ſtatuimus.de con-
feſſ.lib.6. ex Ruber.in par.6. de poſitionibus. Articulus fit per verbum, probare intendit,
& reſpicit probationes faciendas per teſtes, ſeu ſcripturas in caſu, quo poſitiones negẽtur,
vnde ordo eſt, ſecundum Ruber. in d.loco, vt prius fiant poſitiones, & ad eas producendas
detur vnus terminus, & poſtea detur alius terminus ad producendum articulos, Specul. in
d §.nunc videndum. Inſuper Alex.in l.inter ſtipulantem, in princ.ff.de verb.oblig. poſitio
12 fieri poteſt merè negatiua, & tenetur pars illi reſpondere. Sed articulus nunquam fiet ne-
gatiuus, quia eſſet improbabili, niſi conuerteretur loco, & tempore. Tertiò, nomen capi-
tulus eſt magis generale, & poteſt comprehendere vtrunq; poſitionem,& articulum, Bal.

in d.§.ſed iuramento, vbi ait. Terminus datus ad capitulandũ, intelligitur etiam ad ponendum, & articulandum; ſed non è contra. Nam terminus datus ad ponendum, non cenſetur datus ad articulandum; nec è contra, vt plurimum in iure ciuili articuli vocantur capitula; Abb. in c.per ſuas.& l.fin.de teſtib.

13 Differt poſitio à libello, ſecundũ eundem Robert. in præcitato loco, libellus habet concluſionem, ſed poſitio non; per reſponſionem ad libellum cenſetur conteſtata lis, non autem per poſitionem, Bald. in d.l.2.§ quod obſeruari circa finem. C.de iuram.calum. ſecus in cauſis ſummarijs, vbi à poſitionibus poteſt exordiri, & articulis, qui loco libelli ſuccedunt. Differunt etiam poſitiones ab articulis, quia is, qui ponit cenſetur fateri illud, quod ponit; ita quod illam reuocare non poteſt, niſi conſtiterit de errore, Specul.de poſit.§.16. ſed articulans non cenſetur fateri, quod in articulis dicit Abb. in c.cum venerabilis. in fin. de except. De hoc articulo vide plura in d. Robert. in memb. de poſit. p.6. nu.7.& 8.

Tales itaq; poſitiones, & articuli producendi ſunt in termino dato ad probandum, Specul. de dilat.§.fin.verſ.Item quid. Bald.in l.in contractibus.§.illo. C.de non numer.pecun. Conſtituuntur poſitiuè, non interrogatiuè, ideò his non tenetur reſpondere, Bald.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ. Iaſ.in l.Iudices. C.de Iudic. ratio eſt, quia is, qui ponit, fa-
14 tetur, & non is, qui interrogat. Fit reſponſio per verbum, Credit, & quo ad reſpondentẽ idem operatur, quod veritas; & poteſt in tali reſponſione interuenire Aduocatus, ſeu Procurator, Hoſt. in c.dilecti. de iudic. & dicens falſum, Deum habet vltorem, ſed non punitur de periurio, ex eod. Robert. d. loco nu. 17. fol.178. & datur copia, vt ibi plura.

Præſentatis poſitionibus, & negatis, producuntur teſtes, nominantur, & data copia articulorum, datur terminus ad dandum interrogatoria contra teſtes inductos ad veritatem indagandam, c.præſentium. de teſtib.lib.6. & Spec. de teſtib. §.iam de his. Vide Bald. in l.teſtium.C.de teſt. vbi decem prædicamenta ponit ad variandum teſtem, & de his non datur copia, ne inſtruantur ad falſum, Abb. in c.per ſuas.de fide inſtrum.

15 Talium articulorũ, & interrogatoriorũ forma hæc eſt vt ne ſint generales petitiones, ſed ſpeciales, nõ obſcuræ, ſed apertæ, vt veritas diſcerni poſſit, nec impertinentes, aut criminoſæ, nec ſuperfluæ, Ferrarien. in ſua praxi. in forma excipien. contra poſitiones, ſed contineant circunſtantias facti, de quo agitur.

His peractis, teſtes inducti, & citati, debent iurare de veritate dicenda, l. iuri. C. de teſtibus. quia magis punitur, qui facit contra iuramentum, c.1. 22. q.1. citantur, & requiruntur; nam ſi vltro ſe offerrent, haberentur ſuſpecti, l.ſi quando. C.de teſtibus.l.3.§.exhibeo. ff.de tab.exhiben.in verb.admoniti, & nolentes, vt veniant, mulctantur, ex d.§.adhibere. licet Spec.de teſtibus. §.de teſtium mulcta apponat declarationes, & limitationes. Tenentur inducentes teſtes illis prouidere de victu eo tempore, quo ad examen detinentur, Cyn.& Doct. in d.l.quoniam.C.de teſtib.

16 Iuramentum autem non præſtatur teſtibus, niſi citata parte, Auth. ſed, & ſi quis. C.de teſtibus; qui in eorum examine deponent pro veritate de his, quæ ſenſib. percipi poſſunt, c.teſtes.3.q.9.gloſ.& Innoc. in c.cum cauſam. de teſtibus. Doct. poſt glo.in l.teſtium. C.de teſtibus. Specul.in d.tit §.nunc, & de teſtibus plura in tit.ff. & C. de teſtibus. ff. C. de teſtib.

Plura itaq; publicatis atteſtationibus, poſſunt opponi contra teſtes, tam contra perſonam, quàm dicta, de quibus plura leguntur exempla apud Spec. de teſtibus, §.1.& in eod. tit. de teſtibus legitur pluribus de cauſis teſtes redduntur inhabiles ad teſtificãdum, vel quia amici, aut inimici, aut delicto aliquo detenti, de quibus in citatis locis, & in tractatu in 2. par. latius de eius materia dicetur, quo verò ad eorum dicta, vt ſi eſſent obſcura, ambigua, incerta, aut extra materiã articulorum, aut non iuratus depoſuit, l.ſi duo patroni. §.Iulianus.ff.de iure iuran. l. ſi quis libertatem.§.fin. ff.de petit. hære. aut parte non citata, l.iure iuran.C.eod.aut quia teſtis fuerat varius, l nullum.C.eod. ſic de ſingulis, vt ſuo loco dictũ eſt. De his etiam Petri Ferra. contra teſt. Specul. de teſtib. & ſimiles, qui de teſtibus tractarunt.

17 Secunda ſpecies probationum eſt illa, quæ fit per Inſtrumenta, teſtium probatio fit voce In

ce, iuſtrumentorum, fit ſcriptura, Spec. in tit. de inſtr. edit. §. dicto. Sumitur hic Inſtrumen-
tum, pro publico, ſolemni, & ritè ordinata ſcriptura authenticæ perſonæ manu; publicæ
cauſæ nomine facta, ſecundum Spec. in eod. tit. §. inſtr. & dictum eſt à verbo, inſtruo, quia
inſtruit mentem noſtram. c. fin. de dolo. & contum. Authẽ. ſi quis. C. eden. & appellatione
Inſtrumenti venit omnis ſcriptura, inſtruens cauſam, l. 1. ff. de fide inſtrum. glo. & Doct. in
Rubr. C. de eden.

18 Duæ ſunt ſpecies ſcripturarũ, publica, & priuata; Publica, facta de manu publicæ pſo-
næ, ſm̃ Specul. de inſtrum. edit. §. breuiter. §. nunc. continere debet nomen circunſtantias
ad eius validitatem, Inuocatio diuini nominis, Indictio, Dies, Menſis, & Annus; nomen
19 Principis, Locus, Teſtes, nomen Tabellionis, & eius Signum, & probantur per Authen.
vt nomen Imperat. §. 1. coll. 1. & l. contractus. C. de fide inſtrument. Iſta ſunt de ſubſtan-
tia, quo ad ſolemnitates in ſcriptura publica. Priuata verò, aliquando eſt propria manu
conuenti ſcripta, quæ exemplari poſsit. Exemplar eſt ipſa originalis ſcriptura, exemplũ,
quod ex ipſo originali tranſlatum fuit, Specul. in §. poſtquam. eodem tit. Qua de re, pri-
uata ſcriptura dicitur, quæ ab alijs, quã a publica perſona eſt deſcripta, & tres ſunt ſpecies.
20 Prima eſt illa, quæ fit ante ad ſuum fauorẽ, & nullam fidem facit, l. non exemplo. C. de pro-
bat. Secunda eſt illa, quæ fit ad fauorẽ alterius contra ſcribentem, & creditur, l. publica ne-
uia. §. fi. ff. de poſit. Tertiò, quæ fit ad fauorẽ ſuum, & aliorum, ſicuti liber rationũ, cui inter-
dũ creditur, l. ſi qs. ff. de edit. & l. quædã. §. numularios. eod. in caſu deficientis Notarij, ſi de
conſuetudine ſeruaretur, qđ ſcriptura priuata valeret, illa ſeruanda per c. cum dilectus. de
fide inſtr. Creditur Inſtrumẽto publico ſine alio adminiculo, quando non fuerit cancellatũ,
vel mutatum, aut innouatum, nec raſum, & ex ſimilibus, quæ poſsint inducere ſuſpicionẽ:
vt in Auth. de fide inſtrum. §. ſi verò. l. fin. C. de edit. diui Adrian. tollen. & latius de his re-
quiſitis in d. tit. C. de fide. inſtrum.

C. fide inſtrumẽtorũ.

21 Obijciuntur multa vltra prædicta contra ſcripturas, & præſertim, quia ſit Inſtrumentũ
ſimulatum, quod intelligitur, quando aliud eſt actum inter partes, aliud ſcriptum, l. 2. C.
plus valere, quod agitur, & tunc magis attenditur ad id, quod actũ eſt, quam quod eſt ſcri-
ptum, l. imaginaria. ff. de contrahen. empt. & latius in tit. C. plus valere, quod agitur, quam
quod ſimulat. Intellige de tractatu ſimulationis ante contractum, ſecundum Alex. in cõſ.
29. lib. 7. poteſt obijci etiam de falſitate, Spec. de Inſtr. edit. §. poſtremo.

C. plus valere, quod agitur.

Fiunt etiam probationes per ſcripturas antiquas, & in lapidibus inuentas. c. cum cauſa.
de probat. & c. poſt ceſſionem, eod. vt refert Spec. de probat. §. videndum. nu. 12.

22 Inſuper producuntur ſcripturæ factæ in alio iudicio, ſicuti atteſtationes, confeſsiones,
& ſimil. ſecundum Spec. de confeſſ. §. nunc. tamen illa tanquam inter alias acta non nocẽt,
niſi facta fuerint de actis præſentis iudicij, vt tertio noceant, non autem ipſis collitiganti-
bus, vt in tit. C. inter alios acta, & l. in l. fin. C. quibus res iudic. non nocet. & talis etiã po-
teſt opponi exceptio contra Inſtrumẽta, & ſententias datas in alio iudicio non nocere acta
abſenti, nec vocato ad iudicium.

C. inter alios acta.
C. qbus res iud. non nocet.

23 Tertia ſpecies probationum fit per famam, quæ dupliciter ſumi poteſt; Primò, pro ſta-
tu hominum, vt dum de bono, vel malo nomine agitur, glo. in l. 3. C. de Epiſcopali audiẽ.
l. capitolium. §. ſumatur. ff. de pœnis. Alia fama eſt alicuius facti, vel negocij, de quo parti-
culariter agitur inter homines, l. 3. §. eiſdem. ff. de teſtib. Et iſta eſt quædam communis o-
24 pinio, voce manifeſtata, ex quadam ſuſpicione proueniẽs. Appellatur communis, ad dif-
ferentiam particularis, vocis, quæ non inducit formam, l. quadã. §. quod dicitur. ff. de acq.
hæred. l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. Dicitur fama à fando; quaſi vox manifeſta. Ideò re-
quiritur manifeſtus ſermo de re ipſa, quæ originem ducat à perſonis dignis, non à male-
uolis, c. qualiter. de accuſat. & in probat. famæ exigitur maior pars eorum, ad quos per-
tinet, l. illud. §. refertur. ff. de regul. iur. & ſufficiunt duo teſtes ad illam probandam, glo. in
d. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. dummodo reddant ſufficientem rationem ſui dicti; & debent
dicere teſtes, ſe audiuiſſe à perſonis fide dignis, de quibus non recordatur ad præſens, ſe-
cundum Bart. poſt glo. in d. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus, & latius de his alibi.

25. Quar-

25 Quarta fit iuramento; nam cum contineat magnam religionem, ſic & magnam probationem, & fidem, vt habetur in tit. ff. de iure iuran. & eſt affirmatio, vel negatio adhibita religione, Doct. in Rubr. eod. & Goffr. Hoſt. & Azo. in ſumm. eod. tit. Triplex dicunt eſſe iuramentum, Voluntarium, Neceſſarium, & Iudiciale; Voluntariũ eſt, quod pars vna alteri præbet, & voluntariè recipitur, l. ius iurandum. ff. eod. Neceſſarium, quod à Iudice defertur, & tenetur iurare, l. generaliter §. ſui autem. C. eod. Iudiciale, quod defertur a parte parti in iudicio, & datur in caſu ſemiplenæ probationis, l. delata. C. eod. ſic parte recuſante non datur, Bart. in l. ius iurandum. ff. eod. Fit tale iuramentum triplici modo, verbo, dum dicitur, iuro; & non eſt neceſſe tunc dicere per Deum, Abb. in c. ſi Chriſtus. de iure iuran. Secundò modo fit per ſimplicem conteſtationem, vt dum iuratur in re ſacra, vel in manu ſui Prælati, vel ad ſancta Dei Euangelia. Tertiò, per execrationem, vt dum quis ſe obligat ad pœnam, vt ſuo dicto credatur. ff. C. iureiuran.

26

27 Inſuper aliud iuramentum dicitur promiſſorium, c. Quintauallis. c. veniens. de iure iurã. Aliud aſſertorium, vt in c. fin. ex. eod. Aliud confirmatorium, c. contingat. eod. Aliud ad litem; Aliud calumniæ, vt ſupra diximus. Aliud veritatis, aliud credulitatis; quoddam Tutoris ad cõfitendum debitum, Auth. vt hi qui obli. § 1. quoddam eſt purgationis, l. quãti. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. quoddam ætatis ad declarandum, an ſit maior, vel minor, l. hæc, & alij. §. ſacramento. C. de conſtit. quoddam eſt iudicij, vel aduocati, l. rem nouam. C. de iud. De his vide Doct. in l. admonendi. ff. eod. & l. bonæ fidei. C. eod. & in Rubr. cod. & Hoſt. & Goffr. & Robert. in d par. 6. de iuramento.

28 Quinta ſpecies probationum erit præſumptio. De hac materia multi tractarunt, nos verò eius deſcriptionem, & ſpecies demonſtrabimus, Goffr. in ſum. eod tit. ait, præſumptio eſt alicuius facti dubij, aliquoties plena, aliquoties ſemiplena probatio, Specul. in tit. eod. §. præſũptio, ait, eſt argumentum ad credendum vnum factum ſurgens ex probatione alterius; omiſſis alijs.

29 Circa eius ſpecies Menoch in lib. 1. q. 2. ponit diuerſas ſententias; quædam ſunt neceſſariæ credibiles, ſeu veriſimiles, ſecundum Bal. in Rubr. eod. Alia eſt iuris, alia de iure, alia Iudicis, alia poſſeſſionis, alia ex tempore; alia hominis diſcreti, alia ex conſuetudine. Tertia diuiſio, ſecundum eundem Bal. in Rubr. C. de probar. Alia eſt legis, alia hominis, & legis, aliquando eſt ſimplex iuris, aliquando iuris, & de iure. Quarta eſt, Specul. eod. tit. §. ſpecies; alia eſt temeraria, quædam probabilis, alia violenta, alia neceſſaria. Quinta eſt. Alia facti, alia hominis, alia naturæ, alia iuris, & iuris, & de iure; quædam temeraria, & leuis, alia probabilis, & diſcreta, & ſic de ſimilibus, vt ibi.

30 Temeraria, quæ coniectura eſt boni, & non mali, & ſigna ſunt pariter boni, & non mali, & talis fuit præſumptio Phariſeorũ, Luc. 7. dicentium; *Hic ſi eſſet Propheta ſciret vtiq; qualis eſt mulier, quæ tangit eum.*

31 Leuis eſt, in qua parua adeſt cõiectura mali, magna boni, aut ſigna boni ſunt multa, nulla verò, aut parua mali, vt de Salomone, 3. Reg. 2. Iudicãte fratrẽ morte dignum, ob id, quod petierat Abyſag. Sunamitẽ. Idem dicit Menoch. de homine bonæ famæ, alloquente, ſemel mulierem in loco ſuſpecto.

32 Probabilis eſt contraria leui, & ſumitur ex multis ſignis malis parua, ac exigua ſigna boni, Menoch. in d. q. 3. dicit, ſpecies eſſe quatuor; vna eſt iuris, & de iure, altera iuris tãtùm; Tertia hominis.

33 Neceſſaria eſt quibuſdam ſignis poſitis neceſſariò id efficimus, quod intendimus, & appellatur violenta, & violentiſſima, & ſumuntur ſigna vel à naturalibus principijs, vel ab humanis, vt ſi mulier lactat, ergo peperit, Bal. in Rubr de probat. nu. 6. Et hanc ſpeciẽ Spec. in tit. de præſumpt. § ſpecies. appellat iuris, & de iure, quia lex ita præſumit ita vt cõtrariũ non admittatur, & ſecundum Bal. in l. ea quidem. C. de accuſat. nu. 6. eſt ſtatus à iure promulgatus ex indubia coniectura; tamen iuris eſt, quia à lege introducta eſt, & de iure, quia ſuper tali præſumptione lex inducit firmum ius, & habet id pro veritate. Bal. in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. nu. 6. Fel. in c. quanto. de præſumpt. nu. 3. Alciat. in tract. de præſump. in prælud. nu. 3.

34 Præ-

34 Præſumptio veriſimilis dicitur de iure, vt quibuſdam poſitis veriſimiliter, & probabiliter, non autẽ neceſſariò ſequitur, quod intendimus; & à lege videtur probata, vt ex chirographo cãcellato veriſimiliter præſumatur ſolutio, l.ſi chirographum.ff.de probat.Bal. in Rubr.de probar.ita deſcribit nu.4. Eſt animi legiſlatoris ad veriſimile applicatio, onus probandi transferens; vel ſecundum eundem in l.ea quidem.C.de accuſat.nu.5. Eſt ſimilitudo quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur credenda. Alciatus verò ita ait in prælud.par.1.i.eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur.

Hominis præſumptio deſcribitur, vt præſumptio veriſimilis, & de iure dicitur hominis, non à iure, ſed hominibus probatur per Bal.in Rub.de probat.in fin.& in Rub.de præſumpt. nu. 3. & ſunt poſiti in Iudicis arbitrio, & raræ, ac multiplices ſunt, veniunt ex diuerſis cauſis, & diuiditur, ſecundum Bal. in d.Rub. de probat. in vehementem, & maiorem, & in non vehementem, & minorem; in prima eſt applicatio animi boni viri ad valdè veriſimimile; ſecunda verò eſt inclinatio animi viri boni ad eligendum alterum extremorum ex intellectu proueniens, ex coniectura nobili, Men.in q. 5. lib.1.

35 Probabilis præſumptio inſurgit principaliter ex cauſa, quia exemplo mouemur, ſic illa ſpectanda erit, necnon ex qualilate perſonæ, ex loco, ex tempore, ex qualitate facti, ex vtilitate: nam ex vtilitate, aliquando non corrigitur delinquens, vel minus corrigitur, c.ſi verum.31.q.2. ex fuga, negligentia, familiaritate, vicinitate, obſeruatione, ex euenti, frequentatione; ſic de ſingulis, relatis à Spec. in tit.de præſump. §. 1. ex quibus arbitrio ſuo Iudex iudicabit, ſi probabiliter id præſumi poteſt.

36 Præſumptionem conſtare debere argumentis, ſignis, & exemplis, Menoch. in lib.1.q.6. argumentum eſt ratio, quæ rei dubiæ facit fidem; & omiſſis alijs ſumitur hic argumentum, quod ex quibuſdam prius poſitis ducitur, & inde argumentamur; ſic multis poſitis argumentum ſumitur, l.3.in principio.& §.1.& l.ob carmen. §.1.ff.de teſt.& Bal.dixit in d.l.ea quid.C.de accuſat. argumentnm eſſe collationem plurium ad vnam concluſionem; ſignũ verò eſt pars argumenti, quia à pluribus ſignis conficitur argumentum, l.procula.ff.de ꝓbat. licet aliquando ex ſolo ſigno, quando eſt neceſſarium, vel credibile ſumatur argumẽtum, & ſignum appellatur indicium, vel coniectura, aut nota, ſeu veſtigium, ex Menoch. lib. 1. q. 6.

37 Indicium naſcitur à probabilibus, Bal.in l.non hoc.C.vnde legitimi.ita dixit; Indicium coniectura eſt ex probabilibus, & non neceſſarijs, orta à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo veri, quæ quandoq; ita præſcribit, & perſtringit mentem Iudicis, vt iudicet ſecundum ipſam; & in Rubr.C.de probat. ait eſſe præſumptionem minimam hominis boni, ſeu dictans argumentum à ſpecie probationis; plura refert Menoch.in lib.1.q.7.

38 Coniectura eſt, quæ naſcitur à probabilibus, ſicut Iudicatũ à ſententia, Bal. in Rubr.C. de probat. vel eſt ſignum, quod natura ipſa demonſtrat. At cum ſimilia potius in cauſa criminali, quam ciuili, de qua hic agitur tractentur, propterea nonnulla prętemittentur. Vide Menoch.lib.1.in d.q.7. & ſeq.

Tales præſumqtiones, quæ oriuntur ex qualitate facti, intrinſeca ſunt, quæ animæ adhærent, ſicuti quilibet pręſumitur bonus, 2.q.1. c.ad menſam, & tunc transfert onus probandi in aduerſarium, c.vnum.de accuſat. niſi in caſu, quo eſſet conuictus de malitia; quędam adhærent corpori, vt ſanitas, & infirmitas, in dubio præſumitur pro meliori, l.nec codicillos.C.eod.veluti ſanus mente, niſi appareat contrariũ quilibet præſumitur. Alię ſunt qualitates extrinſecæ, vt eſſe doctum, ex quibus, & etiam quę ſunt extra corpus non habẽt certam præſumptionem, ſic de ſimilibus.

39 Præſumptio ergo, quando habet ſua requiſita, facit ſimiplenam probationem hominis non legis; & præſumptio legitima hominis habetur pro liquidiſſima probatione, Bald.in addit. ad Spec.in §.fin. in fin.per l.licet.ff.de leg. glo.eod.in l.pen.C.de peric.tut.& de alijs vide ibi Bal. &

Cum ab vtraq; parte fuerint producta iura, & elapſi termini probatorij, publicatur ꝓceſſus,

ceſſus,& datur copia partibus,& tunc Iudex videt an opus ſit decreto, vel ne, veluti in cau-
ſa pupilli, vt in tit.ff.quandò decreto opus eſt.& quilibet Aduocatus partium Iudicem in- ff. qn decret. opus eſt.
40 format. Allegare, eſt intentionem ſuam per probationes in iudicium deductas oſtendere,
& eam iuribus defendere, Spec.in tit.de diſp.& alleg.§.allegare,& c.inter.de fide inſtru.
Talis publicatio eſt de ordine Iudicis, ſecundum Bart. in l.prolatum. C.de ſenten.& eſt
præambolus ad concluſionem in cauſa ſit partibus præſentibus, aut altera citata,& contu-
mace. Vide Robert.Marant. in 6.par. de proceſſus publicat. fol. 197. & publicare hic eſt
41 acta, & atteſtationes,& certas partes proceſſum aperire, & edere.i.copiam dare, vt vnuſ-
quiſq; videat ſtatū ſuæ cauſæ, & repulſa datur teſtibus, & alijs productis, vt ſup. dictū eſt.
Deinde concluditur in cauſa, per quam imponitur finis productionis actorū,& nil aliud
produci poteſt; & iſte terminus concluſio, ſecundum Rub.in d.par.6.fol. 202. idem eſt,qđ
42 renunciatio omnium probationum, & defenſionum producendarum, Auth.de teſt.§.quia
verò.per glo.in c.cum dilectus.de fide inſtru. tamen fieri poſſunt nonnulla, vt ibi. Iſta con-
cluſio non eſt abſolutè de ſubſtantia iudicij, ſed potius de quadam conſuetudine, Abb.&
Fel. in c. cum I,& A. de re iud.& Card.in Clem.ſæpè.§.& quia. de verb. ſignif. Ante con-
cluſionem Iudex terminum ſtatuit peremptorium partibus, vt in Auth. vt cum de appell.
cogno.§.1.& Auth.iubemus.C.de iud.& eo termino elapſo, Iudex pronunciat concluſum
eſſe in cauſa, Auth.de teſtib § quia nulli.

Poſt concluſum, Iudex monuit partes ad allegandum in iure pro inſtructione cauſæ, & diſputat cum Aduocatis de meritis cauſæ.& prior eſt ad allegandum actor, quàm reus, ſecundum ordinem iudicij, ſecundum eundem Robert. in d.6.par. verſ.Sextus decimus. Iudex his omnibus auditis, benè de cauſa eruditus, cuncta ſub compendio epilogat, c.Abbate.de re indic. & determinat in mente ſua quid agendum de iure, & accingit ſe ad ſententiam, cum partes petierint. Hæc de ſecunda parte Iudicij.

SVMMARIVM.

1 Terminus ad ſententiam diuerſimodè datur.
2 Partes tertia partis iudicij.
3 Sententia quid.
4 Sententia quot modis ſumatur.
5 Species ſententia.
6 Differentia diffinitiua ab interlocutoria.
7 Interlocutoria quare dicatur.
8 Decretum quid.
9 Praceptum Iudicis quid.
10 Mulcta quid.
11 Partes ſententia diffinitiua.
12 Intereſſe quotuplex.
13 Sententia continere poteſt etiam fructus.
14 An continere poſsit vltra id, quod petitur.
15 Poſſunt plures in vna ſententia condemnari.
16 Sportula quid.
17 Sportula quare dicantur.
18 Nullitas ſententia, qua.
19 Modi impugnandi ſententiam.
20 Appellatio quid.
21 Prouocatio quid.
22 Relatio quid, & quot modis ſumatur.
23 Reclamatio quid.
24 Supplicatio quid.
25 Recuſatio quid.
26 Reſtitutio quid.
27 Querela quid.
28 Reductio
29 Dilatio.
30 Qui poſsit appellare.
31 Littera reuerentiales, Apoſtoli, & teſtimoniales.
32 Tempus ad appellandum.
33 Quando appellatio non ſit recipienda.
34 Qui pro appellatis habeantur.
35 Appellatio an ſit facienda a tota cauſa.
36 Quoties appellare liceat.
37 Appellatio quando tollatur.
38 Effectus appellationis.
39 Pendere lis quot modis dicatur.
40 Principium, & finis litis qualis.
41 Innouare quid ſit.
42 Appellatio quando dicatur deuoluta.
43 Quando dicatur introducta, & incohata.
44 Quot modis finiatur appellatio.

56 *Fatales dies quales.*
57 *Res iudicata qua.*
58 *Deſerta appellatio, qua.*
59 *Sententia eſt exequenda.*
60 *Exequutionis forma.*
61 *Officium Iudicis quotuplex.*
62 *Quando detur.*

DILVCID. V. DE TERTIA PARTE IVDICII.

1 PETENTE parte, vt ad ſententiam procedatur, Iudex maudat partem ci-
tari ad audieudam ſententiam; ſi aliqua fuerit abſens, poterit expectari
per ſex menſes, ſecundum iura Auth. de litigioſis. Olim erat triennium,
l. properandum. ff. de re iud. Hodie monentur pro certa die, & ſi quis al-
legauerit abſentiam, tunc Iudex ei ſtatuit certum terminum ad audien-
ſententiam, quo elapſo, poterit ſententiam dicere, vt in tit. C. quomodo,
& quando Iudex debeat proferre ſententiam.

C. quomo.& quã. iudex.

2 Tres ſunt ſpecies, & particulæ vltimæ partis iudicij, ſententiæ, appellationis, & exquu-
tionis, licet appellatio non veniret ſub hoc iudicio.
3 Redeundo ad primam; Sententia eſt defenſio iudicialis, controuerſiæ finem imponens,
continens condemnationem, ſeu abſolutionem, Abb. in Rubr. de re iud. Specul. in tit. de
ſent. prolat. §. 1. Hæc locum habet in diffinitiua. Interlocutoria verò aliter dicitur, vt in-
4 fra, vnde prius notandum, quod nomen ſententię multipliciter ſumitur; pro oppoſitione,
& eo, quod alteri placuit, & eſt firma, ac indubitata reſponſio, Inſt. de iure nat. §. reſponſa
prudentum. Interdum ſumitur pro conſenſu, l. 1. C. vbi, & apud quem in integ. reſtit. po-
ſtul. aliquãdo pro ſcientia, l. viduæ. C. de nupt. aliquando pro conſilio, l. fin. C. de ven. reci.
aliquando litibus finem imponit, l. fin. C. de error. aduocat. ſimpliciter prolata de diffiniti
ua intelligitur, l. 1. §. biduum. C. quando appellatio ſit. Azo. in ſumma, C. quomodo, & quã-
do Iud. Interdum ſumitur pro dicto, l. cum tali. ff. de cond. & demonſt. aliquando pro for-
ma, l. diuus. C. de integ. reſt. aliquando pro diſpoſitione, l. 1. ff. de teſta. Interdum eſt volũ-
tas, l. 1. §. conuentiones. ff. de pact. his de ſimilibus.
5 Species ſententiæ ſunt quatuor, ſecundum Spec. in tit. de ſententia. §. ſpecies; Diffiniti-
ua, Interlocutoria, Præceptum, & mulcta. De diffiniriua iam diximus. Interlocutoria eſt
Iudicis ſententia prolata inter principium, & finem cauſæ ſuper aliquo incidenli, vel emer
genti, glo. in Clem. 1. de ſeq. fruct. Spec. de prolat. ſent. §. 2. & c. ſignificantib. de offic. deleg.
& dicitur ſemiplena defenſio negocij, l. qualem. ff. de arb.
6 Differt diffinitiua ab interlocutoria in pluribus, vt refert Robert. in par. 6. fol. 305. nam
per diffinitiuam terminatur negocium principale. Interlocutoria non tangit negociũ prin
cipale, ſed aliquod emergens, per Alex. in Rub. de re iud. Secundò, condemnatus diffiniti-
uè de aliquo delicto, efficitur infamis; ſecus interlocutoriè, per Alex. in l. ſæpè. ff. de re iu-
dic. Item appellatio à definitiua ſuſpendit, abſq; inhibitione; ab interlocutoria de iure ci
uili non appellatur, l. 2. ff. de appell. recipien. & ſi appellatur, non ſuſpenditur exequutio
ante inhibitionem, c. non ſolum. de appell. lib. 6.
Item, definitiua non reponitur, ſecus ab interlocutoria, l. quod iuſſit. ff. de re iud. & ſic
7 de ſimilibus; plura ponit Robert. in citato loco, dicitur; Interlocutoria, quia Iudex non
ſedendo, ſed interloquenvo pronunciat, & decernit: Vndc omnis prolatio Iudicis prola-
ta iudicialiter ſine ſcriptura, tribuens ius inter partes, dicitur interlocutoria, Auth. de li-
tigioſ. §. omne. coll. 8. & latius in tit. C. de ſent. & interlocut.

C. ſenten. & interloc.

Inſuper declaratur ibi contineri etiam decretum, & eſt idem, quod iuſſus Iudicis; ſu-
8 mitur autem decretum multis modis, ſecundum Specul. in tit. de primo, & ſecundo decre
to, §. dicitur. Interdum pro definitiua, vt l. decretum. ff. de re iud. pro interlocutoria, l. 1. in
fine. ff. de act. & obligat. Pro Papæ conſtitutione, nulla facta conſultatione, & redigitur in
ſcriptis, c. præſenti. de reſcript. Decretum eſt quædam ſententia, qua decernit Iudex actũ
eſſe iuſtum, auctoritatem ſuam interponendò, & approbando, & non debet interponi ſine
cauſæ

Digitized by Google

cauſæ cognitione, l.ſi finita.§.Iulianus, & §.ſi fortè. ff.de damn. infect. & profertur in ſcriptis, l.1.& 2.C.de ſent.ex peric.recit.differt à ſententia,quæ debet continere abſolutionẽ, vel condemnationem. Decretum continet promiſſionem, vel prohibitionem, l. ſi Præſes. C. de præd. minor. de hac differentia vide Io. Andr.in c.1. de rebus Eccleſ.non alienand. in 6. Bart.& Bal. in d.§. vbi decreto.

9 Præceptum Iudicis appellatur ſententia interlocutoria, vel definitiua, ſecundum gloſſ. ſing.in Auth. de litig.§.ad hoc.l.qualem.ff.de arbit. De hoc præcepto Iudiciali vide Abb. in c.fin.de confeſſ. factũ cum cognitione cauſę habet vim ſententię, Spec.in tit.de ſent.§.2. vbi plura,& de hoc loquitur in pręſenti,non de alijs,quę in vim citationis reſoluuntur, hic autem intelligitur, quando Iudex pręcipit confitenti, vt ſoluat,& dicitur pręceptum, quia non fit ordine iudiciario; ſic quędam habet cum ſententia, alia citationis, alia libelli, Specul. in d.§.ſpecies.nu.4.

10 Mulcta eſt pœna, & an differunt ad inuicem, Vide Bart. l. qui ea mente. ff.de fur. & an poſſit appellari à primo decreto,Vide eundem Bar. in l.apud Iul.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ. eat. & de hac habetur in l. eos. C.de modo mulctarum; & propriè imponitur ab homine, non à lege, l.aliud eſt fraus.ff.de verb.ſignific. & debet continere cauſam,vt valeat, in d.l. properandũ.C.de iud. datur ob contumaciam, vt compareat, de iſta vt pœna dicetur inf. C. mod.mulctarum.

11 Definitiua aũt ſententia iſta continere debet,vt valeat. Primò,vt proferatur in ſcriptis, & ſit recitata, l.1.& l.2. C.de ſent. Secundò, recitetur à Iudice, non ab alio, c.ad noſtram. de conſuet. non autem ab aſſeſſore, niſi ex particulari commiſſione, Auth. vt defunct.§.illud.coll.5. Tertiò, vt Iudex ſedeat, l.2.§.in bonis.ff.ſi quis.eod.in bon.poſſeſ. Authẽ. vt ab Illuſtr.§.nos.coll.5. vt in tit.C.de ſent. peric. recitan. Quartò, ſit præmiſſus ordo iuris, l. prolatum C.de ſent.& inter. Intellige de ordine generali, l.1.C.de appell.ſic duplex ordo iudiciarius, & iuris, ideò lata contra ordinem iudiciarium non tenet, ſed ſic contra ordinẽ iuris in quibuſdam, non autem in omnibus, vt alibi dicitur. Quintò, ferenda eſt ſententia prout iuris, l.rem nouã.ff.de iud. Auth.de defenſ. Ciuit.§.iuſiurando.coll.3. ſi aliter fuerit lata non tenet, l.ſi expreſſum.ff.de appell. C. de ſenten.

Sextò, dicenda eſt præſentibus, vel monitis, l.ea, quæ.C.quomodo,& quando Iudex,fallit in ſententia arbitri, l.diem.§.ſi quis.ff.de arbitr.

Septimò, non feratur contra res prius iudicatas, l. 1. C.quomodo, & quando Iud. licet in multis limitetur.

Octauò, non ſit prolata in diebus feriatis, l.ſi demens.§.arbiter.ff.de arbit.

Nonò, definitiua contineat abſolutionem, vel condemnationem, l. Præſes, C. de ſentẽ. inter. vel proferatur aliud verbum idem ſignificans, l. in ſumma. ff.de iure iuran.

Decimò, quod contineat quid certum, l.hæc ſententia.C.de ſent. in quantitate, vel qualitate, vt in tit.C.de ſent. quæ ſine certa quantitate. C. ſentẽ. quæ ſine certa quantita.

Vndecimò, ſi plures Iudices cognoſcant, ſimul debent interuenire, c.ſi quis.6.q.4.

Datur ſententia etiam pro eo, quod intereſt, vt in tit. C.ſent.quæ pro eo, quod intereſt. Intereſſe poteſt eſſe damnum emergens, vel lucrum ceſſans, l.ſtipulationes.§.fin.ff.de verb. oblig. l.naturale.ff.de præſcript.verb. Intereſſe eſt triplex, l.1.C.de ſent.& glo.in l.1.ff.de act.empt. conuentum, commune, & ſingulare. C. ſentẽ quæ pro eo, quod intereſt.

12 Vnicum eſt intereſſe, ſed ita tripliciter æſtimatur, aut dicitur aliud intrinſecum, vt quia deficit res in valore,& bonitate; aliud extrinſecum, vt defectus vtilitatis, vt qui rem promiſſam non ſoluit tempore debito, l.nummis.ff.de in litem iuran. Vide Fel. in c. cum venerabilis. de except. & Spec.de fruct. & inter.

13 Poteſt continere ſententia fructus perceptos de re, ſuper qua lis pendebat, & de expenſis litis, vt habet in tit.C.de fruct.lit. & expenſ. & de expenſis litis, in l.ſancimus.C.de iud. ibi Cyn.& glo. in l.terminatio.C.eod. Spec.in tit.de expenſ.& dabantur diuerſis ex cauſis, vel ratione victoriæ, l.properandum.§.fin.C.de iud. Auth. de iud.§.oportet.quandoq; debentur ratione contumaciæ,vt in d.l.ſancimus. quandoq; ratione retardati proceſſus,l.non ignorat.C.eod. quãdoq; rõne indebitæ citationis, l.cũ,qui. ff.de iud.De his etiã Ferrarien. in form.libel. act.real.in verb.expenſis. C. fruct.& lit. expenſ.

Condemnatur etiam aliquis in ſententia vltra id, quod petitur, vt dum Iudex dicit, *Cōdemno te, vt ſoluas centum tali menſe, alias te condemno ad centeſimam partem*; ſic elapſo tēpore appoſito, incipit currere vſura, vigore ſententiæ, vt habetur in tit. C. de vſur. rei iud.

C. vſuris rei iud.

14 Poſſunt plures in vna ſententia condemnari, vel abſolui, ita vnuſquiſque pro parte ſua dicatur abſolutus, vel condemnatus, niſi in ſolidum eſſet pronunciatum, vt habetur in tit. C. ſi plures vna ſententia.

C. ſi plur. vna ſenten.

15 Iudex cum in ſententiando laboret, dignus eſt mercede ſua, nam cum labor in dāno eſt, creſcit mortalis egeſtas, l. ſi. C. de allunio, & ibi glo. ſic prouiſum eſt, vt dentur ſportulę pro 16 ſalario ſuæ mercedis, & laboris, vt in tit. C. de ſportulis. Sunt autem ſportulæ ſumptus, vel ſalaria apparitorum; olim erant quidam apparitores, qui de publico accipiebant ſalariū, & ſportulas pro Fiſco, & reponebant in ſporta, vaſe, ſeu ciſta, in quo conſeruabantur à deputatis, ſub fida cuſtodia, & non erant determinata certa quantitas, ſed ſecundum quali-17 tatem perſonarum maior, vel minor ſumma deponebatur. Hodie taxationes quædam ſecundum diuerſitatem locorum ſunt deputatæ Iudicibus, quæ antiquorum nomen ſportularum retinent. Sic hodie ſportulæ ſunt pecunia, quam actor, & reus in litis conteſtatione deponebant, vt qui ſuccubuiſſet pro mercede æquis penderet Iudici, vel Fiſco, ex Alciat. in lib. 3. diſput. c. 16. Vide de his in glo. Inſt. de act. §. triplici. Auth. de exhibē. reis §. ſcimus, & l. ſancimus. C. de ſport.

C. de ſportu.

Data ſententia, tunc partes intuentur eam, an reſcindi poſſit, vel quia ſit nulla ipſo iure, vel annullandam, ſecundum Spec. de ſent. §. iuſſu, & habetur in tit. C. ſent. reſcin. poſſ. 18 Nulla dicitur pluribus modis, vel quia non habet requiſita, de quibus ſupra, aut ratione defectus iuriſdictionis, quia non eſt competens, aut defectu mandati, vel quia lata ſit contra non habentē poteſtatem interueniendi in iudicio, l. 1. & l. 2. C. qui legit. prohib. in iudicio ſtar. l. ſi curatorem. C. de in integr. reſt. aut ratione loci, vt dum Iudex ſententiauerit extra territorium ſuæ iuriſdictionis, c. Romana. de foro compet. aut quia lata fuit in Eccleſiam à Iudice laico, c. decet. §. ordinarij. de immunit. Eccleſ. vel ratione temporis, vt quia in die feriato, c. fin. de fer. l. ſi dies. C. eodē. vel quia extra terminum iuris, l. 2. §. & ſi Iudex. ff. de iud. aut quia de nocte, l. 2. §. & quia. ff. de orig. iuris. quintò, ratione cauſæ, quia non contineret nec abſolutionem, nec condemnationem, Spec. ibi nu. 8. ſextò, ratione quantitatis, vt ſi extra petita ſi petantur, decima condemnantur ad vigeſima, l. qua de re. ff. de iud. l. diligenter. ff. mandati. ſeptimò, ratione modi, vt qa non ſedit, l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. l. ſi cum dies. ff. de arb. Spec. ibi nu. 2. Dubitat an iſtæ ſint ſolemnitates de ſubſtantia, ſedere, vel accidentale, per l. 1. ff. de accuſat. inſpiciendum & refert ſit de ſubſtantia actus. Octauò, ſi ex defectu proceſſus, vt ante litem cōteſtatam, vel omiſſum fuit aliquid de ſubſtantia ordinis iudiciarij, de quibus ſup. Nonò, ſi lata fuerit poſt appellationem legitimā, c. ad audientiam. de appell. Decimò, ſi continet expreſſam iniquitatem, vel errorem, l. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. vt ſi contineret aliquid contra ius diuinum, naturale, vel contra legem, aut honeſtatem, c. 1. de reg. iur. l. ſi expreſſim. ff. de appell. aut continet impoſſibile, l. fin. ff. quæ ſent. reſcin. poſſ. & plura refert Spec. in tit. de ſent. vt ſupra dictum eſt, & in §. iuxta. nu. 26. dubitat, ſi appellaretur ab huiuſmodi ſententia, nulla per appellationē confirmaretur, & dicit, ſi hoc fuerit expreſſum, certum eſſe non confirmare, ſecus ſi non fuerit expreſſum, & poteſt tamen ſemper, & quandocunq; retractari ibi Specul. nu. 30. & in his caſibus ſententia reſcinditur.

C. ſenté. reſc. poſſ.

19 At ſi ſententia nullitatem non contineret, tunc impugnatur ob grauamen, vel iniuſtitiā, ſecundum eundem Spec. de ſent. §. quoniam, & numerantur ibi ſeptem modi impugnandi, Primò, per appellationem. Secundò, ſupplicationem. Tertiò, in integrum reſtitutionem. Quartò, ſimplicem petitionem, quam Iudex poterit ſuper eiſdem pronunciare. Quintò, per querelam falſi. Sextò, implorationem iudicis auxilij. Septimò, quando poſt ſententiam nullo remedio attentatum de nouo cognoſcatur. Et hæc eſt ſecunda pars tertiæ partis principalis.

Fuit prouiſum à iure, vt ſentiens ſe grauatum poſſet ſe appellare ad ſuperiorē infra decem dies, vt in Auth. hodie. C. de appell.

20. Appel-

20 Appellatio diuerſimodè deſcribitur, ſed omiſſis alijs, quæ ad eundē ſe referunt, eſt pro-
uocatio ad maiorem Iudicem ratione grauaminis illati, ex Hoſt.& Goffr.eod.tit.glo.in c.
2.de conſuet.lib.6. Bart.in l.1.ff.de appell. Abb.in Rubr.eod.

21 Prouocatio eſt omnis actus, per quem Iudicis officium, ſeu auxiliū imploratur, Robert.
in 6.par.de appellat.fol.223.nn.2. ſic prouocatio continet appellationem iudicialē,& ap-
pellatio propriè continet iudicialem tantùm, non extra iudicialem, Abb.in c.cum ſit Ro-
mana. de appell. Notantur ex iſta deſcriptione propriè appellationem eſſe Iudicialem, in
quam cadit prouocatio; Secundò, fit à minori ad maiorem Iudicem, glo.in c.2.de cōſuet.
lib. 6. Tertiò, quod poteſt interponi non ſolum à grauamine illato, ſed inferendo cap. vt
debitus, de appellat.

In iure habemus plures terminos ſuſpenſiuos cauſarum, veluti appellatio, prouocatio,
relatio, reclamatio, ſupplicatio, recuſatio, reſtitutio, querela, reductio, & dilatio; ita re-
fert Robert. in citato loco, de appell. de prouocatione iam diximus, & habetur in tit.ff.&
C.& Auth.de appell.& prouocat.relatio multipliciter ſumitur. Aliquando pro reſponſio- ff. C.Aut. de appell. prouoc.
ne principis in cauſa ardua. Spec.in tit.de relat.in princ.& in l.1. C.de relat. Secundò mo-
do ſumitur pro eo, quod iudex delegatus refert principi, iuxta mandatum factum, c.con- C. de relat.
22 ſtitutus de appell. Tertiò, ratione cauſæ, vt ſi cauſa eſſet grauis,& referēda principi, c.ma-
iores de bapt. Quartò, quando cauſa fuerit commiſſa vni de conſiliarijs ad referendū om-
nibus. Quintò, ſi cauſa fuerit commiſſa, vt terminetur de iuriſperitorum conſilio, tunc eo-
rum votum referendum, & tandem relatio eſt actus ſuſpenſiuus, & ea pendente nil poteſt
innouari. Bal.in l.fin. C.de relat.

23 Reclamatio eſt quidam terminus generalis, & refertur ad illas ſententias, à quibus de
iure non appellatur, veluti à laudo arbitrorum, & tunc idem eſt, quod reductio ad arbitriū
boni viri, l.cum antea.§.1.C.de arbit. & iudicium reductionis eſt iudicium raclamationis,
videntur æquiuocare iſta duo vocabula; ſi referatur ad Principem, vel Præfectum præto-
rium, tunc eſt idem, quod ſupplicatio, l.1.C.de ſent.Præfect.præto. C. ſent·præfec.præt.

24 Supplicatio eſt reclamatio à ſententia Principis, à qua ob reuerentiam non appellatur,
ſed ſupplicatur apud eundem Principem, vt ſuo grauamini melius conſulat, & cauſam de
nouo cōmittat, vt de grauamine cognoſcatur,& idem eſt, quod reclamatio, l.1.C.de ſent.
Præf.prætor. & ſic in omni caſu, in quo prohibetur appellatio, conceditur ſupplicatio. Tā-
tum remedium extra ordinarium, ex quo deficit ordinarium; Vide Robert. pro multis in
d.loco nu.12.ad fol. 225. Differt ſupplicatio ab appellatione in multis. Appellatio fit in-
fra decē dies; Supplicatio poteſt fieri etiam intra duos annos. Secundò, appellatione pen
dente non fit exequutio ſententiæ; ſecus in ſupplicatione ſola. Tertiò, appellatio eſt reme
dium ordinarium; ſupplicatio extraordinarium; & plura ponit ibi Robert.

25 Recuſatio, ſi Iudex ex aliqua cauſa redderetur ſuſpectus, tunc pendente recuſatione, nō
poteſt exercere in cauſa illa iuriſdictionem, Bar.& Doct. in l.quia poterat.ff.de treb.& ibi
Robert.in nu.24.ad pag.226.ponit cauſas ſuſpicionis.

26 Reſtitutio eſt alter actus ſuſpenſiuus, quia eſt in priſtinum ſtatum repetitio, l.quod ſi mi-
nor.§.reſtitutio. ibi Bart.& Doct., ff.de minor. De hac reſtitutione plura diximus in lib.3.
de Rebus.

27 Querela eſt alter actus ſuſpenſiuus, triplici modo ſumi poteſt; Primò, largè pro omni
remedio, & continet appellationem, & reſtitutionem, glo.in l.ab eo.C.quomodo,& quā-
do Iudex.nam qui non poteſt appellare, quærelat. Eſt.n.querela, quando reclamat oppreſ-
ſus, vt per viam iuris ſuccurratur, per Dec. in conſ. 125. & habet locum in grauamine ab
actibus extra iudicialibus, aut per aliquam interlocutoriam ſine cauſæ cognitione prola-
tam. Vide Robert. in d.loco par.6. fol.230. nu.102.

28 Reductio eſt alter actus ſuſpenſiuus, & eſt ſpecies appellationis, licet non ſit appellatio,
l.non diſtinguemus. §.cum quidam. ff.de arbit. & habet ſimilitudinem appellationis, quia
impedit exequutionem, dum petitur reductio, & de hac reductione vide eundem Robert.
in citato loco.

29 Dilatio eſt, de qua ſupra diximus; nam tunc ea pendente, quieſcit, & ſuſpenditur officiũ Iudicis in ſententiando, l. ſiue pars. C. de dilationibus. Iſta breuiter collegi ex Spec. & Robert. Marant. in citatis locis pro prædictorum terminorum notitia.

Introducta videtur appellatio, vt imperitia, ſeu iniquitas corrigatur iudicantium, 2.q.
30 5.c.ad Romanam. Ille appellat, qui grauamen à ſententia recipit, l. tutor. l. ab exequutione. ff. de appellat. Si cauſa fuerit appellabilis, appellatio duobus modis agitur, viua voce, & ſcriptura, hoc eſt libello coram Iudice à quo, l. litigatoribus. C. eod. Forma iſtius libelli habetur in c. poſt appellationẽ. §. fama. 2.q.6. & tales litteræ appellationum pluribus nominibus appellantur; Primò, Apoſtoli, quaſi miſſiuæ litteræ, cum Apoſtolus interpretetur miſſus. Iudex à quo litteras mittit ad Iudicem, ad quem appellatur, cuius forma traditur in d. §. forma.

31 Reuerentiales, ob reuerentiam Principis, ad quem appellatio dirigitur. Teſtimoniales, quia appellans, coram teſtibus appellauit, ſic litteræ appellationis dicuntur teſtimoniales. Ita libelli, ſeu litteræ dimiſſoriæ, quia mittantur ab vno Iudice ad alium, vt in tit. ff. libell. dimiſſorijs, & eius forma habetur in l. 1. ff. eod. Has litteras appellans maxima cum inſtantia petit, vt in c. poſt. 2.q.6. quas & ſi Iudex non dederit, tamen proſequitur appellatio, l. eos. §. appellatione. l. Iudicibus. C. de appell. & tunc expirat iuriſdictio iſtius Iudicis, l. 1. C. de iud. l. ex illo. C. de appell.

ff. libell. dimiſſor.

32 Tempus ad appellãdum olim erat biduum à die latæ ſententiæ in propria cauſa, in aliena erat triduum, l. 1. §. biduum. §. dies. §. impropriè. C. quando appell. ſit. Hodie ſecundum iura Auth. dantur decem dies, quæ incipient à die notitiæ ſententiæ, l. 1. C. eod. tit. d. glo. & Auth. hodie. C. de appell. De his habetur in tit. C. de temp. appell.

C. de tẽp. appel.

Poſtquam fuerit appellatum, datur annus vtilis ad proſequendum, ex iuſta cauſa biennium, Auth. ei, qui. C. de temp. appell. Auth. de appell. §. ſancimus; ſed de his alibi, & in tit. ff. quando appellan. ſit. Multa ibi, quæ in C. ſunt circa tempora aliter terminata, de quibus nos alibi dicemus.

ff. quã appe.

At ſi Iudex appellationem admittere noluerit, vel quia ita de iure ſentiendum, aut quia non fuit interpoſita ab eo, cuius ſua intereſt, vt in l. 3. §. 1. ff. de appell. aut quia res dilationem non poſtulat, vt in tit. ff. de appel. recipien. & hoc multis de cauſis accidit, vt quia Prin-
33 ceps ſententiauit, vt in Auth. de ſanct. Epiſc. §. 1. aut quia ita commiſit, aut partes ita conuenerunt, l. 1. C. de temp. ad appell.

ff. app. recip.

Sic ſunt multæ cauſæ, à quibus appellare non licet, vt in tit. ff. à quibus appellari non licet, vel ratione perſonæ iudicantis, vt à Præfecto prætorij, aut reſpectu cauſæ ſummariæ, aut ſimilium, quæ habentur in tit. ff. à quib. appell. non licet.

ff. à qb. app. non lic.

Hoc idem, ſi ſententia lata fuerit à Iudice competenti, cum nulla ſit; Ideò non appellatur ab ea; ſi fuerit interpoſita, erit nulla, niſi prius conſenſerit, vt in tit. C. ſi à non competent. Iudice.

C. ſi à nõ cõpet. iud.

Interdum, ratione perſonæ appellantis appellari non poteſt, quia ille debet appellare, cuius intereſt, & quæ cautè per alios agi poſſint, Vide glo. in l. 1. §. 1. ff. an per alium cauſæ appell. redd. poſſ. & glo. in c. 1. de iud. lib. 6.

ff. an p aliũ cau. app.

Appellans deputatus ad munera publica, & ad tutelam pueri, & ſimilia, auditur cauſa iuſta; & eius appellatio admittitur, alias de damno illato pupillo, vel Reipub. tenebitur de ſuo, vt in tit. ff. ſi tutor, vel curator appell.

ff. ſi tut. vel cur. at.

Sunt reiectæ appellationes pariter reſpectu cauſæ, quæ declarantur in tit. C. quorum appell. non recipitur, vt & in alio tit. C. quando prouocare non eſt neceſſe, & ff. quæ ſine appellatione cognoſcuntur, quæ ex diuerſitate cauſarum inducuntur. Ideò in multis cauſis nõ eſt neceſſe prouocare; quædam cognoſcuntur ſine appellatione, quædã aliæ non recipiuntur per appellationem, quia ſententia nulla, vt latius de eorum cauſa in dictis titulis videri poterit; reijcitur appellatio in momentanea poſſeſſione in cauſa retinendi, in interdicto, vti poſſidetis, vt vbi adipiſcendi, & ſic de ſimilibus, vt in tit. C. ſi de momentanea poſſeſſione.

C. quorũ ap. nõ recipitur.
C. qñ prouoca nõ eſt neceſſe.
ff. q ſin. app. cognoſc.
C. ſi d mom. poſſeſ.

34 Qui-

34 Quidam verò cum fuerint impediti, aut quia fuerunt abſentes cauſa Reipubl. aut de ſi-
mili non potuerunt appellare intra legitima tempora, fuit prouiſum illi tempus non cur-
rere, vt in tit. ff.eum, qui appellauerit.

Si quis metu Iudicis, & iuſto timore, cadente in conſtantẽ virum non appellauerit, ex-
cuſatur, & eius appellatio admittitur, l.fin. ff.de reg.iur.l.in ſimilibus.ff.de appell.& in tit.
C.his, qui met.Iud.non appell.

Poteſt appellari à tota ſententia, & à qualibet eius parte continente grauamen,& à quo
libet iudicio, tam ordinario, quàm delegato, de quo habetur in tit.ff.quis,& à quo appel.

35 Si reus appellaret ab vna cauſa, & vno iudicio, poterit tamen idem Iudex cognoſcere
cauſas eiuſdem rei, quæ non ſunt annexæ in appellatione, vt in tit. ff. apud eum, à quo ap-
pellatur alia cauſa agere compell.

36 In vna eadem cauſa tertio prouocare licet, vltra verò in eadem cauſa inter eoſdem liti-
gantes non conceditur, vt in tit. C. ne liceat in vna, eademq; cauſa tertio prouoc.

37 Tollitur aliquando appellatio morte rei pẽdente lite appellationis, ſed in hoc ſeruatur
regula. Si agitur ad rem, tanquam ad æſtimationẽ; ſi res interemitur, non videtur inter-
emptum iudicium, ſed ſi tanquam ad commodum petentis tunc interempta re tollitur etiã
iudicium, vt in tit.ff.ſi pendente appell. mors interue.

38 Appellationis autem effectus multiplex; aliquando erit fruſtratoria appellatio; aliquã
do rationabili,& legitima,vt ſupra diximus, Specul.de appell.§.nunc dicamus. Iudex itaq;
debet iudicare in appellatione ſecundum leges tempore latæ ſententiæ, vt in tit. Auth. vt
cum de appell. cognoſcenr. Ideò ſi poſtea promulgentur aliæ leges, non tenetur ſm̃ eas.

Inſuper conteſtata lite, non licet ea pendente aliquid innouare, vt in t.t.C.vt nemini li-
ceat ſine Iudicis auctoritate ponere ſigna rebus litigioſis pendente iudicio. Immo ſi preces
Imperatori offerrerentur ſupplicationis contra iudicium, ad implendam ſententiam, non
nocerent ſententiæ, quia hoc prohibetur in tit.C.vt lite pend. nulli liceat.& in tit.ff.nil in-
nouan.appell.pend. lis pendere dicitur, vt nil debeat innouari, cum citatio legitimè perue-
nerit ad partem, vel per eam ſteterit, quo minus peruenerit cum tali expreſſione, quod po
tuerit inſtrui ſuper quo conueniatur, c.fin.Clem.vt lit.pend. & ibi glo.& Doct. ſecundum
ius Canonicum; ſecundum ius Ciuile per libelli oblationem, & litis conteſtationem. De
his plura Lancell.de attent.cap.4.in præfat. ſecundum quoſdam refert litem pendere quin
que modis, per libelli oblationem, appellationem, relationem, conſultationem, cauſæ ſu-
39 perioris factam recuſationem, Iudicis reſtitutionem in integrum. Hæc ex Ferrarië. in for-
ma reſpon. rei in verbo exceptionem. Alij dicunt ſeptem modis, addendo duos caſus per
impetrationem Iudicis, commiſſionem cauſæ, Guid.Pap. in deciſ. 488. & 337. tamen re-
ſtringunt prædicta ad duo extrema, ad principium, & finem litis. Principium litis cogno
ſcitur per libelli oblationem, Principi factam, per citationem, litis conteſtationem, ſubro
40 gationem gratioſam, admiſſionem tertij ad cauſam, & extraiudicialem appellationem, vt
refert Lancell. de attent.in 2.par. præfat.c.4.&c. ergo,&c. Item dicimus diuerſimodè in-
nouare, quandoq; pro renouare; vt dum dicimus, Confirmamus, & innouamus, c innoua-
41 mus.de tregua,& pact. quandoq; pro non extinguere, l. cum notiſſimi.§.immo. ibi gloſ.in
verb.Innouat.C.de præſcript.triginta annorum. Aliquando eſt nouum ius impetrare, Inno.
in c.1.vt lite pend. Interdum eſt beneficium impetrare, Io. Monach.in Rubr. vt lite pend.
lib.6. quandoq; pro actu facto in contemptũ; Ita accipitur in præſenti; & quæ dicantur in-
nouata, & attentata, Lancell. in ſuo tract.in præfat.in 1.par.nu.14. vbi deſcribit. Attenta-
tum, ſeu innouatum eſt omnis actus, ſine rationabili cauſa, lite, appellatione, aut his æqui-
pollentibus, pendentibus à Iudice, ſeu à parte, aut ab habentibus cauſam ab eis in contẽ-
ptum iuriſdictionis, & præiudiciũ partis factus, officio eius, cuius fuit læſa Maieſtas, in pri-
mis, & ante oĩa reuocandus, & ibi illum declarat.

42 Impugnatur appellatio multis modis, vt dictum eſt, & declat Specul. in tit. de appell,
§. qualiter.

43 Tranſactis fatalibus, dicitur res iudicata,& prius videndum, quod appellatio dicitur in-

ff. eum, qui eppell.
C. His, q me tu iud. non app.
ff. quis, & à quo app.
ff. apud eũ à quo app.
C Ne liceat vna cauſ.
ff. ſi pẽd ap. mors interuen.
Auth. vt cum de ap. cogn.
C. vt nemini lice. ſine iud.auct.
ff nil innou. app. pẽd.

44 troducta, incohata, & deuoluta. Appellatio dicitur deuoluta, quando eſt legitimè interpoſita, parti intimata, Auth. in c. veniens. de re iud. Introducta videtur, quando eſt in adiutorio, Principis intimata. Incohata, quando pars citata, per l. fin. §. 1. C. de tempo. appell. Lancell. in 2. par. in præfat. cap. 12. nu. 5. & ſeq.

45 Appellationes finiunt renunciatione per comparationem coram Iudice, à quo, per compromiſſum factum appell. pendente tranſactione, noua ſententia, morte appellantis in cauſa criminali ob deſertionem, & lapſum fatalium, l. fin. C. de temp. appell. Inſuper appellatio terminatur ob non petitionem Apoſtolorum, vel non redditionem; ſi tempore debito non fuit commiſſa.

46 Fatales dies dicuntur, quibus fatum. i. finis cauſæ imponitur, glo. in l. 2. C. de temp. & repar. Sunt dati plures dies ad terminandum cauſam. Primus eſt ad appellandum, vt in c. cõcertationi. de appell. lib. 6. vt dictum eſt; & annos ad proſequendum quibus fatalibus elapſis cauſa dicitur deſerta.

47 Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, l. 1. ff. de re iud. & tunc perempta eſt omnis appellatio, glo. ibi verbo accipit. Tria requiruntur ad rem iudicatam; Primò, contineãtur eædem perſonæ in ſententia. Secundò, eadem res, quæ petitur in ſententia, & eædem cauſæ; quibus concurrentibus, tunc habet locum res iudicata, l. an eadem. §. hoc iure. l. cum q̃ritur. ff. de re iud. glo. in c. aduerſario. de except. Inſuper vt ſententia ſit de iure valida, l. 4. §. fin. ff. de re iud. Talis res iudicata reſcindi non poteſt, vt in tit. ff. & C. de ſent. & re iudic.

ff. C. de re iud.

48 Inſuper appellatio dicitur etiam deſerta, cum eius iudicium proſequutum non fuit; deſeritur pluribus de cauſis, quas numerat Rubert. in par. 6. fol. 259. à nu. 339. & ſeq. Primò, ſi appellationem non fuerit proſequutus infra tempus à iure ſtatutum. Secundò, quando appellans non præſentauit proceſſum Iudicis ad quem, infra quinquaginta dies, ſeu alios, ſecundum ſtylum loci. Tertiò, ſi infra terminum ſtatutũ à Iudice, à quo cauſa non fuerit proſequuta. Quartò, ſi appellans non petijt Apoſtolos infra debitum tempus. §. de iure triginta dies. §. ſi à non admiſſione interlocutoriæ non appellatur. Sextò, ſi innouat contra inhibitionem, ſeu attentat. ſic de alijs, de quibus ſup. diximus. & ibi Robert.

49 Terminata ſententia ex his, quæ de iure erant adducenda, Iudex mandat exequi ſuam ſẽtentiam, l. 1. C. de exequut. rei iud. ſic ſententia habet paratam exequutionẽ poſt rem iudicatam, l. ſi cauſam. C. eodẽ. Nam alias fruſtra ferretur ſententia, niſi debitæ mandaretur exequutioni, c. quod ad conſultationem. de re iud. glo. in Rubr. C. de exequut. rei iud. & ſeruatur ordo in exequutione, l. à diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iudic. Primò, exequatur in mobilibus, deinde in ſtabilibus; poſtremò circa nomina debitorum. His omnibus deficientibu, deuenitur ad capturam perſonæ, Bar. in l. 3. §. tutores, & ibi glo. ff. de ſuſpect. tut.

C. exequutio rei iudic.

Auth. Exequutoribus.

50 Ita exequutorem eum dicimus, qui poſt ſententiam inter partes auditam, & diſcuſſa lite, prolata res iudicata, ad finem perducit, quod iudicatum eſt, l. exequutorẽ. C. eod. & de his et vide in Auth. exequutoribus, quæ impediant exequtionẽ; Sed de alijs alibi videbimus.

At vt ordinẽ Iuſtiniani ſequamur, vt in §. 1. Inſt. de off. Iud. vbi legitur his verbis. *Sufficit vt de officio Iudicis diſpiciamus, & illud in primis obſeruare debet Iudex, ne aliter iudicet, quã legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.* Et in glo. legitur continuatio, In verbo ſupereſt, quia de actoribus diximus, & de reis, ſequitur, vt de Iudice, qui ſedet in medio, dicamus, & eius officio, circa quæ verſetur, de hoc habetur in tit. Inſt. de off. Iud.

Inſt. offic. iud.

51 Duplex eſt officium Iudicis, Nobile, & Mercẽnarium; Nobile, quod non deſeruit alicui actioni, ſed procedit ex ſe. Mercenariũ, quod deſeruit actioni intentatæ per partẽ, glo. & Bar. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. in c. fidẽ. ff. de off. ord. Spec. de act. ſeu petit. §. fi. verſ.
52 dicẽdũ. ſic datur in ſubſidiũ cũ deficit actio, l. quidã. ff. de edẽ. Itẽ tanquã remediũ ordinariũ cõpetit ex omni actu bonæ fidei facto, deficiente actione, l. cum filius. ff. ſi certũ petat. glo. in l. ſi ſeruus. ff. de vſufr. & ſic in caſu deficientis exceptionis, l. fin. ff. de petit. hæred. Imploratur, ne grauamen offendat, dũ de eo timetur, l. ſi pater tuus. C. qui bonis. C. de poſſeſ. Vid. Fel. in c. 2. de offic. ord. & Specul. in tit. de expẽſ. §. 3. & de off. Iud. Bart. in l. 4. de dãn. infect. Et hæc de ordine Iudicij.

DILVCIDATIONVM TOTIVS IVRIS CIVILIS LIBER QVINTVS.

DE DELICTIS.

SVMMARIVM.

1 Delictum, & peccatum quid.
2 Differentia à crimine.
3 Quot modis ſumatur delictum.
4 Crimen quid.
5 Maleficium quid.
6 Delictorum diuiſio.
7 Publica, & priuata delicta, quæ.
8 Innominata, & nominata, quæ.
9 Leuia, & atrocia, quæ.
10 Quæ committantur animo.
11 Grauitas in delictis, quæ.
12 Eccleſiaſtica, & mixta delicta, quæ.
13 Delictorum differentia.
14 Nomina diuerſorum delictorum.

PRAELVDIA.

LEGVM conditores cum tenuerint animum, vt legibus, pax, & morū honeſtas inter omnes homines conſeruaretur; Ideò qualiter quiſq; viuere, cum hominibus conuerſari, de rebuſq; tractare conueniret ſupra diſpoſuimus; & ne hominum audacia (quæ vt plurimum legibus aduerſatur) damnum bonis inferat; Circa delictorum coërtionem, de modo, & forma puniendi delinquentes in hoc quinto Libro noſtrarum Dilucidationum tractabitur; & totam omniū legum poteſtatem in ſimilibus exarandis breui conſtringimus ſermone. Diximus de Delictis, potiuſquam de Criminibus: Nam delictum eſt, vt genus generaliſſimū: Crimen, vt ſpecies, vel vt genus ſubalternum: Ita etiam differt delictum à peccato; præterea declinare à bono eſt delictum, facere malum eſt peccatum, qđ
1 eſt mali perpetratio, c.inter hæc.de pœnit. diſt.2. Delictum eſt boni deſertio; ſic propriè
eſt quaſi ignoranter commiſſum peccatum ſcienter, c.ſi peccatum.de pœnit.diſt.1.in gloſ.
2. differt à crimine, quia delictum cōmittitur ſiue cum animo, ſiue non; Crimina verò ex
2 animo, ex glo.in Auth.qua. C.vbi de crim. agi oppor. Eſt autem delictum genus grauiſſimum, ſiue ex animo proueniat, ſiue non, vt in c.1.in fin.lib.6.de cleric. coniug. Impropriè verò crimen dicitur etiam delictum, Bart. l. tranſigere. C. de tranſact. quæ, vt clarius pateant de ſingulis dicemus.

3 Sumitur delictum multipliciter; Interdum pro contumacia interdicti, vel pro pœna delicti, aut pro eo, quod fieri non debet, Auth. vt Iud. ſine quo ſuffrag. §. adminiſtrationes. coll.2. Interdū pro ſtultitia, l.cum mancipium.ff.de ædilic. ædic. & eſt idem, quod crimē; & continet alia ſcelera, & peccata.

4 Crimen eſt peccatum mortiferum, diſt.80.in princ. & eſt graui accuſatione, & damnatione dignum, c.1.diſt.80. Interdum ſumitur pro accuſatione criminis, l.2.C.de generali abolit. Aliquando pro pœna, l.1.C.de his, qui ad Eccleſ. confug. eius appellatione continentur omnia peccata; Aliquando id ſolum, quod ad damnationem pertinet, §.quod autem, diſt.25.& c.1.diſt.81. Impropriè crimen eſt omne peccatum ex deliberatione proueniens, c.hoc.§.debet.diſt 81.

5 Maleficium dicitur quaſi male factum, l.dolus. C.de reſcind.vend. & conſiſtit potius in faciendo, quam in permittendo, aut non faciendo, l.iniuriarum.§.ſi quis.ff.de iniur. In ſpecie ſumitur tripliciter pro quolibet ſortilegio, de quo in C.de malefic.& mathemat. quandoq; maleficium dicitur crimen, vt nor.Inſt.de oblig. quæ ex delicto naſcunt. Bart.in l.aut facta.ff.de pœnis. Ita diſtinxit quædam ſunt male facta, quædam male dicta, quædam male ſcripta, quædam male conſulta; hæc ſub generali nomine maleficiorum continentur, ſiue re,

ue re, ſiue verbis perpetrentur, quandoq; ſumitur ſtrictè, & tunc ſumitur pro eo, quod cõmittitur facto, & tunc non continetur cœtera; tamen hæc omnia ſub nomine delicti continentur, quotieſcunq; delinquens meretur pœnam.

6 Talia itaque delicta multiplicem patiuntur diuiſionem; Prima etenim eſt, delicta quædam eſſe publica, quædam priuata. Publicum tripliciter ſumi poteſt, largiſſimè, largè, &
7 ſtrictè, vt ex tit. Inſt. de pub. iud. Publicum dicitur, quia accuſatio conceditur cuilibet de populo, Ang. Inſt. eod. §. 1. Largiſſimè eſt, quod fit ad vindictam, ſiue ad vtilitatem publicam, l. interdicta. ff. eod. l. quod Senatus. ff. de iniur. Largè, quando quilibet de populo poteſt accuſare, Inſt. de ſuſpec. tut. §. conſequens. Strictè, vt in d. tit. Inſt. nam non ſemper verum eſt; quilibet de populo poteſt accuſare, ergo delictum publicum, vt efficiatur infamis, ſecundum Ang. in d. §. 1. ſic publicũ reſpicit, aut vindictã, aut vtilitatem, vel accuſationẽ.

Inſt. ff. de public. iudic.

Publicorũ delictorum quædam ſunt capitalia, quædam verò non, & cognoſcuntur quatuor de cauſis, vel quia per ea vita adimitur, vel aquæ, at igni interdicitur, aut deportatur, vel in metallum damnatur. Non capitalia ſunt cœtera, quæ inferunt infamiæ, & damni pecuniarij pœnam, Bald. in §. publicorum. Inſt. eod.

Inter publicia in d. tit. Inſt. nnmerantur crimen læſe Maieſtatis, §. publica ſunt. Item lex Iulia, de adulterijs, & de ſtupro. §. item, & §. eã lege. Item lex Cornelia, de ſicarijs, & de homicidio, §. item lex Cornelia; necnon veniſici lex Pompeiam, de parricid. ſic de filijs, & alijs coniunctis, §. alia; Item crimen de falſis, ex ead. l. Cornelia. §. item lex Cornelia. Itẽ infames; inferentes vim publicam rapiendo virginem, & monialem; & præſtantes operã ad prædicta, ex l. Iulia. de vi publica. §. item lex Iulia. Item ſubtrahens furando rem ſacram, ſanctam, religioſam, vel publicam, ex l. Iulia peculatus. §. item lex Iulia. Item lex Flauia de plagiarijs. §. eſt, & inter. Item lex Iulia de ambitu repetundarnm, de annona, reſiduis, §. in præterea. Addimus, ſecundũ Clar. in §. 1. verb. illud. publicum eſſe crimen, Hæreſis, Blaſphemia, & omnis offenſa, quæ fit Deo, Principi, & Populo.

Priuata ſunt cœtera, l. 1. ff. de pub. iud. priuata dicuntur, ſecundum quoſdam, quia in his non competit publica accuſatio, ſed tantum offenſis, licet Soci. in c. veniens. de accuſat. teneat contrarium, tamen Clar. in d. §. 1. verſ. Priuata. de communi teſtatur, quia ad læſum pertinet accuſatio, vt habetur in tit. ff. de priuat. delict. De iure Canonico videtur ceſſare talis diuiſio, cum omnia delicta ſint publica, gloſſ. in c. infamis. 6. quæſt. 1. ſed hodie ex cõſuetudine prædicta ceſſant, ſed priuatum delictum, quia priuata eſt offenſa, Archidiac. in c. ſtatutum. de præſcript. §. aſſeſſorem. vide gloſſ. in ver. proprium eſt. Angel. de malefic. ver. nenon ad querelam, num. 4.

ff. priu. deli.

8 Secunda diuiſio eſt, quædam delicta ſunt innominata, quædam nominata. Innominata, quæ ſpecialia nomina non habent in iure, vt verberare, percutere, & ſimilia, quæ fieri poſſunt ſine maleficio, vt in tit. C. de extraord. crim. veluti ſollicitatores aliarũ nuptiarum, matrimonium interpellantes, qui oleo, vino, aut ſimili matula veſtem deiur paſſet. Ita fontes, & aquas ſi contaminaſſet; faciſſetuè cœtus illicitos congregationes, collegia, aut crimen ſtellionatus commiſiſſet, vel abortum; ſi ſeruus ad ſtatuam calumniandi gratia, Dominũ ſuum confugiſſet; dirigentes animo furandi in aliena cenacula, qui ſaccularij dicuntur, l. ſaccularij. ff. de extraord. crim. vbi hæc omnia tractantur.

ff. extraord. crimin.

Nominata, quæ nomen certum habent, vt furtum, homicidium, & cœtera, quæ infra dicentur; & nomina eorum ſunt expreſſa iu iure, & iſtorum quædam ſunt notoria, vt in glo. c. manifeſta, 2. q. 1. quædam occulta, vt infra dicemus.

9 Tertia diuiſio datur ſecundum eorum qualitatem, veluti leuia, grauia, & atrocia, ac atrociſſima, & iſtæ qualitates ſumuntur à pœna; Ideò leuia dicimus, quæ pœnã pecuniariam infligunt. Atrocia, pœnam mortis. Atrociſſima, quæ vltra mortem aliquid addit, veluti ſciſſio membrorum, vel combuſtio. Aut dicimus atrocia, quæ fiũt in committendo magis, quam ommittendo; & hoc, quia magis obligatur, vt in tit. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſcũt. vbi plura delicta numerantur, ex quibus aliquando oritur duplex; Interdũ ſimplex actio. Simplex in criminibus oritur ex crimine hæreſis, & ſymoniæ, duplex verò ex delicto pu-

Inſt. obligat. ex delic. naſcutur.

Digitized by Google

ctio publico, ex quo venit etiam damnum illatum priuatæ perſonæ, cui facienda eſt reſtitutio, vt in furto, homicidio, & incendio, Clar. in §.fin.q.2.in fin. poſuit has regulas; primò, quando cauſa agitur de pœna merè corporali, actio erit criminalis. Secundò, ſi ad pęnam pecuniaria Fiſco applicanda erit criminalis. Tertiò, ſi ad pœnam,& damnum tunc erit iudicium mixtum, ſi ad damnum non venit ex eadem lege ex qua venit pœna, alias diceretur Criminalis, vel Ciuilis cauſa. Quartò, quando agitur ad intereſſe tantùm partis ſimpliciter, tun cauſa erit merè ciuilis. Quintò, dum agitur ad pœnam extraordinariam, vt contra teſtem, eſt mixta ciuilis. Iſtæ ſunt regulæ ad cognoſcendū quando ex delicto oriatur parti actio,& habet ciuilitatem, & Fiſco, vt ibi Clar.

10 Quarta diuiſio, quædam delicta committuntur animo, vt hæreſis, quædam verò facto; & hæc dupliciter, aut nullum remanet veſtigium delicti, vt in Blaſphemia, aut remanet, vt delicto permanente, vt in homicidio remanet cadauer, in percuſſione cicatrix.

11 Conſideratur in delictis grauitas ex dolo; nam commiſſum ex imperitia, appellatur leue, aut ſi circa modica, Ang. in l.nōn ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. l.leuia. ff.de accuſar. glo.in c.cum illorum.de ſent.excom. hoc remittitur arbitrio Iudicis. Graue, vt ſi cum dolo agitur de præiudicio alterius, vt Reipub.& magna pœna imponitur; grauiora ſunt publica, quando non imponitur pœnā mortis: Grauiſſima, vbi mors infligitur, ex Diaz. in praxi Canc. cap.11.

12 Datur & alia diuiſio, delictorum, quædam dicuntur Eccleſiaſtica, alia ſecularia, quædā mixti fori. Eccleſiaſtica efficiuntur vel rerum perſonæ, vt Clerici, vel ipſius criminis, dum haberet annexā pęnam Eccleſiaſticam, veluti Cenſuras, de quibus Diaz in praxi ſua Cāc. Sic laicalia cętera videntur. Mixti fori ſunt, in quibus habet locum præuentio, veluti in vſuris, Adulterio, Stupro, Blaſphemia, & ſic de ſimilibus, quæ retulerunt Decia. in tract. crimin. tom.1.lib.4.cap.27. Clar.in §.fin.q.37. & ibi Baiard. & in q.38.

13 Ex his ſequuntur variæ ſpecies delictorum, quædā offendunt fidem, vt Hæreſis, Blaſphemia, Sortilegia, nemini licere Saluatoris ſignum: Ne ſanctum Baptiſma reiteretur: Simonia, Periurium, & ſimilia. Quædam offendunt perſonam Principis, vt crimen læſæ Maieſtatis; Collegij illiciti, effractores carcerum, ſi quis Imperatori maledixerit, vt de Ambitioſis; Quædam verſantur circa offenſionem proximi, veluti verbis, vt de calumniatorib. famoſis libellis, iniurijs ſeditione, prohibentibus teſtari. Interdictū facto, vt de furto, expilata hæreditate, Incendiarijs, ludis facta, monopolijs, abigeis, rapina, repetundorū, termino amoto, vſura: vi bonorum raptorum, annona. Interdum, circa honores, vt Adulteriū, Inceſtus. Raptus, Sacrilegium, Stuprum, & Sodomiticum vitium. Circa vitam, homicidium Parricidium, Sicarij, Aſſaſſinium. Quædam alia circa falſitates, vt de falſo; Falſa moneta, fraudibus, mutatione nominis, de quibus omnibus iuxta Rubricas dicemus, quorum elenchus talis eſt.

14 Adulterium.	Famoſis libellis.	reiteretur.	Sortilegijs.
Aſſaſſinium.	Hæreſis.	Parricidium.	Sepulchro violato.
Ambitu.	Homicidium.	Periurium.	Seditioſis.
Annona.	Inceſtus.	Peculatus.	Sodomita.
Abigeis.	Iniuria.	Plagearijs.	Si quis Imperat. ma-
Ambitioſis.	Iactu.	Prohibentis teſtari.	ledixerit.
Blaſphemia.	Incendiarij.	Raptu.	Termino ammoto.
Calumniatoribus.	Læſę Maieſtatis.	Repetundarum.	Vſura.
Collegijs illicitis.	Mutatione nominis.	Rapina.	Vi publica.
Effractoribus carcerū.	Maleficio.	Sacrilegium.	Vi,& vi armata.
Expilatæ hæreditatis.	Monopolijs.	Symonia.	Vi bonorum rapto-
Falſo.	Nemini licere Salua-	Stupro.	rum.
Furto.	toris ſignum.	Sicarijs.	Vnde vi.
Falſa moneta.	Ne ſanctum Baptiſmā	Stellionatus.	Vt non liceat.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Exordiendum eſt ab inuocatione Sanctiſs. Trinitatis.*
2 *Hæretici.*
3 *Reiterantes Baptiſmum.*
4 *Blaſphemia.*
5 *Quot modis committatur.*
6 *Signa Saluatoris non conculcanda.*
7 *Maleficiorum ſpecies.*
8 *Superſtitio quid.*
9 *Tranſitus ad cultum Iudeorum.*
10 *Periurium quid.*
11 *Requiſita ad periurium.*
12 *Symonia quid.*
13 *Ambitus quid.*
14 *Crimen læſæ Maieſtatis.*
15 *Quot modis committatur.*
16 *Effractores carcerum.*
17 *Priuatus carcer.*
18 *Seditioſi qui.*
19 *Collegia illicita, quæ.*
20 *Monopolium quid.*
21 *Homicidium quid.*
22 *Quot modis committatur.*
23 *Aſſaſsinium quid.*
24 *Parricidium quid.*
25 *Vxoricidium quid.*
26 *Vis publica, quæ.*
27 *Stellionatus quid.*
28 *Iniuria qui.*
29 *Calumniatores qui.*
30 *Contumelia quid.*
31 *Breuiator qui.*
32 *Concuſſor qui.*
33 *Tergiuerſator.*
34 *Libellus famoſus.*
35 *Furtum quid.*
36 *Contra quos detur actio furti.*
37 *Species furti.*
38 *In quibus rebus committatur furtum.*
39 *Abigei, & Abacti qui.*
40 *Balneary fures qui.*
41 *Plagearius qui.*
42 *Peculatus qui.*
43 *L. Iulia, de annona.*
44 *L. Iulia repetundarum.*
45 *Expilata hæreditas, quæ.*
46 *Rapina, quæ.*
47 *Latro, Prado, Pyrata, qui. 48. & 49.*
50 *Incendio quomodo committatur furtum.*
51 *Furtum in ſigno quomodo committatur.*
52 *Furtum in ſubripiendo ſeruum.*
53 *Furtum in cædend. arbores.*
54 *Remotio termini.*
55 *Vſura, quæ. & vendens rem corruptã. 56.*
57 *Incendiary; qui.*
58 *Falſitas circa quæ verſetur.*
59 *Aſcribens ſibi falſum legatum.*
60 *Falſitas in moneta; & in mutatione nominis. 61*
62 *Concubinatus quis.*
63 *Inceſtus qui.*
64 *Adulterium quid; & Raptus. 65.*
66 *Sacrilegium quid; & Stuprum. 67.*
68 *Sodomita quid.*
69 *Contra naturam.*
70 *Commiſtio cum mortua.*
71 *Violatio ſepulchri.*

DILVCID. I. DE QVIDDITATE, ET NOMINIB. DELICTI.

1 QVi veram, & catholicam Fidem profitentur, ab inuocatione diuini nominis exordiuntur; propterea contra illos primò aggradiemur, qui Fidẽ eandem Catholicam violare nituntur. Tales malè ſentients de Fide, hęretici appellantur; ſed multipliciter hoc contingit, vt habetur in tit. de
C. de hæret. 2 hæreticis, vt qui malè ſentit de articulis fidei, c. hæc fides. 24. q. 1. qui errorem inducit, dicitur hęreſiarca, vt fuerunt Arrius, Sabellius, & ſimiles, c. hæreticos. 24. q. 3. §. quid. §. Sabellarij § Arriani. §. Macedoniani. Item, qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ, c. ad abolendam. de hæret. Item, qui inducit peruerſum dogma cõtra præcepta Dei, aut nouas, & falſas opiniones contra Dei, & Eccleſiæ præcepta, glo. in Clem. vnica, glo. pen. de vſuris. Veluti ſi dixerit peccata licere, quod hæreticum eſt. Item,
C. ne ſanctũ bapt. reiteretur. 3 qui agunt ea, quæ de ſui natura hæreſim demonſtrant, vt baptizare imagines cuiuſcunque materiei, & rebaptizari pueros, quæ ſunt contra tit. C. ne ſanctum Baptiſ. reiteretur. quibus pe-

bus pœna vltimi ſupplicij comminatur, l.2. C.eod. qui verò bis Baptiſmum confert, deponitur à Sacerdotio, l.1.C.eod. hoc idem, qui ſcienter permittit rebaptizari ab hæreticis c.confirmandum.diſt.50.c.qui.1.q.7. Item declarantes ſacram ſcripturã in alium ſenſum, quam tenet ſancta Mater Eccleſia, eſt hæreſis, 24.q.3. Item, vendens, vel emens Sacramẽta Eccleſiæ, c.pateat. 1.q. fin. Item, adimens poteſtatem traditam à Deo ſuæ Eccleſiæ, ac Summo Pontifici, Dei Vicario, cap.1. diſt. 22. ſic de ſimilibus, quæ collegit Emer. in ſuo direct. & Alphon. de Caſtro: & in Directo q.35. Tria eſſe genera credendorum, leguntur, Articuli fidei, inſtitutiones diuinæ, vt Sacramenta Eccleſiæ, & omnes inſtitutiones Eccleſiaſticæ. Ad hoc, vt quis dicatur hæreticus iſta requiruntur ex Simanc. de hæret. cap.31. Primò, quod ſit baptizatus. ſic pagani, Iudei, & ſimiles non efficiuntur hæretici. Secundò, quod ſcienter perſeuerent in errore, affirmando falſa pro veris, incerta pro certis. Tertiò, ſit pertinax in errore ſuo, c.1.de ſum.Trinit.& fide Catho.& Clar.in §.hęreſis.verſ.de hoc. Qua de re videntur excluſi, qui metu mortis, aut tormentorum, ore tantum, non animo negant; nam cum error non ſit in animo, non dicuntur hæretici, ſed mortaliter peccant, & graui animaduerſione ſunt digni, c.fin.11.q.3. Hæreticus ideò dicitur quaſi electiuus, à verbo eligo, ex electione erroris, & falſitatis; vt à verbo adhęſione, quaſi adhęſiuus errori, vel à verbo erciſcor, hoc eſt diuiſus ab Eccleſia Dei. eſt autem hæreticus, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatus ſui gratia falſas, ac nouas opiniones gingit, vel ſequitur, c.hęreticus. 24. q.1. & è contra, duo requiruntur, vt quis dicatur catholicus, vt quæ fidei ſunt mente credat, voluntate confirmet, D.Tho. 2.2.q.11.art.2. omnis aſſertio contra fidem, vel eſt temeraria, aut erronea, aut hæretica. Temerarium eſt aſſerere aliquid prò certo, & vero, quod ne ratione, aut authoritate probari poteſt. Erroneum eſt, quod ſuper temerariam aſſertionẽ additur falſum. Hæreticum addit in ſimplici errore falſitatem eſſe veram, & notoriam, & pertinaciter id aſſerere, c.dixit.c.qui Eccleſia.24.q.3.

4 Aliud delictum contra fidem videtur Blaſphemia, & eſt omne conuitium, contumelia, vel maledictum prolatum in Deum vel Sanctos, Bar.in l.apud Labeonem.§.ſed.ff.de iniur. nu.4.& l.turpia.ff.de leg.1. & ibi ponitur differentia inter blaſphemare, & maledicere: nã blaſphemare eſt maledicere cõtra Deum, & Sanctos; maledicere eſt contra homines, Boſſ. in tit.de inquiſit. nu.130.

5 Committitur Blaſphemia duplici modo, vel applicando, quod Deo, & Sanctis non cõuenit in eorum contemptũ, vt contumelioſa verba, ſeu irreuerentia: qui dixerit per capillos, ſeu alia membra non tamen in contemptum potius iurauit, quam blaſpemauit, ex Boſſ. ibidem nu.130.per c. 1. de maledicis. Committitur etiam operis, verbis, vt dum dicitur maledico aut pro æquiualentia verba, ex Clar.in §. Blaſphemia.

Inſuper detrahendo committitur de bonitate, poteſtate, diuinitate, miſericordia, iuſtitia Dei, & ſimilibus, tunc eſt affirmatio falſitatis, vel negatio veritatis contra Deum, Tho. in 2.2.q.13. & in c.ſtatuimus.de maledicis. Tertio modo eſt tribuere creaturæ, quæ conueniunt Creatori; & ita ſex modis blaſphematur; Primò, affirmando aliquid de Deo falſum. Secundò, negando id, quod Deo conuenit. Tertiò, ſi fiat cum deteſtatione diuina, expreſſè maledicendo, & nuncupatur imprecatio. Quartò, affirmando, vel negando contra Deum, & Sanctos. Quintò, dum tribuit Deo aliquid inhoneſtum, vel profanum; idem & Sanctis. Sextò, dum tribuit Deo, & Sanctis aliquod verum, & honeſtum, ſed irreuerenter: tamen ſecundum aliquos iſti duo caſus verè non ſunt Blaſphemiæ. Negantes ea, quæ ſunt credenda ex fide, committit Blaſphemias hæreticales, Direct.q.41

6 Huic ſimile delictum committit, qui pedibus conculcauerit Signa noſtri Redemptoris, vt eius Imaginem, vel Deiparis Virginis, aut Sanctorum, quæ fuerint humi in ſilice, marmoreuè impreſſa; propterea talia ita imprimere, aut pingere prohibetur, vt in tit. C.nemini licere Signum Saluatoris, &c. C. nemini licere ſig. ſaluat.

7 Idemq; dicendũ de percutientibus, vel deturpantibus Imagines Dei, & Sanctorũ, cum contemnantur, quę venerari debemus, vt in d.tit.C.

Maleficia pariter prohibentur, veluti ars Aruſpicum, vt in tit.C.de maleficis, & Mathematicis. C. de malef. & Math.

maticis. Eſt autem Aruſpex momentorum inſpector, vel horarum demonſtrans tempus ad aliquod incohādū aliqđ actū quaſi ab aue,& inſpicio ductū;nā ex garrire auiū aliquādo futura prædicebantur: Ideò prohibētur incantationes ad malum finem, veluti profitentes artem Magicam cōtra humanam ſalutem,l. eorum C.eod ſed de iure Canonico nec ad bonum finem concederetur, c.illos.26.q.2. & de ſortileg. c.fin. eo magis exercentes Magicā artem, inuocando dæmones ad aliquod malum perpetrandum, facientes imagines cereas, aut ſimiles, l multi.C.eod ad effectum illas incantandas ad amorem, vel alios malos fines. propterea quilibet non ſolum à diuinatione debet ceſſare, ſed nec illos conſulere, vt in l.2.C eod.

De Mathematicis, hic non intelligitur de ea Mathematica quæ eſt ſcientia demonſtratiua, ſed de diuinatoria arte, propterea Azo.in Rubr.C.eod.tit. declarat diuerſimodè eſſe hoc nomen deſcribēdum, dum ſignificamus diuinationem deſcribitur ſine aſpirationis nota, & prima ſillaba erit breuis, altera longa. & dat carmen:

Scire facit Matheſis, ſed diuinare mateſis.

Plures ſunt ſpecies maleficiorum, veluti Diuinationes, Incantationes, Sortilegia, Su-
perſtitiones, & cętera. Diuinatio tripliciter ſumi poteſt, ſecundum Decret. Emerici, p.2.
§.ſanè, hoc eſt pro ſcientia Theologali, à qua Theologi diuini nominantur. Secundò, pro
ſcientia infuſa à Deo. Tertiò, pro ſcientia Magica, de qua hic, & in 26. q. 2. & originem
8 ſumpſit à Perſijs,& plura refert Emeri.in 2.p.con.54.Pigna de ſortilegijs,& ſuperſtitioni-
bus, Siman. in tit.62.& 63. Supeſtitio eſt falſa religio, quæ falſum Deum, aut verum qui-
dem, ſed falſo, ac nunc, mutauit ſiñ Varronem.Theologi verò dicunt eſſe vitium religio-
ni oppoſitum, exhibens cultum diuinum, cui non debet; vel eo modo, quo non debet; &
plures ſunt ſpecies, vt Augures, Aruſpici, Sortilegij, pacta cum dęmone, ſic Magicæ artes,
& Incantationes, de quibus Siman. in d. tit. 63. & cum videantur Idolatrę cum à dæmone
cuncta iſta petātur, propterea grauiter puniendi, vt in d. tit. C. & ars damnatur, quam ne
cuiq; docere, aut diſcere conceditur, l.culpa. C.eod. & quale delictum ſit inuocare dæmo
nes, & ſuperſtitionibus intendere, vide eundem Emeric. in 2. p. can.68.

9 Grauiſſimum pariter ſcelus eſt, dum Chriſtiani, vel alij conuerſi, ſi ad Fidem relicto cultu Chriſtianorum, tranſeunt ad eundem cultum Iudeorū, vel infidelium, Extrauag.Greg. 11. admodum dolenter; Damnatur etiam, qui redeunt ad cerimonias ſolemnitatū, & feſtiuitates Iudeorum, & illa obſeruantes, cum videantur Iudaizare; de his plura apud Direct. in 2.p q 44.can.69.

10 Periurium, aliud delictum eſt; cum ſit mendacium iuramento firmatum, gloſſ. fin. in c. tua nos. de iure iuran. ſic eſt tranſgreſsio iuramenti, Couar.in p.par.§.7.in princ.ex mente S.Thomæ tranſgreſſionem eſſe (ait) præcepti prioris tabulæ,& eo honor, & reuerentia Dei Optimi Maximi detrahitur, & quando dicatur periurium vide Crauett.conſ.65.nu.9.

11 Periurus etiam dicitur, qui fidem datam non ſeruat: nam fidei datio, & iuramentū videntur æquipollere, c.ad aures. quod met.cau.c.2.in fin.de fideiuſſ. quod verum, quando fides haberet in ſe religionem, ſecundum Baiard.in §.periurium. Ad pœnā periurij requiritur dolus, vt ait Clar.in d.§.periurium. verſ.Excuſari, & falſum, de quo manifeſtè conſtet, & hoc fit duobus modis, vt dum agitur ſimul contra promiſſa,& contra iuramentum; Secus ſi contra vnum tantum iſtorum; præterea non puniretur pœnæ infamię, qui iuramēto aſſertorio falſum iurauerit de præterito, ſecundum eundem Clar.& an ſufficiat ſola culpa, vide Iaſ.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.nu.3.& in l.qui iuraſſe.ff.de iure iuran l.videamus.ff de in lit.iuran. Sic tribus modis, quis venit contra ſuum iuramentum, vel Iudicē interpellando, aut Principi ſupplicando, aut non implendo promiſſa, in d.l ſi quis maior. Paul.nu.3. Bald.nu.2. Salic.nu.3.& doloſus videtur, qui promiſſa non ſeruat, Alex.in cōſ. 52.lib.6.nu.3. & qui ceſſat facere, quod debet, dolo non caret, l. dolus. l.ſi procuratorē. §.dolo.ff.mand.l.1.§.fin.ff.de pact. quicunq; ergo, qui ſcienter facit contra ſuum iuramentum, periurium committit, c.tua nos.el primo.de iure iuran.

12 Simoniæ crimen eſt Eccleſiaſticum, & eſt ſtudioſa voluntas, ſiue cupiditas emendi, aut venden-

Digitized by Google

vendendi aliquid ſpirituale, ſeu ſpiritualitati annexum, Hoſtien. & Goffr. in ſum. eod. tit.
dicta à quodam Simone Mago, qui gratiam Spiritus ſancti à Diuo Petro Principe Apoſto
rum emere volebat; inde ementes ſpiritualia, dicuntur Symoniaci, vendentes Giziaci, vel
Gizzic. licet modo ambo, & vendentes, & ementes appellentur Symoniaci, c. qui ſtudet.
1.q.1. Tribus modis committitur Symonia, mente, verbo, & opere; mente, ſola volunta
te; verbo, vt ſuffragio gratiam expoſcere pro indigno. 1.q.1. c. deinde. Re verò pluribus
modis committitur, ſed omnes reducuntur ad emptionem, & venditionẽ, & alienationem,
c. tua. de ſymon. Spiritualia intelliguntur Sacramenta Eccleſiæ, & Beneficia, quæ ſpiritua-
litati ſunt annexa, vt eſt ius percipiendi fructus præbendę. Ità & de iure patronatus dicen-
dum c. de iure. c. quia clerici. de iure patr. c. quanto. de iud.

13 Ad inſtar iſtius delicti crimeſt eſt. Officia ſecularia, & Magiſtratus emere, vt in l. vnica.
C. ad l. Iul. de ambitu. ambitus dicitur, quia idem eſt, quod honores appetere, arg. c. 1. de ff. ad l. Iuliã, de ambi.
conſuet. lib. 6. ſic ambitus eſt affectatio honoris appetitus, vel dicitur ab ambulando, hoc
eſt ſupplicando; De ambitu vide apud Suet. in vita Auguſti.

14 Sunt etiam nonnulla delicta, quæ Principis Maieſtatem offendunt, veluti lex Iulia Maie ff. C.
ſtatis, quia fuit à Iulio lata, ideò eo noĩe appellatur; & Maieſtas, quę eſt quaſi Principis no- ad l. Iuliã,
men; alio nomine, Crimen perduellionis, quia hoſtes perduelles dicuntur, & ipſe quaſi ho maieſt.
ſtili manu Principem offendunt, Inſt. de hæred. ab inteſt. §. per contrarium, & latius Doct.
in d. tit. C.

15 Committitur hoc delictum pluribus modis, vt habetur in l. 1. l. 2. l. 4. ff. eod. Primò, qui
tractauerit contra Principis ſtatum, vel Remp. Secundò, qui armatus incedit contra Prin-
cipem. Tertiò, qui tyrannicę dominia acceptauerit, vel patriam oppugnauerit. Quartò, q
pacem cum hoſtibus contraxerit; tam occupando, quàm inuadendo, & retinendo tanquã
hoſtes, Principis, aut patriæ, caſtra, & ciuitates. Quintò, qui reuelauerint ſecreta Principis
hoſtiibus. Sextò, offendentes Conſiliarios Principis, reſidentes apud eum, vel eius perſo-
nam gerentes Septimò, dantes cauſam, vt hoſtes non periclitentur. Octauò, qui coucita-
uerit ſeditionem, & arma aduerſus Principem. Nonò, qui occiderit Nuncium Principis,
ferentes litteras. Ità de ſimilibus, vt refert Boſſ. in tit. de crimine lęſæ Maieſtatis, & primi
genis dicuntur.

In ſecundo genere, qui mediatè offenderit rapreſentantem perſonam Principis. Item,
rebelles, qui Principi reſiſtunt, ſaltem machinatione, Bart. l. ammiſſione. §. qui. ff. de capit.
dimin. & Boſſ. ibi num. 78.

Quod quidem crimen lęſæ Maieſtatis dupliciter committitur, facto, vt diximus, & ver-
bis, vt qui verba iniurioſa, & cõtumelias, ex animo deliberato, non ex leuitate contra Prin
cipem protulerit, l. famoſi. ff. eod. Qui deliberati maledixerit, ad Principẽ remittitur Im-
peratoris mandato, qui conſiderata qualitate perſonæ, & loci, ac iniuria punire poſſit, vt
habetur in tit. C. ſi quis Imperatori maledixerit. Fit etiam iniuria Principi, dum delinquẽ- C.
16 tes in carceribus detenti, illas fregerint animo euadendi, quoniam locus ille, tanquam ſa- ſi qs Imp. maled.
cer habetur, l. 1. ff. de effract. carcer. Carcer eſt locus, vbi rei detinentur ad cuſtodiam, vel
ad pœnam, c. quamuis. de pœnis. lib. 6. Clem. 1. de hæret. Inde dicebatur carcer nuxiorum,
& carcer plumbatorũ; effractores, qui violentia cuſtodiam violant, vel vt euadant, aut a- ff.
liquid ſubripiant, & aliter puniendi ſunt nocturni, aliter diurni, gloſſ. in c. aut facta. de pę- effract. car
nit. diſt. 1. in verbo effractores. per l. 1. & l. 2. ff. de effract. Requiſita ad delictum ſunt, pri- cer. & ex pilat.
mò, quod carcer ſit effractus, animo euadendi; ſecundò, committitur tam in frangendo mu
ros, quàm fores; tertiò, fractores ſunt non ſolũ, qui realiter frangunt, ſed omnes, qui con-
ſpirauerunt, & detinentur in carcere rupto, l. 1. ff. eod. Qui verò aufugerit ob malam cuſto
diam non erit effractor. Expilatores ſunt atrociores fures, l. 1. §. expilatores. ff. eod. Car-
17 cer aliquando eſt publicus, aliquando priuatus; de publico prædicta locũ habent. Priua-
tus autem, vt ſi quis à priuata perſona, cui à iure, vel à Principe poteſtas carcerandi data
non eſt inducitur, vt in tit. C. de priuato carcere; ſic priuatum eſt quod officio publico C.
non fit, & punibile eſt, vt delictum ſeditioſi aliud delictum; Ideò ſeditioſi dicuntur, qui ho- priu. carc.

Digitized by Google

18 mines ad diuerſas ſententias trahunt contra Principis voluntatem, ſic ſeditio dicitur quaſi ſeorſum ire, alio nomine, publicæ quieris turbatores appellantur, l. 1. l. 2. C. de ſeditioſis, & gloſ. ibi. Seditio punibilis eſt, dum committitur ad damnum Prouinciæ, aut turbationem publicæ pacis, trahendo Populum ad ſe, concitando ad arma, Boſſ. in tit. de crimin. læſæ Maieſtatis. nu. 7. & 9. & in tit. C. de ſeditioſis.

C. ſeditioſis.

19 Congregantes illicita collegia, delictum committunt, nam plures ſimul dum ſe congregant, faciunt vnum corpus, cui ſi conſtituatur etiam caput, vt cęteri illi pareant, & eius de legibus viuant, collegium erit; & qui nouam ſectam inducunt, & grauiter puniuntur, ſi nulla Principis interuenit authoritas, l. collegium. C. de hæred. inſtituen. l. fin. §. iuſſu. ff. de colleg. illic. Eſt autem Collegium cohabitatio ſimul ad minus perſonarum, vt ſup. in lib. 2. declarauimus in Præludijs, & latius in d. tit. ff. de colleg. illicit.

ff. colleg. illicitis.

Quædam Collegia dicuntur ſodalitia, quo fiunt inter Sodales in conuiuio; quędã ſunt 20 militaria, alia prophana contra religionem, inconſultò ſummo Pontifice, c. fin. ext. de relig. dom. & c. 1. eod. lib. 6. qua de re dum collegia fuerint ſine capite, dicuntur conuenticulæ, vt colligatio plurium cum armis ad malum, l. 3. ff. ad l. Iul. de vi pub. Sub his continentur etiam facientes monopolia, Bart. l. ſi quis. C. de Epiſcop. & Cler. & habetur in tit. C. de monopolijs. Eſt autem monopoliũ alicuius negociationis, aut officij ſuperioris, vnica exercitatio, cum prærogatiua, & ſingulari pacto inito, ſecundum Azo. in ſum. C. eod. tit. & dictum eſt à monos, quod eſt ſolum, & polis, hoc eſt Ciuitas, quaſi vnica negociatio in ciuitate, & hoc, vt excluſis cęteris negociatoribus bona cariori precio vendantur; quia copia facit rem vendi viliori precio, l. 1. C. eod.

C. monopol.

21 Sunt quædam alia delicta, quæ reſpiciunt immediatè particularium perſonarum offenſam, vt eſt Homicidiũ, quod reſpicit vitam hominum; nam idem ſignificat, quod priuatio naturalis vitæ, vide Goffr. in ſum. eod. tit. Duæ ſunt ſpecies homicidij, Deliberatũ, & Simplex; Deliberatum, quod fit ex propoſito; Simplex committitur ſine deliberatione præcedenti. Inſuper committi poteſt quatuor modis, Neceſſitate, Caſu, Culpa, & Dolo. Neceſſitate, dum fit ad ſui defenſionem, l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. Caſu, dum præter intentionem, vt putans occidere auem, occidit hominem. Culpa, ſi in aduertenter, vt dum credebat vulnerare, & occidit, & hic eſt in culpa, ſed non in dolo; quoniam tunc dolo fit, quãdo animus deliberatus præceſſit, & hoc accidit quatuor modis. Primò, ex propoſito, abſque alia qualitate. Secundò, ſi prius præceſſit conſultatio, ſeu deliberatio. Tertiò, proditoriè, nulla præcedente inimicitia, ſed vti amicus fuit interfectus. Quartò, aſſaſſinio, vt pro 22 præmio. Simplex, ſi animus abſq; deliberatione interuenit in ipſo actu occidendi. Vlterius homicidium perpetratur manibus ſuis, vel alienis, veluti ex mandato, auxilio, vel cõſilio; aut Iudex male iudicando, & perficitur ferro, armis, telo, lapide, ligno, veneno, ſic de ſimilibus, vt collegerunt, Boſſ. in tit. de homic. Clar. in §. homicidium, & habetur in tit. ff. & C. ad l. Cornel. de ſicar. & venefic.

ff. C. ad l. Corn. de ſica.

Tales homicidæ in iure Sicarij appellantur, à verbo, ſica, quod eſt, ferens cultrum, ſeu cultellum ſcindentem; §. Item lex. Inſt. de pub. iud. hic accipitur pro omni telo, quo homo occiditur. Inde Sicarius, quaſi ferens gladium, veneficiũ dicitur omne maleficiũ, & ſortilegium, vt ſup. diximus.

23 Iſta delicta diuerſa ſortiuntur nomina, veluti Aſſaſſinium, quod eſt occidere Chriſtianũ precio, ſm Clar. in d. §. aſſaſſinium; Ideò plura requirantur; Primò, quod occiſus ſit Chriſtianus, & in territorio Chriſtiannrum fuerit interfectus, vel cadauer repertum. Secundò, 24 ſit factum lucri cauſa, vel eo animo. Item aliud dicitur Parricidium, quod eſt patrem occidere, vt in tit. ff. ad l. Pompeiam de parricid. & tunc delictum recipit nomẽ à perſona occiſa; eodem delicto appellantur, ſi deſcendentes occiderint aſcendentes, l. 1. ff. eod. & locum habet etiam in naturali patre; verſa vice, ſi parentes filios occiderint, eodem nomine 25 appellantur. Item, ſi maritus occiderit vxorem, nuncupatur vxoricidium; & è conuerſo, ſi vxor occiderit virum. Item fratricidiũ, qui fratrem occiderit, vt in l. 2. & 3. & in toto tit. ff. ad l. Pompeiam de parricid.

ff. ad l. Põpe. de parric.

Sunt

25 Sunt quædam alia delicta, quæ vi, & violentia inferuntur, facto, & verbis; Facto, vt de vi armata, vnde vi; & vi publica, & priuata.

26. Vis publica eſt illa, quæ infertur à domino ſuis ſubditis, ſicuti eſt tyrannidem exercere: nam Tyrannus eſt, qui dominium occupat, vel ſine lege regit; aut populi diuiſionem procurat, ſubditos deprædatur, & illos affligit in perſona, & rebus, ſed alterum ſufficit; dum itaq; populus pluribus vicibus, aut eius maior pars vexabitur impoſitione vectigalium, aut bona ab illis rapiendo, tollerantur delinquentes, & innocentes plectuntur, vis publica inducitur, & tyrannides; de ſignis tyrannorum vide de Maieſt. milit. Eccleſ. lib. 2. c. 2. de Imperat. quod ibi deſcripſimus.

Altera eſt, quæ infertur armis, veluti arma indebita in domo retinere, l. 1. l. 2. & l. 3 ff. eod. ad hoc, vt ſeditio concitetur, & de hoc conſilium inter plures fuerit initum, aut qui villas ad ſeditionē concitauerit, aut armis bona rapuerit, aut qui ex incēdio aliquid præter materiam rapuerit; Item, qui per vim puerum, vel fœminam rapuerit; Item, qui poſſeſſorē, armatis hominib. de domo, vel agro ſuo eiecerit, l. in eadem. ff. eod. qui pariter rem exemerit de manibus curiæ, l. lege Iulia. ff. eodē. aut qui dolo fecit ne Iudex exerceat officium ſuum, l. qui dolo malo. ff. eod. & plures caſus habentur in tit. ff. ad l. Iuliam. de vi pub.

Altera violentia infertur ſine armis, & dicitur priuata, vt in tit. ff ad l. Iuliam, de vi priuata; & ibi nonnulli caſus numerantur, veluti conuocare homines, qui vim inferant contra aliquem verberando, l. hac lege. ff. eod. aut qui cœtum fecerit, ne minus, quis in iudiciū iret, l. lege Iulia. ff. eodē. aut ſi quis fuerit eiectus de domo ſua ſine armis, l. ſi quis aliquem. ff. eodem.

27 Stellionatus crimen eſt; & plura ſub eo nomine continetur delicta, cum illa ſpecialiſſima nomina non habeant; propterea innominatū eſt delictum, l. 3. §. Stellionatus ff. de crimine Stellion. & ſecundum Boſſ. in tit. de extraord. Crimen non committitur ſine dolo, vt in tit. ff. & C. eod. Sumptum eſt hoc nomen ex animali, quod dicitur Lacerta, diuerſorum colorum, & macularum ad modum ſtellatum aſperſum; nam ſicut in illo aīali diuerſi continentur colores; Ita Stellionatus diuerſa delicta deſignat ex glo. in l. 2. ff eodē. veluti turbantes iuriſdictionem Iudicis, abutentes ſcriptura Principis, portantes doloſè malum nuncium alicui; Subtrahentes probationes, & teſtes ne deponant verum; vendens rem pignoratā ſine licentia domini, imponens preciū rei, plus debito, vt alij eo cogantur emere; promittens cum detrimento alterius vltra debitū, qui caſus numerantur à Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis iud. non obtempera. & in d. tit. ff. C. de crimine Stellionatus. ff. C. crimi ſtellion.

Iniuria ſumi poteſt duobus modis generaliter, & ſpecificè; generaliter, pro omni eo, quod non iure fit, ſpecialiter pro contumacia, pro damno dato, culpa dantis, vt de his, quę habentur in l. Aquilia. Interdum pro indignitate, quæ duobus modis committi poteſt, ver- ff. Inſt. de iniur.
28 bis, & re, vt in Inſt. de iniur. §. iniuria, & ff eod. Iniuria facta manu, veluti alapa, aut lapide, vel baculo, aut alio telorum genere, dicitur re commiſſa, tā cum effuſione ſanguinis, quā cum liuore, vel ſine, & tunc ſub nomine offenſionis continetur, iniuria; verbis fit calumnijs, contumelijs, ſeditione, libellis infamatorijs, litteris, conceſsionibus, & ſimilibus.

29 Calumniatores ſunt, qui falſa crimina ſcienter intendunt, l. 1. §. calumniator. ff. ad Turpillianum, & in tit. ff. de calumnijs, quæ contumeliæ appellari poſſunt, cum à contendendo, videntur dictæ, ſicut qui calumnia ſcienter, & doloſè contendit; Et qui falſo accuſat, ca-
30 lumniat, ex Clar. in §. iniuria. Contumelia importat dehonorationem alicuius, verbo, vel facto, aut quouis modo vim ſignificandi iniuriam habente. Contumelioſus eſt, qui velox eſt ad prærumpendū in verbis iniuriæ, ex D. Tho. in 2. 2. q. 71. art. 1. *At proferens verba iniurioſa vera; ſi crimina ſunt occulta, non videtur punibilis, vt iniuria, quia vera denunciauit, ſecus in foro conſcientia, quoniam tunc tenemur celari peccata proximi; ſecus in foro contentioſo cum non poſsit iniuria illata negari*, Clar. in d. §. iniuria. verſ. Sed pone. Remiſſa videtur iniuria, ſecundum eundē, ſi iniuriatus infra annū, cauſam in iudicium non deduxerit; quoniam eo tempore elapſo, extinguitur actio criminalis, licet ciuilis remaneat, quo ad intereſſe paſſum remittitur etiam, ſi poſtea ſimul conuerſentur, aut ſi expreſsè hoc fuerit cautū.

Iniuriarum quædam dicuntur atroces, quædam leues; Atroces fiunt ex facto, inſpecta conditione perſonæ, loci, & qualitate iniuriarum, Inſt. de iniur. §. atrox. & arbitrio Iudicis iudicare atrocem, vel leuem.

31 Præuaricator eſt ille, qui prodita cauſa partẽ aduerſam adiuuat in publico iudicio, fictas, aut falſas defenſiones, probationes pro bonis, diſſimulando, deducit, l. 1. §. præuaricationem. ff. ad Turpilianum. & poteſt quis præuaricare tam in publico, quàm in priuato iudicio, vt in tit. ff. de præuaricatoribus. Idem habetur in d. l. 1. §. præuaricatorem; Præuaricatores eſſe, qui cum aduerſa parte colludunt, aut vera crimina abſcondunt, & cum accuſatoribus pugnant, vide de his in l. præuaricatores. ff. de verb. ſignific. & l. 1. l. 2. l. accuſator. ff. eod. l. 1. ff. ad Turpilian.

ff. præuaricatorib.

32 Tenentur eodem crimine iniuriarum etiam concuſſores, & ſunt, qui iniuſtè aliquem accuſant in iudicio, vel eius mandato, aut conſilio alium ad accuſandum, vel denunciandum precio inducuntur, l. 2. ff. de concuſſoribus. Appellatur eo nomine, quia accuſans, timore concutitur, ne detegatur eius dolus, dum denunciat, vel accuſat, l. 1. ff. eod. Sic cum falſa proponat, tenetur vt falſus, l. 2. ff. eod. & l. 1. §. 1. ff. de falſ. At, qui pecuniam accipit, vt ab accuſatione deſiſtat, l. 1. ff. ad Turpil. in quo caſu intrat lex Rhemia, l. 1. §. 1. & ibi glo. ff. de calumniat. & l. 2. ff. eod. & habetur in tit. ff. ad Turpil. ita dictum à Turpiliano Cõſule.

ff. de concuſſorib.

ff. C. ad Turpil.

33 Tergiuerſatores dicuntur, qui deſiſtunt ab accuſatione publici iudicij dum ſe componũt de crimine, vt in l. ab accuſatione, ff. ad Turpilia. & hoc ad reprimendam accuſatorum audaciam, & tria continet delicta; aut accuſator eſt calumniator, aut præuaricator, aut tergiuerſator. Calumniator eſt falſa crimina intendere; Præuaricator vera crimina abſcondere, tergiuerſator in vniuerſum ab accuſatione deſiſtit, tales puniuntur; vt in l. 1. ibi. vide ff. ad Turpilian.

34 Infertur iniuria Libellis, qui famoſi dicuntur, ad irrogandam infamiam, & inferendam iniuriam alicui; Dicitur Libellus, quia in paruo libro, ſeu in carta deſcribitur; Ideò famoſus, quia honori, & famæ derogat; eo crimine tenetur, qui maledicam cantilenam contra alium compoſuit; necnon qui illam edidit; aut dolo malo fecerit, quam qui ad hoc agendum principaliter induxit; ſiue ſine nomine fuerit datus, quo caſu Iudex procedit ad defenſionem illius, qui iniuriam paſſus eſt, vt in tit. ff. de famoſis libell.

ff. de famoſ. libell.

35 Inſuper ſunt quædam alia delicta, quæ circa bonorum ablationem verſantur, veluti furtum, quod eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino, lucri faciendi cauſa, l. 1. §. furtum. ff. de furr. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. 1. Vt verè furtum dicatur, & poſſit eo delinquens puniri, plura requiruntur; Primò, quod dominium rei furtiuè non ſit alienum; ſed illius, qui de furto agit, limitatur in certis caſibus, veluti ſi furetur ex neceſſitate victus in quantitate, inſtantis neceſſitatis, ſecundum Clar. in §. furtum, verſ. Quando, & verſ. Vide. Secundò, quod fiat inuito domino, & reſpicitur doloſus animus furandi, licet furtum fuerit in parua quantitate, l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. glo. in §. gallinarum. Inſt. de rerum diuiſ. & habetur materia furti in tit. Inſt. ff. & C. de furt.

Inſt. ff. C. de furt.

36 Datur eadem actio furti etiam contra Tabernæ dominum, circa rem depoſitam penes ipſum, & ſi ſub cuſtodia traditam, vt in Crumena, Valiſia, Depoſito, & ſimili, quæ ſi defuerint iuramento hoſpitis ſtandum erit, vt habetur in tit. ff. de furtis aduerſus nautas, caupo. & ſtabul.

ff. furt. aduerſus naut. caupo. & ſtabul.

Committitur interdum à familia, & tunc tenetur vnus pro altero, vt ſi ſeruus, qui pro familia ſumitur, furtum commiſerit, dominus familiæ, obligatur, vel ſeruum noxæ tradere, aut æſtimationẽ rei furtiuæ procedit, hoc domino ignorante, furtum fuiſſe cõmiſſum; nam ipſo ſciente, tunc ipſimet obligaretur principaliter, vt habetur in tit. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur.

ff. ſi familia fur. feciſ. dicatur.

37 Duæ ſunt ſpecies furium, ſeu furtorum manifeſtum, & occultum, l. furtum. ff. de furtis. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. furtorum. Fur manifeſtus eſt, qui cum ipſo furto deprehenditur, l. fur manifeſtus. ff. eod. §. furtorum. aut quia pluries conſtat, furtum commiſiſſe; Occultus, qui non deprehenditur cum re furtiua, nec talis apparet. Appellatur eo nomine

mine à furuo colore,quia fur odit lucem ne detegatur,vel à verbo aufero,Inſt.eod.§.furtũ.
38 Committitur furtum in qualibet re mobili, & corporali, glo.in d. §.furtum, & §. quod autem.de vſucap. ſic in hæreditate, & bonis ſtabilibus non committitur, ſecundum d.glo. per l.hæreditariè.ff.eod. nec in re, quæ ſub nullius dominio exiſtat, vt dictum eſt: perpetratur in libero homine, exiſtente ſub poteſtate patris, §.interdum.Inſt.eod. Qui ſubripuit rem pignoratam creditori, furti tenetur, Inſt.eod.§.aliquando. filij,& ſerui furtum cōmittunt in rebus domini,& patris, §.2. qui parentum.Inſt.eod. Item in re locata in bonæ fidei
39 emptore, §.item ſi fullo. in re cōmodata, §.quædam. item in pecoribus, & animalibus, vt qui ex armentis, vel paſcuis ſubtraxerit, tales Abigei appellantur, quaſi aductores gregiũ. Abacti ſunt, qui non minus, quam decem oues, & quinque porcos duxerint, ex l.fin.ff.de Abigeis ſic generaliter. Abigeus eſt,qui alienas ſubripuit oues,l.ſi quis furioſum.§.Imperator.in verbo abigiſſe.ff.locati. ff. de abigeis.
40 Quidã alij fures dicuntur Balnearij,vt qui balneãtium bona,veluti veſtes, aut alia ornamenta furabãtur, contra quos etiam pœna indicta eſt, vt habetur in tit.ff.de furib. balnear. ff. de furib. balnearijs.
41 Plagearius eſt, qui ſecretò retinet hominem Libertinum, vel ingenuum, & inuito, vel vinctum, aut ſcienter, doloſæuè emerit ingenuum, vel qui dono dederit liberum hominẽ, aut ſeruum corruperit, vt à ſuo domino auſugiat, aut eundem ſeruum domino ſuo celauerit, ſecundum l.Flauiam, de qua in d.tit. Item, qui ſeruum ſubripuit, Plagearius dicitur, l.fullo.§.& qui ancillam.ff.eod. Vnde venerit hoc nomen Plagearei vide Alciat. in parerg. lib.1.cap.47. & rubricatur in ff.ad l.Fauiam. de plagearijs. At diuerſimodè legitur, quidã ad Flauiam, alij Fabiam, alij Fauiam. Ita deſcribitur in d. tit. Plagearij dicti ſunt, ſecundum aliquos, à Plagamaris, nam tales ſubripientes homines Pyratis illos vendebant in loco propè mare, qui Plaga dicitur; licet interdum pro fideiuſſore ſumitur, c.venientes. de iure iuran. Aliquando pro dolere, ſecundum glo.in Rubr.C.ad l.Fauiam.de Plag. ff. ad l. Fauiã. de plage.
42 Peculatus eſt auferre pecuniam publicam Ciuitatis Romanæ, vel Fiſci, aut rei ſacræ, religioſæuè, aut in ornamento ſepulchri poſita, quod eſſet ſacrilegium, dum res ſacra, aut res de loco ſacro ſubripitur,l.ſacrilegij.ff.eod. Et committitur etiam ſi in alium vſum,quã deputatum, pecunia derogetur, l.1.l.3.§.lege. ff.ad l.Iuliam Peculatus, & de ſacrilegis, in quã incidunt tam Officiales, qui pecunias deſtinatas pro cōi vſu, in alium conuertũt, vel retinent ſibi, l.2.ff.eod. vide l.1.& ſeq.ff.eod. in qua legitur his verbis; *Lege Iulia peculatus cauetur ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicauè, auferat, neuè intercipiat, neuè in rem ſuã vertat, neuè faciat quo quis auferat, intercipiat, vel in rem ſuam vertat, niſi cui vtique lege licebit, neuè quis in aurum, argentum, æs publicum quid indat, neuè immiſceat. neuè quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat.* Iſte titulus tria continet, Peculatus, de reſiduis, & ſacrilegijs; Peculatus reſpicit publicam pecuniam; Sacrilegium, res ſacras; de Reſiduis ille tenetur apud quem,ex locatione, emptione,alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliauè qua cauſa pecunia publica reſedit, necnon eadem lege de reſiduis tenetur, qui pecuniam in alium vſum erogauerit, quam deſtinatum, ex l.Iulia peculiatus. [illegible] ff. ad l. Iuliã. peculat.
43 Qui contra l.Iuliam de Annona contraxit, delictum commiſit, vbi damnantur illi, qui contra Annonam fecerint, ſocietatemuè coierint, quo Annona carior fieret, eademq́; lege cauetur, ne quis nauem, nautamuè retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur, ex l.2. ff.ad l.Iul. de Anno. Damnantur etiam illi, qui emunt neceſſaria ad victum, vt alijs carius vendãt, glo.in l.Annona.C.de extraord.crim. Ideò coguntur habentes victualia vendere iuſto pretio, l.2.C.de Epiſcop. aud.& de his in tit.ff.eodem. Sumitur interdum pro omnibus victualibus, l.Annona.C.de extraord.crim. & continetur etiam vinum, l.iubemus,C.de erogat. milit. Anno. Sic fraudare Annonam, eſt illam carius vendere, glo.in l.vix certis, in verbo Annonæ.ff.de re iudic. Barr.l.1.C.de erogat.milit.& l.1.C.vt ne liceat in empt. Aliquando, ſecundum Azo. ſumitur pro ſalario, quod quis debet pro ſuo capite, vt in tit.C.de Anno. & trib. lib. 10. quod pro capite ſoluitur, dicitur capitatio, & eſt tributum, ſic Annona comparatur tributo, quod datur Magiſtratui, vel Cõſularibus, p remu- ff. ad l. Iuliã. de anno. C. de anno. & trib.

remuneratione laboris: Annona ſoluebatur in fructibus, tributū; in auro, & argento, glo. in d. Rubr. C. de Anno. Aliæ annonæ appellabantur vtiles, quæ dabantur publicè iudicātibus tempore neceſſitatis pro ſingulis diebus, l. 2. C. de Anno. & trib. lib. 10. Interdum ſumitur pro ſegete, ſeu frumento vnius anni. Item Annonæ ciuiles ſunt redditus Fiſci, qui annuatim pro publico dabantur, glo. in l hac ædictali §. lis. C. de ſecund. nupt.

44 Præponitur etiam l. Iulia repetundarum, pertinet ad eas perſonas, quas quis in Magiſtratu poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio munere, miniſterioue publico, cœpit, vel eum ex cohorte, cuius eorum eſt, & datur ex hac lege in hæredes actio intra annū à morte eius, qui arguebatur, l. datur. ff. eod. Repetendarum pecuniarum crimen eſt, Indebitè acceptarum, reſtitutio, ſeu reperitio, alio nomine ſyndicatus, à Syndico, qui cauſas Vniuerſitatis defendit, vt in Rubr. quod cuiuſq; iuris agitur, itaq; contra Iudicem ad reſtitutionem, & ad pœnam violentiæ, l. 1. l. 3. & ſeq. ff. eod.

ff. ad l. Iul. repet.

45 Licet, vt diximus, in hæreditate furtum non committatur, tamen ſi quis illam expilauerit tam aditam, quàm non, delinquitur, vt in tit. ff. & C. de crimine expilatæ hæreditatis, vt in l. 2. & ita legitur in l. 1. *Si quis alienā hæreditatem expilauerit extra ordinem ſolet coerceri per accuſationem expilatæ hæreditatis, ratio quia furti agi propriè non poteſt*; quando hæreditas nondum eſt adita, ſic poteſt hæres duplici actione, ſe tueri, vel vendicare rem à poſſeſſoribus iure ordinario, aut agere hac actione expilatæ hæreditatis, l. diuus Seuerus. ff. eod. Non agitur furti, quia res eſt ſine domino, l. fin. ff. eod. Vide in d. tit. ff. & C. crimine expilatæ hæreditatis.

ff. C. crim. expilat. hæredit.

46 Inſuper hoc genere furti collocatur rapina, quæ differt à furto; nam furtum committitur Clam, Rapina, Palam, & cum violentia, l. 3. ff. de vi priuata, & tam in re mobili, q̄ immobili, Inſt. de vi bono. rapto. §. & quia, & §. 1. Inſt. eod. At qui res alienas rapit, tenetur furti, ſed Prætor proprium nomē introduxit ratione violentiæ vi bonorum raptorum, vt in eod. tit. Ideo Rapina eſt violenta rerum receptio, l. 1. C. vi bonor. rapto. Sic Raptor eſt, qui bona aliena vi rapit, & apertè, l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius. Diſtinguntur Raptor, & Fur animo, ſecundum glo. Inſt. eod. in verbo comprehendantur, & rapere eſt eum vi, l. 3. ff. de incend. ruin. & naufr. qui itaq; aliquid ſcindit, aut fregit, rapere eſt, l. Marcellus. ff. de verb. ſignif. de his vide in Rubr. Inſt. ff. & C. de vi bonor. raptor. & raptus dicitur perſonarum rapina, rerum, & bonorum. Raptorum autem ſunt plura nomina, veluti Latro, Pirata, Prædo; Ita Bellum Tallea furtum. Latro eſt, qui de die violenter furatur, Auth. ſed nouo. C. de ſeru. fugit. ibi Bar. Differt à fure, qui de nocte furatur, l. cōgruit.

Inſt. ff. C. vi bonorū rapto.

47 ff. de offi. præſid. & Latro maximè eſt perfidię, l. capitalium. ff. de pœnis. Auth. vt nulli Iudic. §. penult. Latro publicus eſt Pirata, qui exiſtentes in publicis vijs prædatur, vt viatores; Tales etiam Prædones appellantur, vt in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. ſed, & ſi. §.

48 quod autem. ff. de petit. hered. Nocturnus dicitur Depopulator agrorum, qui clam de nocte latens in agris, viatores populatur, Abb. cap. inter alia. de immuni. Eccleſ. Piratæ, qui mare nauigantes prædantur inſidijs, & piratatem exercent, Auth. nauigia. C. de furtis, &

49 tamq; genus hominum ſceleſtiſsimum excommunicatur pluries in anno, ſecundùm Hoſt. in ſumma de ſent. excom.

50 Committitur Furtum, Incendio, Ruina, & Naufragio. Incendio dum fit magnum populi concurſus, vt extinguatur incendium, bona ibi exiſtentia nunquam flammæ reſiduum ab accedentibus interdum rapiuntur; hoc idem accidere ſolet, dum domus ruina opprimitur; aut ſi nauis naufragium patiens, expurgaretur, quæ niſi reſtituerentur, furti retines tenebitur, vt in l. 1. & l. 3. ff. de incend. ruin. & naufrag. naue expurg. Incendium eſt ignis, flamma comburens, doloſa voluntate alteri nocendi adhibitus, c. vt Clericos. de vita, & honeſt. Cleric. Sic Incendiarius eſt, qui vel ob inimicitiam, aut prædæ gratia, ædes, ſegetes, arbores, ſeu alia bona incendit, l. capitalium. §. Incendiarij. ff. de pœn. Incenſor, qui ad malum agendum inflammat, l. 1. & ſeq. ff. eod.

ff. Incēd. rui. naufr. naue expurgat.

51 Committitur furtum pariter dum quis occupat tignum alienum, immittendum illud ad ſuſtentandam domum ſuam, nam ex l. 12. tab. hoc prohibetur, tignum iniunctum domibus vicini

ff. tigno iniū cto.

vicini tolli, aut vendicare. Sub appellatione tigni venit omnis materia ex qua ædificium componitur, etiam pedamenta, quibus vineæ ſuſtinentur, l. 1. §. hoc amplius. ff. de tigno iniuncto. *ff. tigno iniuncto.*

52 Inſuper committitur, ſi quis teſtamento liber ſit relictus, & hæres, & alter poſt mortem domini ante aditam hæreditatem illum ſubripuerit, vel corripuerit, tunc illi tenebitur furti, & ad illum reſtituendum, vt in tit. ff. ſi quis teſtam. liber. *ff. ſi qs teſta. liber.*

53 In cædendis arboribus, etiam furtum committitur, eo magis, qui vites incidit; nam tales puniuntur, vt latrones, l. 3. ff. arb. furt. cæſar. & appellatione arborum continentur vitis. Hederę arundines, ſalices, & ſimiles. Cædere eſt ſuccidere, vel ſecare, ſuccidẽdi cauſa furtim, & ſi dicuntur: quæ clam inuito domino cædere, vt in tit. ff. arbor. furt. cæſarum. *ff. arbor. furt. cęſar.*

54 Remouens terminos agrorum furtum committit, & collocando eos vltra, vel citra, vt in tit. ff. termino ammoto. Terminus eſt finis, ſeu limes diſtinguens confinia agrorum, c. foro. de verbo. ſignif. Sumitur etiam pro dilatione. *ff. termi. ammoto.*

55 Vſura delictum eſt, & eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, ſecundum Hoſt. & Goffr. in ſum. de vſuris. Abb. ibi in Rubr. Alberi. in l. iubemus. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. & c. 1. c. conſuluit. de vſuris. Perpetratur vſura principaliter dum mouetur ad mutuãdum ſpe lucri, non alio fine, licet habeat animum recipiendi alia munera, ad quæ naturaliter tenetur, l. & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Secundò, præcedat pactum, ideò, quod fuerit oblatũ ſine pacto, non venit in vſuram, 14. q. 1. ſicut. Tertiò, transferatur dominium rei mutuatæ, quod ſecus eſt in locato, l. nec creditores. C. de pignora. act. quicquid agitur accedit ſorti erit vſura, quod intelligẽ non ſolui pro ſorte, ſed pro dilatione ſolutionis, c. conſuluit. de vſur. Interdum ſumitur vſura pro intereſſe, vt in c. ſalubriter. de vſur. quod delictum non facit. Appellatur vſura, quaſi vſus rei, vel vſu rea, hoc eſt pecuniæ ſ. æris vſus; & non committitur, niſi in his, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, Inſt. quibus mod. re contrah. oblig. in princ. & habetur in tit. ff. de vſur. *ff. de vſur.*

56 Inſuper, qui res corruptas vendit pro bonis, & contra Annonam emunt frumentum delictum committunt, & digni ſunt pœna, vt habetur in l. ex Annona. ff. ad l. Iul. de Anno.

57 Incendiarij pariter grauiter delinqunt, vt dictum eſt, dum quis ex odio, vel vindicta malo animo incendit; Aedes arbores, ſegetes, & alia bona, c. cum deuotiſſimã. 12. q. 2. & 23. q. 8. peſſimam; & eadem pœna tenentur mandantes, auxiliantes, conſilium præſtantes, vt in tit. ff. de Incendiarijs; qui authoritate Principis id agit, non punitur, & mitius agitur cũ eo, qui negligenter intulit ignem, veluti, qui ſtipulam agri ſui comburabat, & flamma cõburit frumentum vicini, ad intereſſe tenebitur, l. pen. ff. eod. l. ſi ſeruus. §. ſi quis Inſulam. ff. ad l. Iuliam. Sic principaliter attenditur dolus, & culpa. *ff. incẽdiar.*

58 Falſitas circa multa committi poteſt, veluti circa dicta, ſcripturas, & perſonam, ac ſimilia. Eſt autem falſum mutatio veritatis, Auth. de inſt. cauſ. coll. 6. in princ. & propriũ falſi eſt immutare vera, vel falſa pro veris componere, vt habetur in tit. ff. ad l. Cornel. de falſ. & ſemper attenditur dolus, & falſum cõmittit, qui falſum teſtem inducit, vt inſtructus, falſa deponat, l. 1. ff. de falſ. & ſciat id falſum eſſe. *ff. ad l. Corn. de falſ.*

59 Aſcribens ſibi legatum in teſtamento, quod verum non eſt, falſum committit, l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ. & l. Senatus conſul. C. de his, quæ ſibi aſcribunt teſtamentò. ex quo teſtator id non ordinauerit, Clar. in §. falſum, plures caſus falſitatis numerat, veluti, qui litteras Superioris mutauerit, aut cancellauerit, aut abraſerit, vel illas aperuerit, detegendo parti contenta in litteris, per Barr. in l. Titio. ff. ad municip. Item vendens eandem rem ſcienter duobus, l. qui duobus. ff. de falſ. *C. his, quæ ſibi aſcrib. teſtamẽ.*

60 In moneta committitur falſitas, vel diminuendo pondus, aut adulterando ſignũ, vt habetur in tit. ff. ad Cornel. de falſ.

61 Falſum etiam eſt mutare ſibi nomen in fraudem alterius, vel ſimulando perſonam, repreſentando vnum pro altero, at ſine fraude prædicta non ſunt delicta, l. 1. C. de mutatione nominis. Committitur etiam falſum ab eo, qui vendit res ponderibus non iuſtis, gloſſ. in l. fin. §. fin. ff. ad l. Iul. de damno. *C. mutat nominis.*

Com-

62 Committuntur etiam delicta circa vitia carnis, veluti fornicatio, quæ eſt concubitus ſo-
luti cum ſoluta,& ſic pro omni coitu illicito mulieris,vt in 32.q.2.quis ergo.c.meretrices.
32. q.4. Concubinatus eſt illicitus coitus, ſoluti cum ſoluta, in domo retenta, maritali af-
fectu, Bart.l.1.ff.de concub.

63 Inceſtus eſt cõmiſtio carnalis copulæ cũ cõiuncta ſanguine,vel parẽtela, vt refert Clar.
in §.inceſtus.& committitur; & ſi mulier permiſerit ſe cognoſci à Sacerdote, vel Religio-
ſo, ſecundum glo.in l.2.C.de Epiſcop. & Cleric. Idem dicendum de eo, qui contraxit in-
ceſtuoſas nuptias, ex Clar.vt ibi.

64 Adulterium eſt violatio, ibi in c.non machaberis.32.q.5. cõmittitur tribus modis; Pri-
mò, inter virum coniugatum,& mulierem ſimiliter nuptam; & tunc erit duplex adulteriũ.
ff. ad l. Iuliã, de adult. Secundò, inter virum coniugatũ,& mulierẽ ſolutam. Tertiò, inter virũ ſolutũ,& mulierem
nuptam, ex tit.ff.ad l. Iuliam, de adulte. De iure Canonico cõmittitur à quocunq; nupto,
c.nemo. 32.q.4. Item, qui Sponſam de præſenti cognouit, adulterium cõmittit, glo. in c.
diſcretionem, de eo, qui cogno.

65 Raptus eſt alia ſpecies delicti, & committitur cum hominibus, vel mulieribus, eas rapi-
endo, & eſt abductio mulieris, libidinis cauſa, de loco ad locum, non autem cõmodioris
coitus, Clar. in §. raptus, & perpetratur tam in virgine, quàm in vidua, ſanctimoniali, &
nupta, c. raptores. 36.q.2. & ibidem c.ſi quis non dicam; animus rapiendi ſuæ cõmodita-
ff. rapt. virg. tis cauſa interuenerit; & idem eſt, ſi blandis verbis deceptorijs induceretur, vt habetur in
ff.de rapt. virg.

66 Sacrilegium cõmittitur duobus modis, aut violando res ſacras, vel Deo ſacratas,& duo
requiruntur in uiolatione, vel quod perſona violata ſit ſacra; aut ſit in loco ſacro commiſ-
ſum delictum, ſecundum ius ciuile, de iure Canonico alterum ſufficit, Bar.l.diui.ff.ad l.Iu-
liam pecula & hoc fit vel corrumpendo perſonam Deo dicatam, aut rapiendo de loco ſa-
cro, Clar.in d. § ſacrilegium.

67 Stuprum eſt concubitus cum virgine,& dicitur illicita virginis defloratio,ſecundũ Gof-
fred. in ſum.de adulter. nu.2.& committitur etiam cum vidua honeſta, licet differat à vir-
gine, Clar.in §.ſtuprum.

68 Sodomia grauiſſimum, ac nefandiſſimum eſt ſcelus, & de iure ciuili eſt cõmiſtio, tam
cum maſculo, quàm cum fœmina extra vas debitum, Dec.in l.ſi qua mulier. C.de ſecund.
nupt. Clar.in §.ſodomita. at de iure Canonico abus puerorum appellatur, potius Sodomi
ta, quam cum muliere, licet generali nomine, tam Sodomita, quam Innaturali, & Beſtia-
litas dicuntur contra naturam, ex Diuo Tho.in 2.2.q.152.art.11. vbi ait. *Eſt determinata
ſpecies luxuriæ, vbi ſpecialis ratio deformitatis occurrit, quæ facit indecentem actum venereũ,
& hoc contingit duplici modo; vno, quia repugnat rationi rectæ, & eſt commune in omni vitio
luxuriæ, vel quia repugnat ipſi ordinationi naturali venerei actus, & tunc dicitur contra natu-
ram; Ideò mollities erit contra naturam, concubitus eiuſdem ſpeciei, vt Beſtialitas, concubitus
ad non debitum ſexum, vt maſculi ad maſculos, fœmina ad fœminas, & hoc dicitur ſodomiticũ;
at ſi debitus modus concubendi non ſeruatur, vel quantũ ad inſtrumentũ, vel ad vas non debitum.*
Auth. vt non luxurietur cõtr.nat. Hæc ex Diuo Thoma.De his plura in tit. Auth.vt non luxurietur contra naturam; & apud
69 Clar.in §.fornicatio. veluti de commiſtione cum brutis, de vaſſalo, & ſeruo, commiſcen-
tibus ſe cum Domina; de Officiali cum fœmina, exiſtente ſub ſua cuſtodia; de tutore cum
pupilla; de Cuſtode cum carcerata; de Chriſtianis cum Iudeis; de mulierib. ad inuicem;
qui quidem actus, & concubitus ſunt illiciti,& vt delicta punibilia, vt ibi Clar.

C. ſepulchro violat.
70 Violans ſepulchrũ grauiter etiam punitur, quod fit, vel cognoſcens mortuam, quia tũc
contrectatur cadauer, l.fin.C.de ſepulchro violato, vel extrahens armata manu cadauera,
l.3.C.eod.vel ſpoliando cadauera, vt in d. l.3. §.aduerſus. Item extrahendo oſſa de ſepul-
71 chro, aut ea demolientes, aut impedientes ſepulturam, l.3.& l.fin.C.eod.

Hęc ſufficiant præcognitione Delictorum, iuxta ordinem Rubricarum; ommiſſis alijs,
quę à cęteris Doctoribus declarantur; ne contra ordinem propoſitum procedamus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi de criminibus agatur.*
2 *Accuſatio quid ſit.*
3 *Requiſita ad accuſationem.*
4 *Qui poſſint accuſare.*
5 *Inquiſitionis ſpecies.*
6 *Requiſita ad formam inquiſitionum.*
7 *Denunciationis ſpecies.*
8 *Notorium quid, & quotuplex.*
9 *Qualiter pro notorio procedatur.*
10 *Querela quid, & differentia ab accuſatione.*
11 *Qualiter rei ſunt requirendi.*
12 *Custodia reorum, & quid carcer.*
13 *Quotuplex carcer.*
14 *Quæſtio quid ſit.*
15 *A quæſtione quando incipiendum.*
16 *Requiſita ad quæſtionem.*
17 *Abolitio quid.*
18 *Præſcriptione quando liberetur.*
19 *Contra mortuum, quando procedatur.*
20 *Beneficio Principis quando liberetur.*
21 *Pœna quid, & eius genera.* 22.
23 *Capitales pœnæ, quæ.*
24 *Corporales pœnæ. quæ.*
25 *Qui delinquentes priuentur ſepultura.*
26 *Damnatio ad beſtias quid.*
27 *Præcipitatio quid.*
28 *Interdictio aquæ, & igni.*
29 *Deportatio quid.*
30 *Relegatio.*
31 *Exilium quid, & quotuplex.*
32 *Confiſcatio bonorum, quæ.*
33 *In quibus caſibus fiat confiſcatio.*
34 *Famoſi libelli qui, & quales.*
35 *Pœna pecuniaria, quæ.*
36 *Quando imponatur.*

DILVC. II. DE ORDINE PROCEDEN. IN CAVS. CRIMIN.

1 COGNITIS delictis, iuxta titulorum ordinem, modo videndũ qualiter
ad eorum executionem, ſecundum eandem Rubricarum feriem, ſit pro-
cedendum. Ideò quærebatur de loco, vbi de criminibus agi oporteat, ve-
luti ſi apud Iudicem loci communi delicti, ſecundum l. fin. ff. de accuſat. C.
l. 1. C. eod. vbi de criminibus agi oporteat. vel à Iudice loci, in quo reus vbi de crimin. agi
fuit captus, examinatus, & conteſtata lis, ſi nulla fuerit facta oppoſitio, opert.
l. 1. C. eod. Tertiò, vel à Iudice, vbi reus habet domicilium, Auth. vt omnes Iud. obed. §. 1.
col. 5. l. 1. C. eod. & l. 2. Boſſ. in tit. de foro compet. Clar. §. fin. q. 39.

Reperto Iudice, vidẽdus ordo procedendi, & vt annotarunt practici, aut proceditur per
accuſationẽ ad querelãdus partis, aut ex officio, per deprehenſionem infraganti, aut ex in-
quiſitione, aut ex notorietate facti, ant denũciationem; & ſic duo ſunt præcipua remedia,
aur ad inſtantiam partis, aut ex officio Iudicis.

2 Accuſatio eſt reum criminis per libellum deferre, vel facere ad vindictam, l. cum ratio-
nibus, l. qui ignorat. l. ſi quis ex familia. C. de accuſat. requiruntur ad accuſationem plura;
Primò, quod fiat in ſcriptis, l. leuia. ff. de accuſat. c. qui crimen. 2. q. fin. Secundò, accuſator
ſe ſubſcribat ad pœnam talionis, ſi non probauerit, quæ in accuſatione detulerit, l. fin. C.
3 de accuſationibus. c. quiſquis. 2. q. fin. quod verum de iure Canonico, ſecus de iure Ciuili,
Bart. in l. 2. C. ſi ſerui, vel liberi. Tertiò, in ea ſcribatur nomen accuſantis, accuſati, crimi- ff. C.
nis commiſſi, dies, menſis, annus, locus commiſſi criminis, l. libellorum. §. ſuſcepto. Auth. de accuſationib.
de exhiben. reis. & in tit. ff. & C. de accuſationib.

4 Propterea non omnibus conceſſum eſt accuſare, vt habetur in tit. C. qui accuſare non po
terit. regula eſt; quilibet accuſare poteſt, ſi à lege non prohibetur, §. 1. in princ. Inſtit. de
publ. iud. excipiuntur multi ibi, veluti mulier, l. de crimine. ff. eod. Accuſatus, ſuum accu-
ſatorem non accuſat, l. neganda. C. eod. Procurator, vel alter alieno nomine, ſine manda-
to non accuſat, l. 2. C. eod. Qui expreſſe renunciauerit cauſæ, vel accuſationi, l. accuſatio
nem. C. eod. Frater fratrem non accuſat, l. magnum. C eod. Infamis non accuſat, l. cui mi-
nus. C. eod. Alumnus ſuum alumnum, l. iniqum. C. eod. Serui familiares, liberti ſuum Do-
minum, l. pen. Miles non accuſat, l. non prohibetur. Pupillus repellitur ab accuſatione, d.
l. non prohibetur. vt in tit. C. qui accuſare non poſſunt, vbi Doct. latius declarãt. licet ali C.
qñ admittatur quilibet de populo, vt in crimine publico, ſecundũ Clar. in §. fi. q. 16. & 17. qui accuſ. non poſſ.
5 Proceditur aliquando ex inquiſitione, quod eſt ex officio Iudicis; Inquirere eſt recipe-
re teſtes, ſeu informationes contra aliquem, & eſt remedium extraordinarium. Duplex eſt
inqui-

inquiſitio generalis, quo ad perſonas, & delictum, veluti Officiales in principio ſui officij
faciunt, vt in l.congruit.ff.de offic.præſid. Specialis, de qua in præſenti, Bart.l.2.§.ſi publi
6 cum.ff.de accuſat.glo.& Innoc.in c.qualiter.de accuſat. Requiſita ad inquiſit. ponit Clar.
in §.fin.q.3.in princ. Et primò, conſtet delictum fuiſſe cõmiſſum. Secundò, ſciat Iudex ſu-
per quibus criminibus inquirere poſſit, & quæ de conſuetudine ſint ſeruanda. Tertiò, præ-
cedente diffamatione cum certo, authore, quæ originẽ non habuerit à maleuolis.
7 Proceditur etiam per denunciationem factam coram Iudicem, ad quam certi tenentur
ex officio; quidam ſua ſpontè denunciant, & talis denunciatio ſufficit ad inquirendũ, &
multi repelluntur à denunciatione, ſecundum Bart.in l diuus.ff.de cuſtod.reorum, & regu
la eſt, qui non poteſt accuſare, non poteſt denunciare in delictis, in quibus proceditur, ad
inſtantiam partis, vigore ſtatuti; de hac denunciatione plura retulit Clar.in §.fin.q.7.
8 Proceditur etiam notorietate facti; notorium dicitur, quod nulla tergiuerſatione po-
teſt celari, c.manifeſto.2.q.1. veluti de eo, quod actum eſt coram populo, vel maiori par-
te: & ſolum facti notorietas non ſufficit, ſed requiritur probatio eius qualitatis, ſuper qui-
bus Iudex recipere debet probationes,& conſtare delictum fuiſſe notoriũ ſaltem per duos
9 teſtes. Clar. in §.fin.q.9. Notorium duplex eſt, iuris,& facti: Iuris, per confeſſionem par-
tis factam in iudicio, aut per ſententiam, c.veſtra. de cohabit. Cleric. & mulier. facti per
euidentiam rei. quæ tergiuerſari non poſſit, c.fin.eod.& c.cum dilectus de purg.cano. Pręſumptũ notorium eſt, ſi publicè habitus ſit, vt talis, veluti pro filio, c.qm̃.de filijs Præsbyt.
10 Inſuper proceditur ẽt ad querelã, quæ eſt expreſſio iniuriæ receptæ corã Iudice contra
offendentẽ, vt ſiñ ius delinquẽs puniatur,& differt ab accuſatione, ꝙ libello porrigebatur;
at hodie talis differentia ſublata eſt in praxi; & idem ſunt, ſecundũ Clar. in §.fi.q.10.
11 Habita notitia de delicto,exorditur cauſa quæſtionis contra delinquentem,qui quſtquã
conſtiterit de delicto, requirendus erit, vt procedatur ad pœnam, prius deducatur ad car
ceres, quod fit, vel dum à familia capitur, vel citatur ad comparendum, vt habetur in tit.
ff.de requirendis reis. factũ eſt hoc, quia abſentes non puniuntur, nam inaudita cauſa quē-
quam damnari æquitatis ratio patitur, l.1.ff.eod. propterea monentur, vt copiam ſui pręſtent, vt in d.l.1. Datur forma perquirendi ædictis, ſecundum glo. ibi in verbo requiren-
dus, & habet tempus ad ſe purgandum, l.mandati.ff.eod.

ff. requirẽdis reis.

12 Si reus haberetur, tunc inquiritur de veritate delicti,& ad carceres detruditur ſub cuſto
dia, vt in tit. ff.de cuſtod.& exhibit. reorum. eſt autem carcer, vt ſupra diximus, locus vbi
rei cuſtodiuntur,ne de manibus curiæ effugiant,& videtur priuatio libertatis,Bar in Auth.
13 de defenſ. ciuit.§.audiui. Sunt autem plures ſpecies carcerum, l.1.l.diuus.ff.eod. quædam
dicitur lata, quæ ſub fideiuſſore conſtituitur, ne delinquens de certo loco diſcedat. Alia
dicitur arcta, quæ ſub clauibus, & cuſtodia detinetur. Tertia eſt arctiſſiima, dum addun-
tur compedes,& manicæ ferreæ; at ſemper reſpiciat cuſtodiam, vt in tit.ff.eod. ſi reus de-
lictum confeſſus fuerit, in vinculis detinetur, donec pronũcietur, l.ſi confeſſus. ff. eodem.

ff. cuſtod. & exhibit. reorum.

14 ſi negauerit, tunc quæſtio adhibenda eſt, ſeruata forma, vt infra. Eſt autem quæſtio inqui
ſitio veritatis pro tormenta, indicijs legitimis præcedentibus contra reum in carcrib. de-
tentum, ſi delictum ille negabit, cum ſit tunc ad quæſtionem procedendum, ſecundum ver
ba diui Adriani ad Sennium Sabinum ad tormenta ſeruorum: *Ita demum venire oportet*;
cum ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita probatione admouetur, vt ſolum confeſſio
ſeruorum deeſſe videatur; & à ſuſpectibus, vel timidiore, & teneræ ætatis incipiendum,
& à quo facilius Iudex potuerit eruere veritatem, l.1. l.vnius. ff.de quæſt. Hoc factum eſt
ad habendam veritatem, at non in omnibus delictis,ſed in capitalibus,& atrocioribus de-
lictis, l.ædictum diui Auguſt. ff.eod. & excipiuntur quædam perſonæ, & in certis cauſis,vt
in l.diuus Pius.l.de minore,& ſeq.ff.eod. Praxis aũt eſt ad tormenta non eſſe accedendũ,
15 niſi concurrentibus iſtis; Primò, quod veritas aliter haberi non poſſit, ex d.l.diuus.Secũ-
dò, procedant, quæ faciant ſaltem ſemiplenam probationẽ, l. ex libero,& l.1.ff.eod. Ter-
tiò, pro delictis grauibus, & in quibus venit irroganda pœna corporis afflictiua, vt in d.l.
edictũ. Quartò, ne detur conuictis,& confeſſis ſuper eiſdem. Quintò, ne detur perſonis ex-
ceptis à iure, vt in d.l.diuus. Sextò, reus confirmet confeſſionẽ facta in tormentis, poſt tor
menta

Digitized by Google

menta, vt in ea perſeueret, Bart. l. 2. ff. eod. Habet itaq; tormentũ plures gradus. Primũ eſt cõminatio. Secundũ, adductio ad locũ tormenti. Tertiũ, ſpoliatio, & ligatio. Quartũ, eleuatio in equileo. Quintũ, ſquaſſatio; vide Doct. in tit. ff. de quæſtionibus.

ff. de q̃ſtionibus.

16 Tales itaque rei, ſi confeſſi non fuerint, nec conuicti, abſoluuntur. Confeſsi verò condemnantur, vt conuicti, & pluribus modis laborantur, vt infra.

17 Aliquando delictũ non fuit plenè probatũ, nec deductum ad quæſtionem: & tunc pars remittit iniuriam abolitione. Eſt aũt abolitio peremptio accuſationis, & fit tribus modis, vt in tit. ff. de abolit. Primò, quando fit à Principe, dum repentinè feriæ in ſignum lætitię inducuntur, & tunc carcerati liberantur. Secundò, dum accuſator remittit iniuriam, & petit non moleſtari à Iudice, dummodo pecunia non fuerit corruptus. Tertio, morte accuſatoris, ſeu accuſati, aut biennio tranſacto, l. abolitio, l. aut priuatim. C. ſi reus, vel accuſa.

ff. abolitionibus.

Interdum liberantur tranſactione, dum ad inuicem partes ſuper delicto tranſigunt, in quibus permittitur, vt in l. tranſigere. C. de tranſact. l. ab accuſatione. ff. ad Turpilia. Aut ſi appareret de calumnia accuſatoris, qui falſa crimina ſcienter tribuerit, l. athletas. §. calũniator. ff. de infamibus.

18 Liberantur etiam præſcriptione, nam criminalis quæſtio intra certum tempus determinatum à iure eſt terminanda, vt in tit. C. vt intra certum tempus, criminalis quæſtio terminetur, propterea in quibuſdam caſibus ad accuſandum conceditur biennium, l. fin. C. eod. l. properandum. ff. de iud.

C. vt ĩtra certũ tẽpus, quẽ terminetur.

19 Eodem modo prouiſum fuit ad conſeruandam memoriam defunctorum; nam de his, q honorificè, vel ſine infamia commiſsi delicti deceſſarunt, vltra quinquennium ab eorum morte, de delictis inquiri non debet, vt in tit. ff. & C. ne de ſtatu defunctorum.

ff. C. ne de ſtatu defunctorum.

20 Alij liberantur beneficio Principis, vt qui eius indulgentia impetrata, ſupplicationib. vel præcibus ad priſtinum ſtatum reſtituuntur, ac ſi non deliquiſſent, vt in tit. ff. de ſententiam pall. & reſtit.

ff. ſentẽ. pall. & reſtit.

Alij liberantur ſententia à Iudice, tamquam innocentes reperti, ſeruata forma iudicij.

Quidam verò non liberantur, ſed ad pœnas, iuxta qualitatem delicti, condemnantur, ſic de generibus pœnarum habetur in tit. ff. & C. de pœnis.

ff. C. de pœnis.

21 Pœna eſt delicti ſatisfactio, quæ à lege, vel miniſtro legis imponitur, & imponenda venit contra doloſos, non autem in caſu fortuito, aut in furore, vel ebrietate, vbi non interuenit animus, nec dolus, l. pen. ff. ad leg. Pompe. de parricid. l. diuus. ff. de offic. præfect. Aliquando leuiter infligitur, vt ſi leuiſſimè deliquerit, l. 4. §. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 4. §. 1. l. abſenti. §. fin. ff. eod.

22 Pœnarum genera ſunt diuerſa, quædam dicuntur capitales, quæ vitam adimunt naturalem, alij ciuilem, ſicuti eſt ſeruitus, quædam priuant Ciuitatem, aliæ habent coërctionem corporis, aliæ pecuniarũ iacturã, vel honoris, ſicuti eſt irrogare infamiã, l. ſi qs fortè. ff. eo.

23 Capitaliũ pęnæ ſunt damnatio ad furcas, capitis amputatio, combuſtio. ſubiectio olim erat ad beſtias, quaſi capitalium ad metallum coërctio, in inſulam deportatio, l. capitaliũ. ff. eod. hodie ad triremes, ſeu aquæ, & igni interdictio, l. 2. ff. eod.

24 Datur alia pœnarum diuiſio, aliæ corporales, alię non corporales; Ammiſſio Ciuitatis
eſt deportatio, ſed propriè ſumitur pro pœna ſanguinis, glo. in l. tranſigere. C. de tranſact.
alij intelligunt de perpetuo exilio, ſecundum Clar. in §. fin. q. 67. Capitalium diuiſio quæ-
25 dam dicitur maxima, vt dum mortuus ſepultura priuatur, vt iu tit. ff. de cadaueribus pon
torum; nam ſecundum glo. in l. 1. ff. eod. Cadauera punitorum non traduntur Eccleſiaſticę
ſepulturæ ſine licẽtia Iudicis, l. obnoxios. C. de religio. & hoc intelligitur tam de integro
corpore, quàm de fruſtris, & cineribus, l. 1. ff. eod. nam quædam crimina ſunt adeo gra-
uia, quod damnati ob illa priuantur ſepultura, vt eſt crimen læſæ Maieſtatis, corpora cõ-
buſtorum, vt in d. l. 1. ibi glo. ff. eod.

Erant, ſecundũ iura antiqua, quædã aliæ ſpecies pęnarũ, quæ in deſuetudinẽ abierunt, vt damnatio ad beſtias; præcipitatio; interdum aquæ, & igni; ad metallum, & deportatio.

26 Damnatio ad beſtias, fuit pœna inflicta Danieli ſeruo Dei, qui in lacum leonum, vt deuoraretur, fuit miſſus; Ita alij tradebantur lupis, & efferatibus animalibus; at cum ſit pe-

Digitized by Google

riculum inter Chriſtianos de damnatione animæ, ideò non ſeruatur, ſed eius loco ſucceſ-
27 ſit decapitatio, Ang. in l. 1. §. legis Corneliæ. ff. de ſicar. Precipitatio apud Romanos erat
proiectio damnati hominis de ſaxo Tarpeio in Tyberim, quæ pœna per ipſam legem fuit
28 ſublata, l. ſi diuturne. in fine. ff. de pœnis. Aquæ, & igni erat deportatio ad certum locum, L.
1. & l. 3. ff. ad l. Iul. peculat. Ad metallum, ſeu opus metalli, erat deportatio, vt foderent
aurum, vel argentum, aut aliam ſpeciem metalli ex mineris ad id agendum damnato, ſi-
cuti hodie ſucceſſit condemnatio ad remigandum in triremibus; de iure verò Canonico,
eſt perpetuus carcer, Bald. in l. credibile. ff. de pœnis.
29 Deportationis pœna de iure Digeſtorum, erat in vſu, ita & C. vt dum delinquens deſti-
nabatur perpetuò ad certum locum, & priuabatur bonis, Ciuitate, & familia, & compa-
ratur hodie vel exilio, aut morte.
30 Relegatio erat in vſu, & duæ erant ſpecies; quidam relegabantur in Inſulam; & quidã
ſimpliciter, veluti, ſi interdiceretur aliqua Prouincia, & differt à deportatione, quia rele-
gatio poterat eſſe perpetua, & ad tempus; Deportatio verò erat perpetua, l. relegatorũ.
ff. de interd. & relig. Interdicere eſt prohibere ne in loco ſui natalis, & domicilij habitet,
ſic interdicitur Prouincia, quam regit, vt in d. l. relegatorum. Sic plura interdicuntur, ve-
luti Patria, Prouincia, & Ciuitas.
31 Exilium propriè eſt deportatio, non relegatio, niſi impropriè, & eſt triplex, ſecundum
32 l. exilium. ff. eod. his verbis, exilium, triplex eſt, aut certorum locorum interdictio, aut
lata fuga, aut omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut Inſulæ vinculum,
idest relegatio in Inſulam, vt in tit. ff. de interd. & relegat. *ff. Interdict. releg.*
33 Alia pœna eſt priuatio, ſeu confiſcatio bonorum. Confiſcare eſt bona damnatorum, Fi-
ſco applicare, vt in tit. ff. de bonis damnat. nam delinquentium bona publicantur poſtquã
rei fuerint dati pœnis, l. 1. l. ſi lex. C. de bonis damnat. licet in omnibus delictis non veniat *C. Aut. bonis damnator.*
34 confiſcatio, ſed in quibuſdam exceptis criminibus, vt læſæ Maieſtatis, vel eorum, qui ſibi
mortem conſciuerunt ante ſententiam, vt in tit. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiã mor
tem ſibi conſciuerunt: olim in omni delicto bona cõfiſcabantur, ſed de iure Codicis, Au-
then. bona damnatorum ſublata eſt, & bona deferũtur ad proximiores vſque ad quartum
gradum, & hodie excepta crimina ſunt Hæreſis, læſæ Maieſtatis, Apoſtaſiæ, & aliorũ cri-
minum de conſuetudine, vel ſtatuto, vt ait Clar. in §. fin. q. 78. *ff. bon. eorũ, qui ante ſent. mort. ſibi cõſciuerũt.*
35 Imponitur etiã alia pœna, quæ mitior eſt omnibus, & dicitur pecuniaria: nam iura qui-
buſdam delictis mitiora fuere, veluti de iure antiquo, qui blada ement, vt venderẽt illa ca
riori pretio, puniebatur in pœnam viginti aureorum, l. 2. ff. ad l. Iuliam, de Annona. Item
ſi Miles, vel meſſor grauaſſet hoſpitem, à quo hoſpitabatur, puniebatur in decem libr. au-
rei, l. deuotum. C. de meat. lib. 12. quæ hodie in deſuetudinem abierunt; & quando à le- *ff. ad l. Iuliã de anno.*
36 ge non fuerit taxata pœna, Iudex poterit ſuo arbitrio pœna pecuniaria delinquentem pu-
nire, ſecundum Clar. in §. fin. quæſt. 83. & ſeq. per Bald. in l. 1. §. 1. ff. ſiquis teſt. lib. ſic pœ-
narum, tam quantitas, quàm qualitas, vel eſt à lege, aut conſuetudine, ſtatuto, vel arbitrio
Principis taxata, cætera, quæ in praxi potius cõtinentur, tam de modo procedendi, quàm
de delictorum pœnis: alijs Scriptoribus, qui de huiuſmodi modo ſcribendi dixerunt remi-
ſimus; cum nobis titulorum, & terminorum iuris tantum dilucidationes aſſumpſetimus,
aperire. propterea, Deo dante, de his omnibus in noſtris materiarum Dilucidationibus
edendis cumulatè dicemus. Interim cum Scribentium copia non deſit, ſuum quilibet aſ-
ſumet authorem, vt in his peritiſſimus euadat.

Hæc dicta ſufficiant ad dilucidationem terminorũ legalium, breui, quo potuimus, re-
ſtricta ſermone, ſi quid benè diximus, Deo Omnipotenti, ac Deipare eius ſẽper Virginis
Mariae gratias, quas poſſumus, animo, verbo, & operæ, agimus; & Iuuentuti conſuli-
mus, vt Leges, quas profitentur, breui tempore, facilè & dilucidè percipiant; ſi quid verò
(quod non credimus) contra Sanctæ Matris Eccleſiæ ſtatuta ſcriptum hic reperiretur remo
uemus; & pro non ſcripto declaramus: ſubijcimusq; nos obedientiæ S. Eccleſ. Catholicæ,
& ſummo eius capiti Pontifici Max. & id profitemur, quod ipſa Mater Eccleſia Catholi-
ca Romana præcipit. & ſit benedictus Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

ELEN-

ELENCHVS,

Seu partitio generalis omnium Titulorum exiſtentium in corpore, Digeſtorum, Codicis, Authenticorum, & Inſtitutionum, iuxtà totius operis ordinem, ad præmiſſorum Dilucidationem accommodatus.

PRÆFATIO.

REDVXIMVS *totius Iuris volumen ad quinque Libros, eo ordine partitos, vt non ſolum termini, ſed materia legales cumulatè dilucidentur: Nam, qui per incognita, aut naturali ordine prætermiſſo procedit, finem (ad quem tendimus) aut difficile, aut rarò attinget; qui verò ſui itineris metam proſpicit, recto, ac certo progreditur tramiti. Talis itaq; eſt noſtrarum Dilucidationum effectus, qui cum legum via ad ſua vera capita reducat, illam cunctis tamq; obſcuram, in veram lucem, præmiſſo ordine, demonſtrat: præterea nullo adhibito repertorio, nullouè alio adiuncto magiſtro, ſuo quiſque marte quicquid optauerit, inueniet. Ordo naturalis id poſtulat, vt quæ præceſſerint tempore, præferantur ſcriptura, & ordine. Hoc tantum Legum profeſſoribus proficit, vt non ſolum ſtatum cauſæ (qui, vt plurimum accidentium multitudine inuolutus obſcurusq; redigit) verum etiã & diuiſionis ipſius locus, ac ſi digito tactus demõſtrabitur. Exordiemur a primo libro Rubricas, præmiſſo ordine, diſponẽdo: deinde ad alios vſq; ad finẽ procedemus.*

ELENCHVS PRIMI LIBRI DE IVRE.

In his tractatur de orig. iur.	Origine Iuris	ff.	His, qui ad ſtatuas confugiunt	C.	
	Veteri Iure enucleando	C.	Iure immunitatis	ff.	
	Emendando Codice	C.	Priuileg. Vrb. Conſtantinopol.	C.	
	Iuſtiniano Cod. confirmãdo.	C.	Legibus, & Senatuſconſultis	ff.C.	
	Iuſtitia, & Iure	Inſt.ff.	Quæ ſit longa conſuetudo	C.	
Definitiones & diuiſ. iuriũ.	Iure naturali gentium, & ciuili	Inſt ff.	Iuris, & facti ignorantia	ff.C.	Legũ diuiſio.
	Iure Reipub.	C.	Conſtitutionibus Principum	C.	
	Nudo iure Quiritum tollẽdo	C.	Mandatis Principum	C.	
	Priuilegijs veteranorum	ff.	Diuerſis reſcriptis	C.	
De priuilegijs.	Iure aureorum annulorum	ff.C.	Præcibus Imperat. offeren.	C.	
	His, qui ad Eccleſias confugiũt	C.	Albo ſcribendo	C.	
			Aedilitio ædicto	ff.	

EX LIBRO II. DE PERSONIS.

Collocauimus primo loco in præludijs quadam, vt genera, pro meliori notitia ſpecierum perſonarum.

De perſo. in genere	Quod cuiuſq; vniuerſitatis	ff.	Aedilitia libertate	C.	Seruorum ſtatus, & & eorum manumiſſion.
	Ad municipalem	ff.	Latina libertate	C.	
	Municip. & orig.	ff.	Seruis aſportandis	C.	
	Incolis.	C.	Si mancip. ita venerit	C.	
Diuiſio perſonarum	De ſtatu hominum	ff.	Libert. vniuerſit.	ff.	
	Iure perſonarum.	Inſt.	Seruis fugitiuis	ff.C.	
	His, qui ſui ſunt, vel alieni iuris	Inſt.	Seruo corrupto	ff.	
			Capitis diminutione	Inſt.ff.	

Digitized by Google

Libertinis Inſt.
Statu libertorum ff.
Manumiſſionibus ff.
Cõmunia de manumiſſionib. C.
Manumiſſ. vindict. ff.
Vindicta libertate C.
Manumiſſ. teſtam. ff.
Fideicom. liberti. ff.
Qui in Eccleſ. manumitt. C.
Si mancipia ita fuerint alien. C.
Captiuis, & poſtlim. reuerſ. ff.
Seruo pignori dando C.
Quibus ex cauſ. ſerui manumitt. Inſt.
Ex quib. cauſ. ſerui C.
Qui, & à quibus ff.
Qui manumittere non poſſ. C.
His, qui à non domino C.
Quib. ad libertatẽ proclamare. C.
Si libert. ingenu. detur. ff.
Seruis reipub. manumiſſ. C.
Libertat. eorum C.
Liberali cauſa ff. C.
Aſſertione tollenda C.
Ingenuis Inſt.
Si libert. ingen. eſſe dicatur ff.
Ingenuis manumiſſ. C.
Natalibus reſtituendis C.
Libero homine exhibendo ff.
Mulieribus, & in quo loco C.
Sponſalibus ff. C.
Concubinis ff. C.
Nuptijs Inſt. Auth. C.
Secundis nuptijs C.
Inceſtuoſis nuptijs Auth. C.
Interd. matrimonio C.
Si cum quacumq; præd. poſſ. C.
Si nuptiæ ex reſcripto C.
Vxoribus militum C.
Gradibus cognationum Inſt.
Gradibus affinitatis ff.
Repudijs C.
Diuortijs ff.
Soluto matrimonio ff. C.
Indicta viduitate tollenda C.
Ventre inſpiciendo ff.
Agnoſcendis liberis ff.
Alendis liberis ff.
Naturalibus lib. C.
Adoptionibus Inſt. ff. C.
Quib. mod. natur. effic. legit. Auth.
Filij nati ante dotal. inſtrum. Auth.
Infantibus expoſitis C.
Liberis, & poſthumis ff.
Vbi pupilli educar. debeant. Inſt.
Patres, qui filios dixtrax. C.
Liberis exhibendis ff. C.
Si liberis ingratis C.
Fil. famil. & qui C.
Quib. mod. ſolua. pat. pot. Inſt.
Emancipatione liber. C.
Tutelis Inſt. ff.
Teſtamentaria tutela ff.
Qui tuto. teſtam. dari poſſunt Inſt.
Quãdo mulier tut. offic. fungi põt C.
Legitima tutela ff.
Legit. agnatorum tutela Inſt.
Legit. patronorum tutela Inſt.
Legit. parentum tutela Inſt.
Fiduciaria tutela Inſt.
Attiliano tutore Inſt.
Tutoribus, & curatoribus ff.
Vbi petãtur tut. & curat. C.
Qui tut. dari poſſ. vel curat. C.
In quib. caſibus tutela detur C.
In litem dando curatorem C.
Qui petere teneantur tutelam ff.
Si filius contra matris volunt. C.
Tutela Illuſtrium, quæ C.
Excuſat. tut. & curat. Inſt. ff.
Qui numero liberorum C.
Si tutor Reipub. cauſa C.
Qui numero tutelarum C.
Qui morbo ſe excuſant C.
Qui ætate ſe excuſant C.
Excuſat. veteranorum C.
Excuſat. & temp. eorum C.
Si ex falſis cauſis C.
Confirmat. tut. vel curat. ff.
Satiſdat. tut. vel curat. Inſt.
Rem pupilli ſaluam fore ff.
Fideiuſſoribus tutorum ff.
Magiſtrat. conuenien. ff.
Si ex pluribus tutoribus C.
Adminiſtr. & peric. tut. ff. C.
Periculo tutorum C.
Diuidenda tutela C.
Auctorit. tut. vel curat. Inſt. ff.
Rebus eorum, quæ ſub tutela ff.
Quibus mod. tutela finiatur Inſt.
Suſpectis tutoribus Inſt. ff.
Falſo tutore ff.
Curatoribus Inſt.

De ingenuis.

Mulier ſtatus.

De ſolutis ſponſis coniunctis matrimonio. Solutis. Viduis. Concubinis.

Filiorum ſpecies, & eorum ſtatus.

De filijs in minori ætate. De tutela.

De militũ ſtatu, & de militia.

Minoribus 25. annis ff.C.
His, qui veniam ætatis C.
Curatore furioſorum ff.C.
Armis C.
Vſu armorum C.
Re militari ff.C.
Qui militare poſſunt C.
Veteranis C.
Tyronibus C.
Militari veſte C.
Comeatu C.
Erogatione militar. annonæ C.
Excoctione, & translatione C.
Magiſtris militum C.
Primipilo C.
Decanis C.
Cohortalibus C.
Lictorum, & itinerum cuſtodia C.
Salgama hoſpiti præſtan. C.
Deſertoribus, & occulatoribus C.
Palatinis C.
Caſtrenſianis C.
Athletis C.
Gladiatoribus C.
Renatu ferarum C.

De procuratoribus & aduoc.

Actore ff.
Procuratoribus ff.
Procurat. Cæſaris C.
Aduocatis C.
Aduocatis Fiſci C.
Errore Aduocatorum C.
Vt quæ deſunt Aduocatis C.
Curioſ. ſtatu. C.

Colonorũ ſpecies.

Agricolis, & colonis C.
Colonis Illiricis C.
In quibus cãſibus coloni C.
Coloni Paleſtinæ C.
Colonis Tracenſibus C.
Colonis Palatinis C.

Artificia, & exercitia diuerſa.

Piſtoribus C.
Mendicantibus validis C.
Naut. caupo. ſtabularij ff.
Stratoribus C.
Ponderatoribus C.
Perſecutoribus aurei C.
Metallarijs C.
Murilegis C.
Fabricenſibus C.
Suarijs C.
Tractatoribus C.
Menſoribus C.

De Chriſtianis, Paganis, Hæreticis, Iudeis, & Apoſtatis.

Ne Chriſtianum mancipium C.
Ne ſanctum Baptiſmũ reiteret. C.
Nemini licere Signum Saluat. C.
Paganis, & Sarracenis C.
Iudæis, & Cœlicolis C.
Hæreticis, & Manicheis C.
Apoſtatis C.

Minora officia.

Diſcuſſoribus C.
Concuſſoribus C.
Superexactoribus C.
Tabellionibus C.
Collegijs, & Carthopatrijs C.
Hyrnachijs C.
Apparitoribus Præfecti prætorio C.
Apparitorib. Præfecti Vrbis C.
Apparit. Mag. militum C.
Apparit. Proconſ. lega. C.
Apparit. Comitis Orientis C.
Officio Quæſtoris ff.C.
Offic. Mag. officiorum C.
Offic. comitis ſacra. larg. C.
Offic. comitis rerum priuati C.

Diuerſa.

Conſulibus ff.
Proconſulibus ff.
Senatoribus ff.
Decurionibus C.

Offic. maiora.

Officio Præſidis ff.
Officio Rectoris Prouinciæ C.
Officio eius, cui mandat. eſt iuriſdict. ff.
Præfecto Vrbis ff.C.
Officio Præfecti militis ff.C.
Officio Præfecti Africæ C.
Officio Præfecti Auguſti ff.
Officio Præfecti prætorio ff.
Officio Præfecti Vic. ff.
Officio Præfecti Annonæ ff.
Vicarijs C.
Officio diuerſorum Iudicum C.
Vt omnes tam ciuil. C.
Officio Aſſeſſorum ff.C.
Officio eius, qui vicem alterius C.

Diuerſi.

Pedaneis Iudicibus C.
Defenſoribus C.

Dignitas.

Epiſcopis, & Clericis C.
Epiſcopali audientia C.
Patriarchis C.

De iuriſdictione.

Iuriſdictione omnium iudicum ff.
Arbitris ff.

De infam. perſonis.

His, qui notantur infamia ff.
Abigeis ff.C.

EX LIB. III. DE REBUS.

De reb. in genere.

Peculio ff.
Caſtrenſi peculio C.
Bonis maternis C.

Diuiſio rerum.

Operibus libertorum ff.
De rebus dubijs ff.
Rebus corporalib. & incorpora. ff.

De reb. incorporalibus.

Superficiebus ff.
Momentanea poſſeſſione C.
Acquirend. vel retinen. poſſ. C.
Acquiren. vel ommittẽ. poſſ. ff.

De ſeruitutib.

Seruitutibus Inſt. ff.
Seruit. vrban. præd. ff.
Tigno iniuncto ff.
Seruit. ruſti. prædiorum ff.
Aquęductu C.
Aqua pluuiali arcen. ff.
Aqua quotid. eſtiua ff.
Seruit. & aqua. C.
Cummunia prædior. tam vrban. quàm ruſt. ff.
Seruitute legata ff.
Si ſeruitus vendicetur ff.
Quemadmodum ſeruit. ammitt. ff.

De vſufru.

Vſufructu Inſt. ff.
Vſuſruct. earum rerum, quę vſu conſum. ff.
Vſufr. quemad. caue. ff.
Quibus mod. vſufruct. ammitt. ff.
Vſu, & vſufruct. ff.
Vſu, & habitatione Inſt. ff. C.

De modo acquirendi res.

Sacroſanct. Eccleſ. C.

Quæ non aquiran.

Fluminibus ff.
Riuis ff.
Fonti. ff.

De varijs mod. acqr. Diuerſa.

Theſauris C.
Venatu ferarum C.
Alluuionibus ff.
Vſucapionibus Inſt. ff.
Cõia vſucapionibus C.
Vſucap. pro donato ff.
Vſucap. pro dote ff.
Vſucapio. pro hærede ff.
Vſucap. pro emptore ff.
Vſucap. transforman. ff.
Præſcriptionibus ff.
Quadrienn. præſcript. C.
Præſcriptio, triginta, vel quadraginta annorum. C.
Longi temp. præſcript. C.
Quibus modis oblig. long. temp. præſcrib. C.
Quibus ceſſet. C.
Vt intra certum tempus C.
Si aduerſus credidor. C.
Per quas perſonas nob. acquir. Inſt.

Quæ acquirantur tit. luctatiuo.

Teſtamentis Inſt. ff. C.
Militari teſtamento C.
Teſtamentis ordinandis Inſt.
Qui teſtam. fac. poſſ. C.
Vt liceat matri, & auiæ Auth.

De teſtamentis, & vltim. vol.

Subſtitutionibus Inſt. C.
Hæredib. inſtituen. Inſt. ff.
Condit. inſtitut. ff.
Condit. & demonſtrat. ff.
Hæredum qualit. & differentia Inſt.
Neceſſar. hæred. inſtituen. C.
His, qui ante apert. tab. C.
Vt cum de appell. cognoſca. Auth.
Poſthumis hæred. inſtit. C.
Liberis, & poſthum. hæred. inſt. ff.
His, qui vt indigni ff. C.
His, qui pro non ſcript. ff.

De legit.

Trient. & ſemiſſ. Auth.

De Falcid. & Trebell.

Ad l. Falcidiam Inſt. ff. C.
Si cui plus, quam per l. Falcid. ff.
Ad Senatus conſ. Trebell. ff.

De ſolemnitatib.

Fideicommiſſ. hæredit. Inſt.
His, qui ante aper. tab. ff.
Quemadmod. teſtam. aperian. ff. C.

De nullit. teſtamen.

Si tabulæ teſtamenti nulli ff.
Iure deliberandi ff.
Edicto diui Adria. toll. C.
Inofficioſo teſtam. Inſt. ff. C.
Liberis præteritis ff. C.
Exhæredat. liberorum Inſt.
Teſtamento imperfecto. Auth.
Iniuſto, & irrito teſtam. ff.
Quib. mod. teſtam. infirm. Inſt.
Irritum teſtam. ff.
Iure codicillorum ff. C.

De codic. ſubſtitu. & fideicom.

Codicillis Inſt.
Impub. & alijs ſubſtitut. C.
Inſtit. & ſubſtitut. ff.
Vulgari, & pupill. ff.
Vulgari ſubſtitutione Inſt.
Impub. & alijs ſubſtit. C.
Pupillari ſubſtitutione Inſt.
Fideicommiſ. C.
Fideicom. hæredit. Inſt.

Sing. rebus per fideicó. relict. Inſt.
Reſtit. fideicom. Auth.

De legat.

Legatis primo, ſecundo, & tertio ff.
His, quibus vt indig. ff.
Condit. inſerta C.
His, quæ ſub modo C.
His, quæ Pœnæ nomine ff. C.
Optione legata ff.
Annuis legatis ff.
Libertate legata ff.
Dot. prælegata ff.
Peculio legato ff.
Fundo inſtructo legato ff.
Aliment. & cibis legat. ff.
Suppellectil. legata ff.
Pœnu legato ff.
Auro, & argento legato ff.
Vſufructu legato ff.
Seruitute legata ff.
Quando dies legati cedat ff. C.
Falſa cauſa adiect. lega. C.
Legato præſtando ff.
Caducit. tollend. C.
His, qui ant. apert. tab. C.
Regula Catoniana ff.
His, qui pro non ſcript. ff.
Adimend. legat. ff.
Adempti legati Inſt.
Vt legati, ſeu fideicom. ff.
Vt in poſſeſſione legat. ff.

De donationibus.

Donationibus Inſt. ff. C.
Donationibus inter viuos ff. C.
Donat. quæ ſub modo C.
Donat. cauſa mortis C.
Infirmis pœnis cęlibatus C.
Vt ſponſalitia largitas Auth.
Donatione ante nuptias C.
Donat. inter virum, & vxor. ff. C.
Reuocanda donatione C.

De ſucceſſionibus.

Communia dę ſucceſſionib. C.
Hæred. ab inteſtato venien. Inſt.
Suis, & legit. hęred. ff. C.
Ad Orficianum Inſt. C.
Ad Tertullianum Inſt. C.
Legitima agnat. ſucceſſio Inſt.
Legit. hæred. C.
Vt fratrum filij Auth.
Conſanguineis, & vterinis Auth.
Succeſſorio edicto ff.
Cognatorum ſucceſſione Inſt.
Succeſſione libert. Inſt.

Veteran. milit. ſucceſſione ff.
Iure Fiſci ff. C.
His, quibus, vt indig. ff.
Vnde vir, & vxor C.
Quãdo non peté. part. pet. accreſc. C.
Succeſsionibus ſublatis Inſt.
Acquirend. vel omitt. hæred. ff.
Repudiã. vel abſtiné. hæred. C.

De bonor. poſſeſ.

Bonorum poſſeſſione Inſt. ff.
Bonorũ poſſeſ. ſecundũ tabul. ff. C.
Bonorum poſſ. cont. tab. ff. C.
Si tab. teſtam. null. ff.
Bonorum poſſ. ex teſtam. milit. ff.
Bonorum poſſ. hæred. petit. ff.
Qui admitti C.
Quib. non cõpet. bon. poſſ. ff.
Quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur ff.
Vnde liberi ff. C.
Vnde legitimi ff. C.
Vnde agnati ff. C.
Vnde cognati ff.
Vnde vir, & vxor ff. C.
Vt ex l. & Senatus conſ. ff.
Si ventris nomine ff.
Si mulier vent. nomine ff.
Bon. poſſ. infant. ff.
De eo, cui liberẽ. cauſa Inſt.
Repud. bon. poſſ. C.
Colluſionibus ff.

Modo de acquiſitione ex tit. oneroſo.

De obligationib. ex diuerſ. cauſis contractis.

Obligationibus Inſt.
Actio. & obligat. ff. C.
Ad l. Aquiliam ff.
Si quadrupes paup. feciſſ. dica. ff.
Pactis ff. C.
Pact. inter empt. & vendit. C.
Pactis dotalibus ff.
Pact. conuent. ſuper dot. C.
Pollicitationibus ff.
Tranſactionibus ff.
Errore calculi C.
Fideiuſſ. & mandat. Auth.
Quibus modis re contrah. oblig. Inſt.
Rebus creditis ff.
Si certum petatur ff.
Non numerata pecunia ff.
Conditione indebita ff.
Conditione cauſa data ff.
Condit. ob turpem cauſam ff.

Condit. Triticaria ff.
Condit. ex cauſa furtiua ff.
Condit. ex lege ff.
Condit. ſine cauſa ff.
Commodati ff.
Precarijs ff.
Depoſiti, vel contra ff.
Pignoris. Pignoribus ff.
Prætorio pignore C.
In quibus caſibus pign. C.
Quæ res pignori, vel hyppot. ff. C.
Si res veluti pignora C.
Si communis res pignori C.
Diſtractione pignorum ff.
In cauſa iud. pigno. C.
Qui potiores in pign. ff. C.
His, qui priorum cred. pign. C.
Antiq. cred. pign. vend. C.
Quibus modis pign. ſoluant. ff.
Luitione pign. C.
Remiſſ. pign. C.
Si vnus ex pluribus hæred. C.
Etiam ob chyrogra. pec. pign. C.
Pacti pign. reſcind. C.
Si pignus pignore datum ſit C.
Si vendit. pignori agatur C.
Iure domin. impetran. C.
De ſtipulationib. Verb. obligat. Inſt.
Contrahend. ſtipulat. C.
Diuiſione ſtipulat. Inſt.
Prætorijs ſtipulat. ff.
Duobus reis ſtipulan. Inſt.
Stipulat. ſeruorum Inſt.
Inutilibus ſtipulat. Inſt.
Acceptilationibus ff.
Literarum obligatio Inſt.
Fide inſtrument. C.
Inſtrument. caut. Auth.
Obligat. ex conſenſu Inſt.
Rerum permutat. Inſt. C.
De empt. venditio. permutat. & euictio. Contrahenda emptione ff. C.
Emptione, & venditione Inſt.
Quib. alienare liceat Inſt.
Si minor factus C.
Quæ res vendi poſſit C.
Eccleſiaſticæ rerũ immob. Auth.
Rebus Eccleſiæ non alienan. Auth.
Vt de cætero commut. Auth.
Quæ res aſport. nón debeant C.
Rebus alienan. vel ne C.
Communi omniũ rerũ aliena C.
Rebusq; ſub tutela ff.
Periculo, & cõmod. rei vend. ff. C.
Si quis alteri, vel ſibi C.
Pact. inter empt. & vendit. C.
Reſcinden. vendit. ff. C.
Quando liceat ab empt. reced. ff.
Si propter pub. penſitat. ff.
Euictionibus ff.
De locati, & ſocieta. Locat. & conduct. Inſt. ff. C.
Locat. præd. C.
Iure emphyteotico C.
Mandati Inſt. ff. C.
Societate Inſt.
Pro ſocio ff.
Iure dotium ff. C.
De dote. Dotis promiſſione C.
Pactis ſuper dote conuentis C.
Dote caut. non numer. C.
Tempore non ſolut pact. dot. Auth.
Fundo dotali ff. C.
Inofficioſis dotibus C.
Aequalitate dotis Auth.
Priuileg. dot. Auth.
Soluto matrimonio ff. C.
Impenſ. in rebus dot. fact. ff.
De modis tollen obligat. Obligat. ex quaſi contract. Inſt.
Quibus modis tollatur oblig. Inſt.
Solutionibus ff.
Acceptilationibus ff.
Nouationibus ff.
Compenſationibus ff. C.
Ceſſione bonorum ff.
De ſignifica. nominũ, & verb. Ad Macedonianum ff.
Quod cum eo, qui in alien. pot. Inſt. ff.
Ad Velleian. ff.
De verb. ſignificat. ff. C.

Hæc ex tertio Libro de Rebus.

EX LIB. IV. DE ACTIONIB. INTERD. ET ORDIN. IVDIC.

De Actionibus.

De quib. reb. non detur act. Actionibus Inſt.
Act. & obligat. ff. C.
Quando ex facto tutorum ff.
Vt act. ab hæred. C.
Act. hæredit. C. & de diuiſione act.
Petit. hæredit. ff.

Si pars

De actione reali.

Si pars hæredit. petatur ff.
Fideicom. hæredit. petit. ff.
Rei vendicat. ff.C.
Si ager vectigal. vel emph. petatur ff.
Si ſeruitus vendicetur ff.
Si vſufruct. petatur ff.
Publiciana ff.
In integr. reſtit. ff.C.
De eo, quod met. cauſa ff.
Dolo malo ff.C.
Minoribus 25. annis ff.C.
In quib. cauſ. reſtit. in integr. eſt neceſſaria C.
Fideiuſſorib. minor. ff.
Si tutor, vel curator C.
Si in cōi eademq; cauſa in integr. reſtit. C.
Filio famil. minore C.
Ex quib. cauſis maior ff.C.
Reſtitutio militum. C.
Si maior fact. ratum habuer. C.
Qui, & aduerſus quos in integ. reſtit. C.
Si minor ſe maiorem dixerit. C.
Si ſæpè in integ. reſt. præſt. C.
His, qui veniam ætat. impet. C.
Si aduerſ. rem iudic. C.
Si aduerſ. vend. reſtit. præſt. C.
Si aduerſ. vend. pignor. C.
Si aduerſ. donationem C.
Si aduerſ. libertatem C.
Si aduerſ. ſolutionem C.
Si aduerſ. dotem C.
Si aduerſ. delictum, ſecundum reſtit. præſt. C.
Si aduerſ. vſucap. reſt. præſt. C.
Si aduerſ. Fiſcum C.
Si aduerſ. creditorem C.
Si vt ab hæred. ſe abſtin. C.
Si vt ommiſſa hæredit. C.
Tempor. in integr. reſtit. C.
In integr. reſtit. præſt. ne quid noui fiat C.
De his, qui in fraud. credit. ff.C.
Si quid in fraud. patron. ff.
Si quis à parente manumiſſ. ff.

De actione perſonali.

Libero homine exhibendo ff.
Conſtituta pecunia ff.C.
Certi condit. ff.
Cōdit. cauſa data non ſecuta ff.
Condit. ob turpem cauſam. ff.
Condit. indebiti ff.
Condit. ſine cauſa ff.
Condit. ex lege ff.
Condit. furtiua ff.
Famil. herciſcund. ff.
Communi diuidundo ff.C.
Finium regundorum ff.C.
Mandati ff.
Pro ſocio ff.

Perſonali. Rei perſecutoriæ.

Furti aduerſ. naut. ff.
Si fam. furtum feciſſe dicatur. ff.
Actione rerum ammotarum ff.
Ad l. Aquiliam Inſt.ff.
Si ager vectig. ff.
Ad exhibendum ff.

De act. ex ſtipulatu. De act. bonæ fidei.

Act. empt. & vendit. ff.
Hæred. vel act. vend. ff.
Locati, & conduct. ff.
Aeſtimat. act. ff.
Præſcript. verb. & in fact. act. ff.
Pignorat. act. ff.
Negotijs geſtis ff.
Quod iuſſu ff.
Exercit. act. ff.
Inſtitut. act. ff.
De in rem verſo ff.
Rei vxor. act. ff.
Contra. & vtil. act. tut. ff.
De eo, qui pro tutela. ff.
Quod falſo tutore ff.
De eo, quod certo loco Inſt.

Perpet & temporal. actiones.

Perpetuæ, & temp. act. Inſt.
Quando act. de pecul. ſit ann. ff.
Aedilitia C.
Si quadrup. pauper. feciſſe dicatur Inſt.ff.
Noxalibus actio. ff.
Impenſ. in rebus dotal. fact. ff.

De Interdictis.

De interdicto reſtitutorio.

Interdictis Inſt.ff.
Ne vis fiat ei ff.
Morte inferen. ff.
Ne quid in loco fact. ff.
Ne quid in flumine public. ff.
Fluminibus ff.
Ripa munienda ff.
Loco publico fruendo ff.
Via publica ff.

Via

Via publica, & itinere pub. ff.
Aqua quotidiana æſtiua ff.
Riuis ff.
Fonte ff.
Cloacis ff.
Noui oper. nunciat. ff.
De Interd. reſtitutor.
Quorum bonorum ff.C.
Quorum legatorum ff.
Saluiano interdict. ff.C.
Vti poſsidetis ff.
Vtrobi. ff.
Vnde vi ff.C.
Quod vi, aut clam ff.
Quod vi, aut vi armat. ff.C.
Præcario ff.
Arbor. ceden. ff.
Glande legenda ff.
Migrando ff.
Libero hæred. exhiben. ff.
Liberis exhibendis ff.

De ordine iudiciali.

Iudiciorũ diuiſio.
Publicis iudicijs ff.
Iudicijs ff.
Communia vtriuſq; iud. ff.C.
Extraordinarijs iud. ff.
Iuriſd. omn. iudic. ff.C.
Foro competen. ff.
De for-cõpet. ſecundum diuerſitatẽ cauſ.
Qui pro ſua iuriſdictione C.
Ne quis in ſua cauſa iudic. C.
Qñ liceat vnicuiq; ſine iud. vend. C.
Quando Imp. inter pupill. C.
Vbi de poſſeſſ. agi oporteat C.
Vbi fideicom. pet. oport. C.
Vbi cõuenie. qui cer. loco pmiſ. C.
Vbi in rem actio. C.
Vbi de hæredit. agatur C.
Vbi ratioci. agi oportet C.
Vbi de cauſa ſtatus C.
Vbi quis denuncietur C.
Vbi Senatus, vel Clariſſimi C.
Vbi, & apud quẽ cog. in integ. C.
In quib. caſib. milit. C.
Vbi cauſę Fiſcales C.
Quando Impe. inter pupill. & vid. C.
Quib. reb. ad eundem Iudicem ff.
De prima par. iudic.
Alienan. iudic. mutan. cauſa ff.
Receptis arbitris ff.C.
Pœna Iud. ff.
De temp. dicẽdi ius
Vt Iud. ſine ſuffrag. Auth.
Ferijs ff.C.

De Actore & Reo Qualis ſit ordi. iudiciorum.
Conſort. eiuſd. litis C.
Qui legitimam perſonam C.
Pœna temere litigan. Inſt.
Petente plus debito C.
In litem iurando ff.
Vt litigantes iurent Auth.
Iuramento calumniæ C.
Ordine iudiciorum C.
De citationibus.
In ius vocan. ff.
In ius vocat. vt caue. ff.
Si quis ius dicenti ff.
Si qui in ius voc. non fuerint. ff.
Ne quis eum, qui in ius vocat. ff.
De eo, per quem factũ erit ff.
Si quis cau. in iud. ſiſti ff.
De libello. litis conteſtat.
Libello ff.
Edendo ff.
Poſtulando ff.C.
Litigioſis C.
Quando libell. princ. dent. C.
Litis conteſtatione C.
De ſecũda par. iudic. De confeſ. except. & probationibus.
Confeſſis ff.
Exceptionibus ff.
Annali except. C.
Doli mali ff.
Replicat. Inſt.
Probationibus Inſt.
Interrogat. ff.
Teſtibus ff.C.
Fide inſtrument. C.
Plus valere, quod agitur C.
Res inter alios acta C.
Quibus res iudica. C.
Iure iuran. ff.C.
De tertia par. iudic. De ſenten. & appella.
Dilationibus ff.C.
Quando decreto opus eſt C.
Quomodo, & quando Iud. C.
Sentent. & interlocut. C.
De ſentent. ex peric. recitan. C.
Sententijs, quæ ſine cert. quant. C.
Modo mulctandi C.
Sentẽtijs, quæ pro eo, qđ intereſt C.
Fruct. & litis expenſ. C.
Vſur. rei iudica. C.
Si plus vna ſententia C.
Sportulis C.
Sententiã reſcindi poſſe C.
Appellat. & prouocat. ff.C.
Libellis dimiſſo. ff.
Temp. appell. C.
Quando appell. ſit C.

Appel-

Appellationibus Auth.
Appellar. reſpicien. ff.
A quibus appellari non licet ff.
Si à non competenti iud. C.
An per alium cauſæ appellat. ff.
Si tutor, vel Curator appella. ff.
Quorum appell. non recipit. C.
Quando prouocare nõ eſt neceſſe C.
Quæ ſine appell. cognoſcan. ff.
Si de momenta. appellatione C.
Eum qui appell. ff.
His qui met. iud. non appell. C.
Qui & à quo appelletur ff.
Apud eum à quo appelletur ff.
Ne liceat in vna eademq; cauſa C.
Si péd. appellatione mors intervue. ff.
Vt cum de appellat. Auth.
Vt nulli iud. Auth.
Lite pendente C.
Nil innouan. appellatione pend. ff.
Re iudicata ff.C.
Eſecutione rei iudicat. C. De executione.
Eſecutoribus Auth.
Officio iudicis Inſt.

Hæc ex Lib. 4.

EX LIBRO V. DE DELICTIS.

Delict. nomina, & deſcript.

Publicis iudicijs Inſt.ff.
Priuatis delictis ff.
Extraordinarijs criminibus ff.
Oblig. quæ ex delicto naſcuntur. Inſt.
Hæreticis C.
Summa Trinit. fide catho. C.
Ne ſanct. Baptiſ. reitere. C.
Nemini licere ſignum Saluat. C.
Maleficis, & mathemat. C.
Ad l. Iuliam de ambitu ff.
Ad l. Iuliam maieſtatis ff.C.
Si quis Imperat. maledix C.
Effratoribus carcer. & expilat. ff.
Seditioſis C.
Collegijs illicitis ff.
Monopolijs C.
Ad l. Cornel. de ſicarjs ff.C.
Ad l. Pompeiam de parricid. ff.
Ad l. Iul. de vi pub. ff.
Ad l. Iul. de vi priuata ff.
Crimine ſtillionatus ff.C.
Iniurijs Inſt.ff.
Calumniatoribus ff.
Præuaricatoribus ff.
Ad Senat. Conſ. turpilianum ff.C.
Concuſſoribus ff.
Famoſis libellis ff.
Furtis Inſt.ff.C.
Furtis ad nautas ff.
Si fam. furtum feciſſe dicatur ff.
Aligeris ff.
Furibus balnearijs ff.
Ad l. Flauiam de plagiarijs ff.
Ad l. Iuliam peculatus ff.
Ad l. Iuliam de annona ff.
Ad l. Iuliam repetundarum ff.
Crimine expilatæ hæreditatis ff.C.
Vi bonorum raptorum ff.Inſt.
Incendio ruina, & naufrag. ff.
Tigno iniuncto ff.
Si quis teſtam. liber. ff.
Arborum furtin. Cæſarum ff.
Ter. ammoto ff.
Vſuris ff.
Incendiarijs ff.
Ad l. Corneliam de falſis ff.C.
His, qui ſibi aſcribunt C.
Mutatione nominis C.
Concubinis ff.C.
Raptoribus virginum C.
Vt nõ luxurietur cõtra naturã Auth.
Sepulchro violato ff.C.

De ordine procedendi.

Vbi de criminibus agi oporteat C.
Accuſationibus ff.C.
Qui accuſare non poſſint C.
Requirendis reis abſentibus ff.
Quæſtionibus ff.
Cuſtodia, & exhibitione reorum ff.
Cuſtodia reorum ff.
Priuatis carceribus C.
Vt intra certũ temp. crim. term. C.
Ne de ſtatu defunctorum ff.C.
Sententiam paſſis, & reſtitutis ff.
Pœnis ff.C.
Cadaueribus punitorum ff.
Interdict. & relegat. ff.
Bonis damnatorum ff.C.
Bonis eorũ, qui ante ſent. ff.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

AB (dictio) fol. 224. num. 308
Abacti 307. 39
Abeſſe 219. 227
Abigel 307. 39
Abolitio quid 313. 17
Abortiuus partus 64. 9
Abrogari (verbum) 220. 232
Acceptilatio in quid differat à ſtipulatione f. 184. nu. 77. & 78. & f. 201. n. 7. Eius verba quæ n. 8
Accidere (verbum) 220. 233
Accipere verbum 220. 231
Acquirere quid f. 117. n. 1. modi acquirẽdi. ibi n. 2. & n. 9. naturalis modus qualis. ibi n. 3. induſtrialis qui. ibi nu. 4. miſta quæ. ibi nu. 5. Quæ non acquirantur f. 118. n. 10. & ſeq. f. 119. n. 15. Quæ acquirantur quoad vſum tantum f. 110. n. 13. publica an acquirantur f. 119. n. 14 ſingularia quomodo acquirãtur f. 119. n. 16. inuentione. ibi n. 17. occupatione. ibi n. 18. acceſſione, & alluuione f. 120. n. 19. inundatione. ibi n. 20. commiſtione. ibi n. 21. & 23. traditione f. 122. n. 34. per quas perſonas acquiratur. ibi n. 35. & f. 203. n. 10. modi acquirendi. ibi n. 36
Actio quid ſit f. 227. nu. 5. quot modis ſumatur actio, ibi n. 3. in quid differat actio à cauſa. ibi n. 4. in quid ab officio iudicis f. 228. n. 6. actio an ſit ius, vel factum. ibi n. 7. an detur extra iudicium. ibi n. 8. quid differat ab obligatione. ibi n. 9. diuiſio actionũ quæ. ibi n. 10. de quibus rebus non detur actio 229. 11
Actio in rem quid ſit f. 229. n. 10. quid veniat ex hac actione 230. 2
Actio rei vendicationis quid ſit f. 230. n. 3. requiſita ad hanc actionem. ibi n. 4. contra quem detur. ibi n. 5
Actio pro legatis quæ 230. 7
Actio hæreditaria quæ 230. 8
Actio partis hæreditatis 231. 9
Actio fideicommiſſaria quæ 231. 10
Actio vtilis quæ 231. 11
Actio confeſſoria quæ 232. 12
Actio pro ſeruitute quæ 232. 13
Actio pro vſufructu quæ 232. 14
Actio negatiua quæ f. 232. n. 15. quare ſic appelletur. ibi n. 16
Actio publiciana quæ f. 232. n. 17. requiſita ad hanc actionem. ibi n. 18
Actio contra quemcunq; poſſeſſorem 233. 19
Actio reſciſſoria quæ 233. 20
Actio reſtitutionis in integrum 233. 21
Actio metus cauſa 234. 25
Actio de dolo 234. 28
Actio minoris ætatis f. 235. n. 32. & pro eorum fideiuſſoribus. ibi num. 33. pro reſtitutione filij minoris nu. 34. & 35
Actio reſciſſoria quæ 237. 41
Actio reſtitutoria, & reſciſſoria quæ 237. 42
Actio inſtitutoria quæ 237. 43
Actio reuocatoria f. 238. n. 44. in quibus caſibus detur. ibi n. 45. eius ſpecies. ibi n. 47
Actio pauliana quæ, & contra quem detur 238. 46
Actio ſeruiana quæ f. 238. n. 48. quaſi ſeruiana f. 239. n. 49. in quid differat à ſaluiano interdicto 239. 50
Actio præiudicialis quæ 239. 51
Actio pro libero homine exhibendo 239. 52
Actio perſonalis quæ f. 239. n. 1. in quibus caſibus detur. ibi n. 2
Actio de conſtituta pecunia quæ 239. 3
Actio de peculio 240. 4
Actio iuratoria quæ 240. 5
Actio ex cõditione q̃ f. 240. n. 6. quotuplex. ibi n. eod.
Actio ad turpem cauſam 240. 7
Actio ex conditione indebiti 240. 8
Actio ex conditione ſine cauſa 240. 9
Actio conditione ex lege 240. 10
Actio triticaria quæ 240. 11
Actio furtiua quæ 241. 12
Actio rei perſecutoriæ quæ f. 241. n. 2. cõtra quem detur. ibi n. 3. differentia inter pœnalem & rei perſecutoriæ. ibi n. 4
Actio miſta quæ 241. 5
Actio familiæ herciſcundæ 241. 6
Actio communi diuidundo 242. 8
Actio finium regundorum 242. 9
Actio competens Eccleſiæ quæ 242. 10
Actio depoſiti, mutui, & commodati 242. 12
Actio mandati quæ 242. 13
Actio pro ſocio quæ 243. 15
Actio ex ſtipulatione quæ 243. 1
Actio in duplum, & triplum fol. 243. nu. 2. & 9. & f. 245. nu. 13
Actio furti aduerſus familiam f. 244. n. 6. familia hic quomodo ſummatur. ibi n. 7
Actio legis aquiliæ 244. 10
Actio rerum ammotarum 244. 8

Actio ad exhibendum 244. 12
Actio empti quæ 245. 3
Actio locati quæ 245. 4
Actio ſtricti iuris 246. 5
Actio præſcriptis verbis quid, & quotuplex f. 246. nu. 6. quare ſic appelletur. ibi n. 7
Actio certa quæ 247. 8
Actio pignoratitia 247. 9
Actio negociorum geſtorum 247. 10
Actio quid ſit f. 247. n. 12. & f. 217. 8. 3
Actio exercitoria quæ 247. 14
Actio tributoria 247. 17
Actio in rem verſo 248. 18
Actio rei vxoriæ 248. 19
Actio pro pupillo 248. 20
Actio arbitraria 248. 21
Actio de eo, quod certo loco 248. 22
Actio perpetua quæ 249. 10
Actio temporalis quæ 249. 3
Actio pœnalis quæ 249. 4
Actiones famoſi quæ 250. 5
Actiones tranſitoriæ ad hæredes 250. 6
Actiones directæ, & vtiles quæ f. 250. n. 7. directæ, & contrariæ quæ. ibi n. 8
Actiones vniuerſales, & ſingulares 250. 9
Actiones ſimplices, & duplices 250. 10
Actio ædilitia quæ 250. 11
Actio noxalis quæ 250. 12
Actor quis f. 270. n. 5. eius officium f. 271. n. 6
Actores qui 98. 20
Actum (nomen) 207. 2
Ad (dictio) 224. 309
Adire quid ſit f. 138. n. 13. Decedens hæres ante apertitionem quis ſuccedat. ibi n. 14
Aditio hæreditatis quando facienda 138. 9
Adminiſtratio quid ſit 82. 52
Adoleſcentia quid 67. 29
Adoptio quid f. 69. n. 40. quotuplex ſit. ibi n. 41. qui poſſint adoptari. ibi n. 42. qua authoritate quis adoptetur. ibi n. 43. Effectus adoptionis. ibi n. 44. qui poteſt adoptare f. 70. n. 45. an liberet à patria poteſtate f. 74. n. 15
Aduenæ qui 207. 9
Adultera quæ 207. 10
Adulterium 310. 64
Aduocati diuerſorum iudicum 97. 18
Aedes (nomen) 208. 17
Aedificia quæ 207. 7
Aequum quot modis ſummatur 10. 6
Aequum, & bonum quomodo ſummatur 10. 5
Aes (nomen) 207. 8
Aeſtas (nomen) 207. 11
Affinitas quid ſit f. 57. n. 33. qualiter contrahatur. ibi nu. 34. quare ſic dicatur. ibi nu. 35. eius genera. ibi n. 16. & 17
Ager (nomen) 207. 1
Agere (verbum) 207. 229
Agnatio quot modis ſummatur f. 54. n. 8. ſpurij an ſint de agnatione. ibi n. 9. an emancipati. ibi n. 10
Agnati qui 164. 7
Agni partus 208. 18
Agricultura quid 87. 8
Alienatio bonorum pupilli quando valeat f. 83. n. 57. quibus eſt permiſſum f. 191. n. 115. quæ res alienētur. ibi n. 116
Alienare (verbum) 220. 230
Alienatum quid 280. 379
Alienum quid 179. 46
Alimenta tenentur præſtare parentes filijs f. 65. n. 22. alimentorum ſpecies. ibi n. 21. quid veniat ſub alimentis 66. 22
Alioquin (dictio) 224. 310
Allegare quid 289. 40
Alterius dictio 224. 311
Ambitus quid 303. 13
Amicus qui 207. 12
Amiſiſſe (verbum) 220. 228
Amphora 207. 13
Amplius (dictio) f. 222. n. 287. & f. 225. n. 322
Amphroditi qui fol.
Anniculus 204. 40
Annona quid 93. 20
Annotatio quid 25. 38
Antiquior quid 180. 49
Aperitio tabularum 132. 14
Apoca, & ante Apoca 189. 106
Apocriſarius 99. 83
Apoſtata qui 106. 9
Apparitores 96. 11
Appellatio quid f. 293. n. 20. qui appellet f. 294. n. 30. tempus ad appellandum. ibi n. 32. quando non ſit recipiendum. ibi n. 33. qui pro appellatis habeantur. ibi n. 34. an ſit facienda tota cauſæ f. 295. n. 35. quoties appellare liceat. ibi n. 36
Appellatio quando tollatur f. 295. n. 37. effectus appellationis. ibi n. 38. quãdo dicatur deuoluta. ibi n. 42. quando dicatur introducta. ibi n. 43. quot modis ſummatur f. 296. n. 44. deſerta quãdo dicatur. ibi n. 28
Aqua perennis quæ 115. 37
Aqua æſtiua 115. 34
Aquæ quotidianæ, & æſtiuæ differentia f. 255. n. 26. quotidiana, & æſtiua quæ. ibi n. 27. & 28. perennis quæ. ibi n. 29
Aquæ ductus quid 115. 30
Aquiliana ſtipulatio quæ f. 184. n. 76. & f. 201. n. 9
Arbitratus quid 104. 33
Arbitri qui 104. 32
Arbitrium 207. 5
Arborum appellatione 262. 46
Area quid 208. 14
Armenta quæ 208. 16
Armorum appellatione quid veniat fol. 93. num. 28. & fol.

& f.207.n.4.& f.262.n. 42
Arrogatio quid ſit f. 70. n.46.quis arrogatur. ibi nu. 47.forma arrogãdi qua. ibi n.48.quibus conditionibus fiat. ibi n. 49.quibus verbis. ibi n.50.qualis effectus. ibi n.51.quis adoptetur, vel arrogetur. ibi n.52.quæ bona acquirat arrogator f.70.n. 53
Artemon quid 208. 25
Articuli quid 284. 11
Artificium quid f.95.n.2.& f.86.n. 4
Aſcendentium, & deſcendentium numeratio qualiter fiat f.55.n.15.& 17.& f.56.n. 19
Aſſinium quid 304. 23
Aſignare (verbum) 220. 234
Athleta qui 94. 35
Aut (dictio) 224. 313
Autem (dictio) 224. 314
Authentices diuiſio, & compilatio 4. 29
Authenticum quid ſit 4. 31
Authoritatem præſtare quid ſit 83. 56

B Alnearij fures qui 307. 40
Baphiarij 90. 47
Baptiſmum reiteratum 300. 3
Beare (verbum) 220. 235
Beneficium quid 28. 68
Biſſextus 208. 19
Bona qua 208. 22
Bona fidei quis dicatur 208. 21
Bonorum poſſeſſ. quid f.166. n.1.eius ſpecies. ibi n.2. & 7.edictalis qua. ibi n. 3.ſecunda tabulæ quæ. ibi n.4.contra tabulas f.167.n.5.quibus detur bonorũ poſſeſſ. f. 167. n.6.prima bonorum poſſeſſ. ibi n. 8. ſecunda bonorum poſſeſſ. ibi nu. 9. tertia bonorum poſſeſſ. ibi nu. 10. alia bonorum poſſeſſ. ibi nu. 11. extra ordinaria bonorum poſſeſſ. qua. ibi n. 12. decretalis quæ f.168. n.13. quibus detur bonorũ poſſeſſ. ibi n. 14
Bonum quid ſit f. 108. n.4.natura bonum. ibi n. 5.Ciuile bonum. ibi n.6.Bonorum appellatione quid veniat f.108 n.7.quomodo bonum interpretatur diuere. ibi n. 8. diuiſio bonorum quæ. ibi n. 9.bona mobilia quæ. ibi n.10.& 12.immobilia quæ.ibi n.11. matrimonialia qua f.109. n. 23.libertorum quæ. ibi n. 24
Boues qui 208. 20

C Aducum quid ſit 157. 22
Cætera 209. 32
Calumniatores 305. 29
Calumniatores (nomen) 208. 28
Camera 209. 40
Canon quid 24. 33
Capere 220. 238
Capitatio 93. 25
Capitales pœnæ 313. 23
Capitalis 208. 30
Capitis diminutio 24. 29
Capitula quid 284. 11
Carbonum 209. 31
Carcer priuatus qui 303. 17
Cartopatrij 90. 53
Cartularij qui 88. 34
Caſtra quid 93. 18
Caſtrati qui dicantur 62. 31
Caſtrametare 93. 56
Cauere verbum 220. 24
Cauillatio 208. 29
Caupones 88. 34
Cauſa 209. 37
Cauſa quid ſit f.129.n.44.& f.274.n. 5
Cautum 208. 24
Cedere quid 203. 19
Cedere, & cingere 263. 47
Cedere diem 220. 21
Celebs quis dicatur 161. 43
Cenſere (verbum) 220. 239
Cenſitus 88. 10
Cenſuale quid 194. 129
Ceſſio bonorum f.202. n.16.& 17
Ceſſio iurium 202. 15
Chirografum quid 180. 54
Chorus quot modis ſummatur fol. 35. nu. 25. quid ſit. ibi n. 26
Ciſterna quid 256. 59
Citare eſt in ius vocare 276. 16
Citatio quid ſit f.274. n.9.1.quis ſit citandus. ibi n.10. modus citandi. ibi nu. 11. effectus citationis qualis f.276. n.14.qui non ſunt citandi f.273. n.13.citationi obtemperare quid f.276. n. 15
Citatus tenetur parere 276. 17
Ciues romani 209. 38
Ciuitas 209. 33
Ciuitas, & caſtrum in quid differant 36. 30
Ciuitatis appellatione quid veniat 35. 27
Clam (dictio) 224. 315
Cloaca quid 256. 43
Codex quotuplex 3. 19
Codex theodoſianus 3. 20
Codicis compilatio 3. 27
Codicis diuiſio 3. 28
Codicillorum inuentores f.142.n. 1.quare ſic dicantur. ibi n.2.quid contineatur in eis. ibi n.3.modi codicillandi f.142.n.4.plures codicilli fieri poſſunt: ibi n.5
Cælicolæ qui 106. 6
Cognati, & agnati 54. 3
Cognati qui f.165.n.8.& 10
Cognatio quid f.54.n.6.quotuplex. ibi n. 7
Cognatio legalis qua 58. 40
Cognatio ſpiritualis 58. 41
Cognoſcere 220. 237
Cohortales qui 94. 30
Collaterales qui f.56. n.20.modus computandi gradus inter,

inter collaterales. ibi nu. 21
Collateralium lineæ f. 56. n. 22. prima linea, à quo incipiat. ibi n. 23. diſtantia inter collaterales qualiter ſumatur. ibi n. 24. differentia in computatione inter ius ciu. & can. f. 57. n. 25
Collatio quid ſit f. 169. n. 7. de quibus rebus fiat collatio. ibi n. 2. quare ſic dicatur. ibi n. 3. quot modis ſumatur. ibi n. 4. cauſa iſtius tituli. ibi n. 6
Collectaneus qui 44. 54
Collega 209. 35
Collegia illicita 304. 19
Collegium quid f. 34. n. 16. in quid differat à capitulo f. 35. n. 17
Collegium (nomen) 209. 34
Collegium quando eligatur 35. 19
Colonus qui f. 87. n. 10. colonorũ diuiſio. ibi n. 11. conditionales coloni. ibi n. 12. dominici. ibi n. 13. illirici qui. ibi nu. 14. capite cenſiti. ibi nu. 15. paleſtini qui. ibi n. 16. thraceuſes f. 88. n. 17. originarij. ibi n. 18. palatini. ibi n. 19. partiarij. ibi n. 20. ad numerum qui. ibi n. 21. ſuperficiarij qui. ibi n. 22. aſcriptitij qui. ibi nu. 23. perpetui. ibi nu. 24. inquilini. ibi n. 25
Comeatus quid 93. 23
Comites qui f. 102. n. 23. eorum diuiſio. ibi n. eod.
Commendare (verbum) 220. 240
Commiſtio cum mortua 310. 70
Commune quid f. 179. n. 47. & f. 191. n. 117
Commodatũ quid f. 176. n. 19. quare dicatur. ibi n. 20
Compediti 41. 18
Compenſatio quid f. 202. n. 13. quando non fiat. ibi nu. 14. quare dicatur. ibi n. 15
Conchileguli qui 90. 45
Concluſum in cauſa 284. 43
Concubina quæ, & quot modis f. 60. n. 22. requiſita ad concubinatum f. 61. nu. 23. in quibus equiparatur vxor cum concubina. ibi n. 24. nomina diuerſa concubinarum. ibi n. 25
Concubinatus quid 310. 62
Concuſſor qui 306. 32
Concuſſores qui 96. 5
Conditio quid f. 127. nu. 28. natura veræ conditionis. ibi n. 29. diuiſio cõditionum. ibi n. 30. tacita conditio quæ f. 128. n. 31. expreſſa quæ. ibi n. 32. quibus verbis inducatur. ibi n. 33. poſſibilis, & impoſſibilis quæ. ibi n. 34. inhoneſta conditio quæ ibi u. 38. deriſoria conditio quæ f. 129. n. 39. excluſiua conditio quæ. ibi n. 40
Confeſſio quid ſit f. 115. n. 42. confeſſio facienda coram iudice quæ f. 279. n. 38
Confiſcatio bonorum quæ f. 314. n. 32. in quibus caſibus fiat confiſcatio. ibi n. 33
Congregatio canonica 35. 21
Congregatio laicalis 35. 22
Congregationis ſpecies 35. 20
Coniugatus quis dicatur 48. 8
Coniugio quid præcedat 48. 9
Coniugium quare dicatur 50. 7
Coniunctio f. 223. n. 292. & n. 299
Coniunctiones 223. 291
Coniunctum re 223. 293
Coniunctum verbis 223. 294
Coniunctum re, & verbis f. 223. n. 295. & n. 296
Conſanguinei qui 54. 3
Conſanguinitas quot modis ſumatur f. 54. n. 2. quid ſit. ibi n. 4
Conſequens per ſubſequens cognoſcitur 1. 3
Conſortium quid 50. 8
Conſtitutio quid f. 24. n. 30. quare ſic dicatur. ibi n. 31. quid veniat. ibi n. 32
Conſtitutio generalis f. 25. n. 43. & n. 50. plures definitiones conſtitutionũ. ibi n. 44. differentia inter conſtitutionem laicalem, & eccleſiaſticam. ibi n. 45. & f. 26. n. 51. vnde dicatur f. 25. n. 46. quis faciat conſtitutionem f. 26. n. 47. requiſita ad conſtitutionem. ibi n. 48. virtus conſtitutionis. ibi n. 52. conſtitutionum ſpecies f. 27. n. 60
Conſuetudinis origo f. 16. n. 16. an requiratur ſcriptura f. 18. n. 17. quale tempus requiratur. ibi n. 18
Conſuetudo quid f. 17. u. 13. in quid differat à lege. ibi n. 14. & quæ opponantur. ibi n. 15
Conſuetudo diuturna 18. 19
Conſules qui 102. 21
Continentia 208. 25
Contrahere 210. 236
Contra naturam quid 310. 67
Cõtractus quid f. 17. n. 1. quot modis ſumatur. ibi n. 2. differt ab obligatione. ibi n. 3. quo iure inuẽtus n. 4. eſt quid indiuiduum. ibi n. 5. eius diuiſio. ibi n. 6. cõtractus nominatus. ibi n. 7 innominatus. ibi n. 8. ſimulatus. ibi n. 9. quaſi cõtractus. ibi n. 10. quot modis quis obligetur contractibus f. 175. nu. 11. quot modis contrahatur. ibi n. 12
Contubernales 209. 36
Contumax qui f. 276. n. 20. diuiſio cõtumaciæ. ibi n. 22
Contumelia quid 305. 30
Conuentionum differentiæ 184. 79
Copula 223. 300
Coram (dictio) 222. 289
Cornicularij 94. 31
Cornicularij 96. 13
Corporales pœnæ 313. 24
Credere, & creditum f. 176. n. 22. differẽtia inter mutuum, & creditum. ibi n. 24
Creditor 208. 23
Crimen 208. 27
Culpa magna 209. 39
Cum (dictio) 225. 316
Cura ſequitur tutelam 84. 1
Cura quare dicatur f. 84. n. 3. an detur prodigo, & furioſo. ibi n. 5
Curator quibus detur 84. 8

Cura-

Curator leg. quis f. 84. n. 6. quando prodigo detur curator. ibi n. 7. quãdo detur infirmis f. 85. n. 11. quãdo detur in defectum tutoris. ibi n. 13. quid eſt dare in litem. ibi n. 14. curatorum differentia f. 85. n. 16. differentia inter tutorem, & curatorem. ibi n. 17
Cuſtodia reorũ, & carcer. quid f. 312. n. 12. quotuplex carcer. ibi n. 13
Cuſtodia 208. 26

Damnare ad beſtias 313. 26
De (dictio) 225. 317
Debere 220. 248
Debitor 209. 46
Decani qui 97. 16
Decretalis epiſtola 24. 35
Decretum quid 24. 34
Decretum quid 190. 8
Decuriones qui 105. 7
Dediſſe (verbum) f. 220. n. 246. & n. 247
Deditití ſerui qui 41. 19
Defenſores qui 103. 27
Delata 209. 48
Delegare quid ſit 203. 21
Delere quid ſit 137. 5
Deliberare quid ſit 138. 8
Delictorum differentia f. 299. n. 13. nomina diuerſorũ delictorum quæ. ibi n. 14
Delictum, & peccatum quod 297. 1
Delictum quid differat a crimine f. 297. n. 2. quot modis ſumatur delictũ. ibi n. 3. delictorũ diuiſio f. 298. n. 6. publica, & priuata delicta quæ. ibi n. 7. innominata, & nominata delicta. ibi n. 8. leuia, & atrocia delicta. ibi n. 9. quæ committantur animo f. 299. n. 10. grauitas in delictis quæ. ibi n. 11. eccleſiaſtica delicta, & miſta. ibi n. 12
Demonſtratio quid f. 129. n. 41. natura demonſtrationis. ibi n. 42. quibus verbis inducatur demonſtratio. ibi n. 43
Denunciationis ſpecies 312. 7
Deportatio quid 314. 32
Deportatio quid, & quotuplex 74. 13
Depoſitum quid 178. n. 35. quare dicatur. ibi n. 36 in quibus rebus cõſtituatur. ibi n. 37. efficacia depoſiti. ibi nu. 38. quotuplex ſit. ibi nu. 39. eius requiſita. ibi n. 40
Deſcendentium maſculorum, & fœminarum numeratio f. 55. n. 16. & 18
Deſertor qui 92. 10
Deſinere 220. 243
Deteſtari 220. 244
Dies (nomen) 209. 41
Digeſtum quare ſic vocetur f. 3. n. 23. vetus, nouum, & inforziatum quare. ibi n. 24
Digeſtum quo ſigno notificetur 3. 25
Digeſtum inforziatum quare vocetur 3. 25
Digeſtorum diuiſio 3. 26
Dignitas quot modis ſumatur f. 104. n. 1. quomodo cognoſcatur. ibi n. 2. culmen dignitatis. ibi n. 3
Dilatio quid f. 283. n. 2. eius ſpecies. ibi n. 3
Dilatio quid 294. 29
Dimiſſoriæ litteræ 209. 47
Diſcuſſores qui 96. 4
Diſiunctiua 223. 297
Diſpẽſatio quid f. 29. n. 69. differt à priuilegio. ibi n. 70
Diſpugnare 220. 245
Diu (dictio) 225. 318
Diuiſio quid ſit 82. 50
Diuortiũ quid f. 59. n. 8. differt à repudio. ibi n. 9. quare ſit dictũ. ibi n. 10. & 11. diuortij cauſa. ibi n. 12
Diuortium 209. 45
Doctores 89. 37
Doctorum nomina componentia digeſtum 4. 35
Dolus malus 209. 44
Dolus quid f. 235. n. 30. doli ſpecies quæ. ibi n. 31
Dolus malus, & bonus 234. 29
Dominium quid f. 112. n. 2. dominia rerum vnde veniant. ibi n. 3. dominium naturale quale. ibi n. 4. ciuile dominium. ibi n. 5. dominium directum. ibi n. 6. obliquum. ibi n. 7. nudum, & plenum dominiũ. ibi n. 8. differentia inter dominium, & proprietatem. ibi n. 9
Domus 209. 49
Donatio quid ſit f. 159. n. 1. conditiones bonæ donationis. ibi n. 2. vnde dicatur ibi n. 3. ſpecies eius. ibi n. 4.
Donatio inter viuos quæ f. 159. n. 5. requiſita ad hanc donationem. ibi n. 6
Donatio cauſa mortis f. 160. n. 9. requiſita ad eam. ibi n. 10. differẽtia inter eam, & legatum f. 161. n. 11. quot modis reuocetur. ibi n. 14
Donatio propter nuptias f. 161. n. 15. quæ donatio prohibeatur f. 162. n. 17
Donatio inofficioſa quæ f. 162. n. 18. quare reuocetur. ibi n. 19
Donationis nomen 209. 43
Donum 209. 42
Dummodo (dictio) 225. 319
Dumtaxat (dictio) 225. 320

Edere 220. 250
Edere quid ſit 228. 34
Edere quid ſignificet 31. 82
Edicere quid ſit 31. 82
Edicta prætorum f. 300. n. 75. forma edendi edicta. ibi n. 76. quot modis ſumatur edictũ f. 31. n. 77. in quid differat à iure communi. ibi n. 78. & 79 quare ſunt inducta. ibi n. 80. verba prætoris in prolatione edictorum. ibi n. 81. ſpecies edictorum. ibi n. 84. edicta habent ſpecialia nomina. ibi n. 85
Edicta ædilium quæ 71. 86
Edicto Diui Adr. toll. 138. 13
Effractores cauſarum 303. 16
Emãcipatio quid f. 74. n. 13. modus, & effectus emancipa-

-cipationis. ibi n. 14
Emanſor qui 92. 9
Emiſſum 222. 280
Emphitenſis quid f. 194. n. 127. nomina emphiteuſis. ibi n. 128
Emptio, & venditio in verbo venditio 190. 110
Enucleare quid 3. 22
Enixa mulier 210. 54
Enixa mulier 222. 280
Epidimitett 92. 17
Epiſcopus an manumittat 42. 40
Epiſcopus quare dicatur 105. 4
Erit (verbum) 220. 252
Erogare quid 93. 19
Errare quid ſit 22. 12
Erro 210. 51
Error qui 22. 11
Error calculi quid ſit fol. 203. num. 20. quotuplex ſit. ibi n. 21
Eſt (verbum) 220. 253
Euictio quid f. 192. n. 120. ex quibus cauſis detur fol. 193. n. 121
Eunuchi qui 62. 33
Ex (dictio) 225. 321
Exacta pecunia 209. 50
Exactores qui f. 96. n. 6. ius eorum quale. ibi n. 7
Executionis forma 296. 49
Exceptio quid ſit f. 279. n. 39. quare ſic dicta. ibi n. 40
Exceptio quot modis ſumatur f. 279. n. 41. ſpecies exceptionis. ibi n 42. exceptio negatiua quæ. ibi n. 43. eius diuiſio. ibi n. 44. exceptiones eccleſiaſticæ, ſeculares, & miſtæ quæ. ibi n. 45. exceptio dilatoria quæ f. 280. n. 46. anomala quæ. ibi n. 47. miſta quæ. ibi n. 48. peremptoria, vel quaſi quæ. ibi n. 49. temporales, & annales quæ f. 281. n. 50. perpetuæ quæ. ibi n. 51
Exceptio 210. 52
Exceptiones perſonales, & reales quæ f. 281. n. 52 fauorabiles, & odioſæ. ibi n. 53. diuerſæ quæ. ibi n. 54. ciuiles, & prætoriæ. ibi n. 55. directæ, & vtiles quæ. ibi n. 56. modificatoriæ quæ. ibi n. 57. incidẽtes quæ: ibi n. 58. ordinis, & præpoſterationis quæ. ibi n. 59. rationabiles, & fruſtratoriæ quæ. ibi n. 60. generales, & obſcuræ quæ. ibi n. 61
Exercitor 247. 14
Exercitus 210. 53
Exhæredatio quid ſit f. 140. n. 7. quando facienda. ibi n. 8. cauſæ exhæredationis. ibi n. 9. n. 10. & n. 11
Exhibere quid f. 263. n. 2. & f. 264. n. 6
Exhibere 220. 249
Exigere 220. 251
Exilium quid 214. 13
Eximere quid ſit 276. 19
Expilata hæreditas quid 308. 45
Fabricenſes qui 89. 40
Fabri tignarij 210. 55
Facere 221. 255
Fœmina quid ſignificet 47. 4
Fœminæ puerperæ 211. 62
Falcidia, ex quibus detrahatur f. 135. n. 6. quare ſic dicatur. ibi n. 7
Falcidia quare edita f. 135. n. 8. cauſa eius inſtitutionis quæ. ibi n. 9. eius appellatione quid veniat f. 136. num. 10
Falſa cauſa legati quæ 157. 23
Falſitas circa quæ verſatur f. 309. n. 58. aſcribens ſibi falſum legatum. ibi n. 59
Falſus tutor 211. 63
Famæ ſpecies f. 286. n. 23. quid. ibi n. 24
Familiæ herciſcundæ 242. 7
Familiæ (nomen) 210. 56
Famoſi libelli qui, & quales 314. 34
Fatales dies 296. 45
Ferri (verbum) 220. 256
Fideicommiſſum quid ſit f. 151. n. 3. requiſita ad fideicommiſſum. ibi n. 4. quibus verbis fiat. ibi n. 5. eius ſpecies f. 152. n. 6. eius effectus. ibi n. 7
Fideicommiſſum an ſit ſeparatum à ſubſtitutionibus f. 151. n. 1. quando fuerit ordinatum. ibi n. 2
Fideiuſſor quis intelligatur f. 82. n. 46. & f. 198. n. 147
Fides bona, & mala quæ f. 245. n. 1. quot modis ſumatur. ibi n. 2
Filij non ſunt exponendi f. 66. nn. 23. vbi educantur. ibi n. 24
Filij appellatione 211. 60
Filiorũ appellatione qui f. 68. n. 34 filij naturales qui. ibi n. 35. quare dicuntur naturales. ibi n. 36 filij legitimi qui f. 69. n. 37. ſpecies legitimorũ. ibi n. 38. ingratus filius qui f. 73. n. 6
Filiorum appellatione 211. 67
Finis quid ſit f. 83. n. 59. & eius diuerſitas. ibi n. eod.
Finitum (nomen) 211. 64
Flumen à riuo in quid differat 254. 16
Fluminum diuiſio f. 254. n. 13. & 15
Focaria quæ 61. 27
Fons quid 256. 40
Forũ quid f. 268. n. 24. eius ſpecies f. 270. n. 25. miſti fori f. 268. n. 17
Foſſa quæ 254. 20
Foſſa (nomen) 211. 66
Fratrum ſpecies quæ f. 57. n. 27. eorũ appellatione quid veniat. ibi n. 28. fratres conſanguinei qui. ibi n. 29. patrueles qui. ibi n. 30. vterini qui. ibi n. 31. germani. ibi n. 32
Fraus (nomen) 211. 61
Fructus 210. 58
Frumentum 210. 59
Fuiſſe (verbum) 220. 254
Fundus (nomen) 210. 57
Fur (nomen) 211. 65

Furio-

Furioſus quis f. 84. n. 9. differentia inter furioſum, & mente captum. ibi n. 10
Furtum quid f. 306. n. 35. contra quos procedatur. ibi n. 36. eius ſpecies. ibi n. 37. in quibus rebus committatur f. 307. n. 38
Furtum in tigno quando cõmittatur f. 308. n. 51. quando in ſubripiendo ſeruum f. 309. n. 52. quando in cędendo arbores. ibi n. 53

G

Generi nomen 211. 70
Gens quot modis ſumatur 14. 13
Gens quando collectiuè ſumatur 14. 12
Gens, & gentes in quid differant 14. 11
Gerere (verbum) 221. 257
Geſtum 211. 69
Gladiatores qui 95. 37
Glandis appellatione 263. 49
Glans (nomen) 211. 68
Gloſarum authores 4. 38
Gradus quid f. 55. n. 12. eius computatio inter collaterales. ibi n. 21
Gruitij procuratores 90. 50

H

Habere (verbum) 221. 260
Habere filium 221. 258
Habere apud ſe 221. 259
Hæredes (nomen) quid f. 130. n. 1. quot modis dicatur. ibi n. 2. propriè hæres qui. ibi n. 3. impropriè hæres qui. ibi n. 4. appellatione hæredis qui. ibi n. 5. vbiq; & particularis hæres qui f. 131. n. 6. neceſſarij hæredes qui. ibi n. 7. & n. 10. ſui, & neceſſarij qui. ibi n. 8. extranei qui f. 132. n. 11. hæres quid ſit. ibi n. 12. hæredes qui eſſe poſſint. ibi n. 13. qui reijciantur ab hæreditate. ibi n. 16
Hæredis appellatione 211. 72
Hæreditas quid ſit f. 133. n. 17. & n. 20. differentia inter hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem. ibi n. 18. diuiſio hæreditatis quæ f. 134. n. 19. & n. 22. quo iure inducta ſit fol. 134. nu. 21. diuiſiones hæreditatis. ibi n. 23
Hæreditas (nomen) 211. 71
Haſtiludium quid 95. 36
Haud (dictio) 225. 322
Hermaphroditi 212. 75
Hyppotheca quid 179. 42
Hirnachij 90. 10
Hirnaſcus 90. 53
Hirneciarij 90. 46
Hirnerius primus gloſator 4. 39
Homicidium quid f. 304. n. 21. quot modis committatur. ibi n. 23. parricidium. ibi n. 24. vxoricidiũ quid. ibi n. 25
Hominis appellatione 212. 73
Hoſpes qui 93. 37
Hoſtes perduelles 212. 74

I

Ignorantia quãdo excuſet f. 22. n. 9. eius ſpecies quæ. ibi n. 10. quid ſit. ibi n. 11. eius diuiſio. ibi n. 14
Ignorantia facti quid, & eius diuiſio 22. 15
Ignorantia iuris, & eius diuiſio 22. 16
Ignorantia inuincibilis, & vincibilis 22. 17
Immo (dictio) 225. 323
Immunitas quid f. 29. n. 71. & 73. plura exempla immunitatum. ibi n. 72
Impenſa (nomen) 212. 79
Imperator quare dicatur 105. 5
Imperatorum nomina componentium Cod. 4. 36
Imperium quid f. 100. n. 4. imperij diuiſio. ibi n. 5. merum imperium. ibi n. 6. miſtum quid. ibi n. 7. maius quid. ibi n. 8. magnum quid. ibi n. 9. minus quid. ibi n. 10. minimum quid. ibi n. 11. miſtum, & eius partes. ibi n. 12
Imperium paruum quid 101. 13
In (dictio) 225. 324
Incendiarij qui 309. 57
Incendium quando committatur 308. 50
Incertus poſſeſſor 212. 77
Inceſtus qui 310. 63
Incile quid 256. 34
Incola (nomen) 212. 82
Incola quis dicatur 36. 33
Iudicaſſe (verbum) 221. 261
Indicium quid 288. 37
Infamia quid f. 106. n. 1. quotuplex n. 2
Infans qui 67. 26
Infirmum quid 141. 14
Infra diem mortis 212. 87
Ingenuus quis f. 45. n. 1. quot modis ſumatur f. 46. n. 7. quomodo conſeruetur. ibi n. 8. quot modis quis efficiatur ingenuus f. 47. n. 16
Iniuria quid 305. 28
Innouare quid 295. 42
Inofficioſum teſtamẽtum quid f. 139. n. 1. in dictio quid ibi ſignificet n. 2. cauſa inofficioſi quæ. ibi n. 3
Inquiſitionis ſpecies f. 311. n. 5. requiſita ad inquiſitionem. ibi n. 6
Inſinuatio quid ſit f. 160. n. 7. requiſita ad eam. ibi n. 8
Inſtituere quid 126. 23
Inſtitutio hæredis quid 126. 22
Inſtitutio quot modis ſumatur f. 127. n. 14. & f. 126. n. 27. directa, & obliqua quæ f. 127. n. 15
Inſtitutio initium teſtamenti 127. 26
Inſtructum 212. 78
Inſtructa taberna 212. 83
Inſtrumentorum appellatione f. 212. n. 81. & f. 188. n. 102. publica, & priuata inſtrumẽta quæ. ibi n. 103. authenticum inſtrumentum quale, & non authenticum. ibi n. 104
Inſularij qui 41. 22
Integra terra 212. 76
Intercalaris menſis 212. 84
Interdictio aquæ, & ignis 314. 28

Inter-

Interdictum quid ſit 25. 39
Interdictũ quid ſit f. 251. n. 2. quot modis ſumatur. ibi n. 3. in quid differat ab edicto. ibi n. 4. quare dicatur. ibi n. 5. de quibus rebus datur. ibi n. 6. publicum, & priuatum quod. ibi n. 7. & f. 152. n. 12. præſentia, & præterita interdicta quæ f. 251. n. 8. annalia, & perpetua quæ f. 252. n. 9 ſimplicia, & duplicia quæ. ibi n. 10 diuini, & humani iuris quæ. ibi n. 11. negatiua, & affirmatiua quæ. ibi n. 13. eorum ſpecies. ibi n. 14
Interdictum in quid differat ab actione 251. 1
Interdictum prohibitiuum 253. 1
Interdictum ne vis fiat ei 253. 2
Interdictum de mortuo inferendo f. 253. n. 4. & ſepulcro edificando. ibi n. 5
Interdictum ne quid fiat in loco ſacro 253. 9
Interdictum ne quid fiat in flumine publico 254. 12
Interdictum ne quid fiat in loco publico 254. 21
Interdictum de loco publico faciendo 255. 24
Interdictum de riuis quid 255. 30
Interdictum de fonte 256. 38
Interdictum de cloacis 256. 41
Interdictum noui operis 256. 44
Interdictum reſtitutorium f. 257. nu. 1. & nu. 4. & f. 158. n. 13
Interdictum adipiſcendæ f. 257. nu. 5. differentiæ inter ſpecies iſtius interdicti f. 258. n. 7. cauſa iſtius interdicti. ibi n. 8
Interdictum quorum bonorum f. 258. n. 9. differt à petitione hæreditatis. ibi n. 10. differt à quorum legatorum. ibi n. 11. declaratur verbum quorum bonorum. ibi n. 12
Interdictum quorum legatorum f. 258. n. 14. differt ab interdicto quorum bonorum f. 259. n. 16
Interdictum Saluianum f. 259. n. 17. à quo inuentum. ibi n. 18. differt à Seruiano. ibi n. 19. differt ab hypothecaria. ibi n. 20
Interdictum l. fin. C. de interd. Diui Adr. toll. f. 259. nu. 21. differt ab interdicto quorum bonorum f. 260. n. 22. requiſita ad hoc interdictum. ibi n. 23
Interdictum retinendæ f. 260. n. 24. quot ſint iſta interdicta. ibi n. 25
Interdictum vti poſſidetis f. 261. n. 26. quid velint verba interdicti. ibi n. 27
Interdictum vtrobi f. 261. n. 28. & n. 29
Interdictum de ſuperficiebus 261. 30
Interdictum recuperandæ f. 261. n. 32. quot modis quis ſpolietur f. 262. n. 33
Interdictum vnde vi qualiter habeat locum 262. 34
Interdictum quod vi, aut clam f. 262. n. 37 factum, vi, aut clam quid ſit. ibi n. 38. & n. 39
Interdictum de vi armata, & eius requiſita fol. 262. n. 40. & 41
Interdictum precarij f. 262. n. 43 alia ſpecies interdicti reſtitutorij f. 262. n. 44
Interdictum arborum cedendarum 262. 45
Interdictum de glande legenda 263. 48
Interdictum de migrando 263. 50
Interdictum exhibitorium quid, & quare dicatur fol. 263. n. 1. ſpecies iſtius interdicti quæ. ibi n. 3
Interdictum de libero homine f. 264. n. 4. quid cõtineatur ſub eo. ibi n. 5
Interdictum de liberis exhibendis f. 264. nu. 7. quibus detur. ibi n. 8
Interdictorum differentiæ f. 264. n. 9. in quid differant ab actionibus. ibi n. 10
Intereſſe quotuplex 291. 18
Interlocutoriæ quæ 290. 7
Irnachiæ qui 90. 54
Irritum teſtamentum quale 141. 15
Ita (dictio) 225. 339
Item (dictio) 225. 326
Iter quid 93. 36
Iudei qui 106. 26
Iudex qui f. 270. n. 1. eius officium f. 273. n. 23
Iudex quid, & quare f. 101. n. 15. iudicum diuiſio. ibi n. 16. pedaneus qui f. 103. n. 29
Iudex militum qui f. 104. n. 34. ciuilium iudicum officium. ibi n. 36. diuerſorum iudicum officiũ. ibi n. 37
Iudicatum quid ſit 296. 47
Iudicia ſuni ſuo ordine dirigenda 264. 1
Iudicij partes f. 290. n. 1. & n. 2
Iudicij veteris, & noui qualitas 279. 29
Iudiciorum variæ ſignificationes 265. 2
Iudicis partes in iudicando f. 270. n. 3. qui non poſſint agere in iudicio f. 271. n. 7
Iudicium quid 288. 37
Iudicium quid f. 274. n. 2. eius diuiſio. ibi n. 3. ordo iudiciorum f. 275. n. 6. prima pars iudicij. ibi n. 7. & n. 8. ſecunda pars f. 285. n. 1
Iudicium ſummarium quale 268. 17
Iudicium prorogatum quale 269. 18
Iudicium ſeculare, & eccleſiaſticum 269. 19
Iudicium delegatum, & ſubdelegatum 269. 20
Iudicium ſimplex, & duplex 269. 21
Iudicium iuriſdictionale, & arbitrarium 269. 22
Iudicium quid ſit f. 265. n. 3. eius diuiſio. ibi n. 4
Iudicium ciuile, aut criminale 265. 5
Iudicium miſtum 266. 6
Iudicium perſonale, & reale 266. 7
Iudicium generale, & particulare 266. 8
Iudicium ordinarium, & extraordinarium f. 266. nu. 9. & f. 268. n. 16. & 17
Iudicium conuentionale 267. 10
Iudicium competens, & incompetens f. 267. n. 11. requiſita ad competentiam iudicij. ibi n. 12. miſtũ forum quid f. 268. n. 15
Iudicum diuerſitas ad diuerſas cauſas f. 268. n. 13. & f. 268. n. 14
Iumenta (nomen) 212. 80
Iura quibus vtebantur prius homines 10. 14
Iura prædiorum 212. 86

Inter- Iura-

Digitized by Google

Iuramenti nomina quæ 272. 26
Iuramenti calumniæ 277. 14
Iuramentum quid ſit 287. 25
Iuramentum voluntarium 287. 26
Iuramentum neceſſarium 287. 26
Iuramentum iudiciale 287. 26
Iuramentum promiſſorium quale 287. 27
Iuramentum quid ſit 272. 17
Iurare de calumnia 272. 15
Iuris ciuilis, & actionum, initium 2. 11
Iuris ciuilis diuiſio 15. 6
Iuris naturalis quæ ſint 14. 9
Iuris ciuilis partes 21. 1
Iuris ſtricti quid 246. 5
Iuris diuiſio in publicum, & priuatum 12. 1
Iuris ſubiectum quale 10. 4
Iuris præcepta quæ 10. 8
Iuris appellatione quid veniat 170. 6
Iuriſdictio quid f. 100. n. 1. quare ſic dicatur. ibi n. 2. eius diuiſio. ibi n. 3
Iuriſdictio ciuilis, & politica quid 101. 14
Iuriſdictio iudicis quæ 270. 8
Ius Flauianum quale 2. 13
Ius Aelianum quale 2. 14
Ius quot modis ſumatur 10. 1
Ius quomodo ſit ars 10. 2
Ius circa quæ verſetur 10. 7
Ius publicum quale 12. 2
Ius priuatum quid f. 12. n. 4. & quibus conſtet ius priuatum. ibi n. 5
Ius publicum quot modis ſumatur 12. 3
Ius naturale in quid conueniat cũ diuino poſitiuo 13. 6
Ius naturale quale f. 12. n. 7. quot modis ſumatur. ibi n. 8. differentia inter primeuum, & ſecundariũ. ibi n. 9. quot modis ſumatur pro iure factorũ. ibi n. 10
Ius gentium quale f. 13. n. 1. quare fuit inductum. ibi n. 2. quæ ſint de hoc iure. ibi n. 3
Ius gentiũ an ſit contra naturalem æquitatem f. 14. n. 4. differentia inter ius naturale, & gentium. ibi n. 5
Ius naturale immutabile 14. 6
Ius gentium ad quos pertineat 14. 7
Ius ciuile quot modis ſumatur 15. 1
Ius municipale quid 15. 2
Ius reip. quid 15. 3
Ius quiritum 15. 4
Ius ciuile quid 15. 5
Ius ciuile non ſcriptum quot modis ſumatur 15. 7
Ius pertinet ad perſonas, & res 33. 1
Iuſta quæ dicantur 91. 22
Iuſtitia originalis quæ 8. 1
Iuſtitia legalis 8. 2
Iuſtitia vt virtus cardinalis 8. 3
Iuſtitia generaliter ſumpta quæ 9. 4
Iuſtitia ſpecialiter ſumpta quæ 9. 5
Iuſtitia in abſtracto quæ 9. 8
Iuſtitia vt executiuum virtutis quæ 9. 9
Iuſtitia commutatiua quæ 9. 10
Iuſtitia diſtributiua quæ 9. 11
Iuſtitia eſt præclariſſima virtus 9. 12
Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis 9. 13
Iuſtitia eſt coniunctio tacita naturæ 9. 14
Iuſtitia eſt ſumma virtus 9. 15
Iuſtitia eſt ratio naturalis 9. 16
Iuſtitia eſt vindicta publica 9. 17
Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas 9. 18
Iuſtitiæ emanatiuum principium quale 9. 7
Iuſtitiæ effectus qualis f. 9. n. 20. & qualis ſit actus virtutis. ibi n. 21

Actus quid f. 254. n. 17. & ſequenti.
Laſæ maieſtatis crimen f. 303. n. 14. quot modis committatur. ibi n. 15
Lata culpa 213. 95
Latro, prædo, pirata qui 308. 47
Legare (verbum) 221. 203
Legatum quid f. 152. n. 8. eius requiſita. ibi n. 9. genera legatorum f. 153. n. 10. qui repellantur à legatis. ibi n. 11. modus legandi. ibi n. 12. optio in legatis qualiter facienda f. 154. n. 13. quando videatur plura legata. ibi n. 14. quid veniat in legatis. ibi n. 15. legatum quando ſit disiunctiuum, vel coniunctiuum f. 155. n. 16. quando dies legati cedat f. 157. n. 21. caducum quando legatum dicatur. ibi nu. 22. falſa cauſa legati quæ. ibi n. 23. adimere legatum quid ſit f. 158. n. 25
Leges nouæ 3. 18
Leges in corpore iuris vnde 32. 9
Legitima quæ f. 135. n. 1. quanta ſit. ibi n. 3. à quibus detrahatur. ibi n. 5
Legitimatio quid ſit f. 70. n. 54. requiſita ad veram legitimationem f. 71. n. 55. quot modis fiat legitimatio. ibi n. 56. & 57. requiſita in legitimatione ab homine. ibi n. 58. legitimatio per ſubſequẽs matrimonium quomodo fiat ibi n. 59. & 60
Legitimi, & naturales qui f. 72. n. 65. quare ſic dicantur. ibi n. 66. quando dicantur legitimi. ibi n. 67
Legum duodecim tabularum inſtitutio 2. 9
Legum prima volumina 2. 12
Legum ſcriptura quando 3. 17
Legum volumina 4. 34
Legum condendarum cauſa 23. 18
Legum appellatione 212. 88
Lex curiata quæ 2. 6
Lex ſatira quæ 32. 91
Lex Rodia quæ 32. 92
Lex fuſia caninia quæ f. 44. n. 95. &
Lex quot modis ſumatur f. 22. n. 2. quid f. 22. n. 7. & f. 23. n. 18. & 19. requiſita ad legem f. 22. n. 6. modus, & forma condendi legem f. 22. n. 5. quot modis fiat contra legem f. 22. n. 18
Lex eſt donum Dei 22. 7
Lex Iulia repetundarum quæ 308. 44
Lex Iulia de Annona 307. 43
Libellarius quid 194. 126
Libellus quot modis ſumatur f. 277. n. 23. quid ſit. ibi n. 24. eius conditiones. ibi n. 25. in quibus non por-

rigitur. ibi n. 26
Libellus famoſus qui 306. 34
Liberalis cauſa quæ 45. 63
Liberare quid ſit f. 201. n. 5. in quid differat à ſolutione. ibi n. 6
Liberatio (nomen) 212. 89
Liberi qui 67. 30
Liberorum appellatione 212. 90
Libertas ad tempus quando detur 45. 59
Libertas quibus ex cauſis ordinata 45. 62
Libertas quid ſit f. 45. n. 2. & f. 46. n. 3. & 9. quot modis ſumatur f. 45. n. 4. eius appellatione quid veniat. ibi n. 5. libertatis ſpecies. ibi n. 6
Libertatem quãdo ſerui ex lege conſequebãtur 43. 11
Liberti præſtant obſequia dominis 45. 61
Liberti (nomen) 213. 94
Libertini qui f. 42. n. 31. differentia inter libertum, & liberum. ibi n. 32
Libertinorum ſtatus qualis 45. 60
Libertus quando fiat ingenuus 45. 64
Librarij qui 41. 21
Lictus quid 93. 25
Lictus (nomen) 213. 93
Lignorum appellatione 213. 97
Ligoſtrati qui 89. 36
Limen quid ſignificet 47. 13
Linea quid f. 55. n. 11. aſcendentium, & deſcendẽtium linea. ibi n. 14
Linfarij qui 90. 47
Lintearij qui 90. 48
Lis quid ſit, & quare dicatur 85. 15
Lis quid, & de eius ſignificationibus 274. 4
Literæ reuerentiales 294. 31
Litigatores qui 279. 37
Litis conſortes qui dicantur f. 271. n. 10. temere litigare quid ſit. ibi n. 12
Litis conteſtatio quid f. 282. n. 63. quot modis cõteſtetur. ibi n. 64
Litis pendentia quid 294. 39
Litis (nomen) 213. 91
Litis principium, & finis 294. 40
Locatio quid f. 193. n. 122. & n. 123. quæ locari non poſſint. ibi n. 124. ſpecies locati. ibi n. 125
Locumtenens qui 103. 30
Locuplex 213. 96
Locus (nomen) 213. 92

MAgiſtratus (nomen) 214. 113
Magiſtratus municipalis 103. 28
Magiſtri militum qui 97. 17
Magiſtri officium 103. 25
Magiſtri (nomen) 213. 102
Magna negligentia 214. 113
Maior quis dicatur 86. 2
Maior pars 214. 110
Maioritas quot modis ſumatur 86. 1
Maiuma quid 95. 39
Malum (nomen) 214. 112
Mancipia quare dicantur f. 41. n. 10. quot modis ſumatur. ibi n. 11
Mandatum quid 25. 49
Mandatum quid ſit f. 195. n. 131. quot modis contrahatur. ibi n. 132
Mandatum quid, & quotuplex 242. 14
Mangones (nomen) 214. 115
Manichei qui 106. 8
Manumiſſio quid f. 42. n. 34. quare dicatur. ibi n. 35. manumittẽdi modus. ibi n. 36. quot modis ſumatur. ibi n. 37. coram quo fit manumiſſio. ibi n. 42. an fiat teſtamento f. 43. nu. eod. conditiones manumiſſionis. ibi n. 44. manumiſſio de confugiẽtibus ad Eccleſiam. ibi n. 46. manumittere quomodo poſſint. ibi n. 47. conditiones ſerui manumiſſi f. 44. nu. 48. locus, & tempus manumittendi. ibi n. 50. manumittere qui cogatur. ibi n. 52. & 53. conditio manumittẽtis. ibi nu. 57. ſeruus quomodo ex merito manumittatur. ibi n. 58
Maritus quid ſit 51. 9
Maſculinum (nomen) 214. 108
Mater familias 213. 104
Materiæ appellatione 214. 116
Matrimonium quo iure inductum 13. 11
Matrimonium ſolutum 214. 111
Matrimonium an faciat conſenſus ſolus f. 49. n. 3. conſuetudo indiuidua in matrimonio quæ. ibi n. 4. quare ſic dicatur f. 50. n. 6. quot modis ſumatur f. 59. num. 1
Matrimonium quando ſoluatur morte 60. 13
Matrimonium an liberet à patria poteſtate 64. 16
Medi qui 93. 15
Mediaſtini 41. 18
Mendicare quid 88. 29
Meorum, & tuorum appellatione 222. 283
Merces appellatione 213. 103
Meretrix quæ f. 62. n. 28. quare dicatur. ibi n. 29
Meſſinantes qui 41. 17
Metur quid f. 234. n. 26. eius ſpecies. ibi n. 27
Meum (pronomen) 214. 117
Migrare quid 263. 51
Miles quis f. 91. n. 2. quot modis ſumatur, ibi n. 3. requiſita in milite. ibi nu. 5. qui poſſint militare f. 92. n. 8. militum delicta. ibi n. eod.
Militaris veſtis 93. 14
Militia quid f. 91. n. 1. quotuplex ſit. ibi n. 4
Mille paſſus 214. 118
Minor annis quot modis dicatur. f. 85. nu. 18. ſi minor aſſerat ſe maiorem, qua pœna puniatur. ibi n. 19
Minus ſoluere 214. 119
Minus (dictio) 222. 288
Mobilium (nomen) 213. 106
Modica pars 214. 120
Modus quid ſit 129. 45
Monetarij 90. 51
Monopolium quid 304. 20
Monſtrum quid f. 64. n. 5. & n. 16
Morbus (nomen) 214. 107

Mor

Mos quid ſit 15. 8
Mos in quid differat à cõſuetudine f.15.n.9.& in quid ab vſu. ibi n. 10
Molentium 213. 105
Mox (dictio) 225. 327
Mulcta quid 291. 10
Mulcta pecuniaria 214. 109
Mulieres ad quid natæ videantur f.60.n.20.ſolutarum mulierum differentia quæ. ibi n. 21
Mulieris appellatione 213. 98
Mulierũ appellatione quid veniat f.47.n.1.& 2.quare ſic dicantur. ibi n. 3
Municeps quid ſit 36.n.31.quis dicatur. ibi n.32.quibus modis fiat. ibi n.34.eius ſpec. ibi n. 35
Municeps (nomen) 213. 105
Munus (nomen) 213. 99
Munus publicum 213. 100
Murileguli 90. 43
Mutuũ quid f.175.n.14.eius diuiſio.ibi n.18.& f.176.n.23.requiſita ad mutuũ f.175.n.16 ſpecialia in mutuo quæ. ibi n.18.nominati mutui qui f.176.n. 21

NAſci viuus quis dicatur f.65.n.15.perfectè natus quis dicatur. ibi nu.16.naſci præſumitur prius maſculus, quam fœmina. ibi n. 17
Natorum appellatione 215. 126
Natus an dicatur, qui venit in lucem cæſo vtero matris f.64.n.13.qui habeatur pro non nato. ibi n. 14
Natus (nomen) 215. 127
Nauclei qui 89. 33
Nauicularius qui 89. 31
Nauta quid 243. 4
Nautæ qui 88. 30
Nautæ officium 89. 32
Ne (dictio) 224. 306
Negationes duæ 215. 130
Negotiari quid 92. 7
Negotiorum geſtorum f.99.n.22.eius obligatio quæ f.199.n. 3
Negocium quid 199. 4
Negocium alienum quomodo dicatur 199. 5
Neque (dictio) 224. 306
Niſi (dictio) 224. 305
Nominis appellatione 214. 121
Noſtrum (pronomen) 215. 133
Notio (nomen) 215. 125
Notorium quid f.284.n.8.qualiter pro notorijs procedatur. ibi n. 9
Noualis terra 215. 124
Nouatio quid 243. 4
Nouellæ quæ 4. 30
Nouellarum diuiſio 4. 32
Nouum opus quid 256. 46
Nouum quid f.256.n.45.reficere an ſit nouum opus f.257.n. 47
Noxa, & noxia quæ 250. 13
Noxæ appellatione 215. 128
Nupta (nomen) 215. 129
Nuptiæ quot modis appellentur f.49.n.1.quid ſint. ibi n.2.quare dicantur f.50.n.5.nuptiarum ritus f.51.n.11.nefariæ quæ. ibi n.13.& n.15.inceſtuoſæ. ibi n.14.& f.52.n.16.pœna cõtra nuptias inceſtuoſas celebratas. ibi n.17.nuptiæ contra legem quot modis fiant. ibi n.18.quæ primæ, quæ ſecundæ f.53.n.19.ſecundæ, quæ prohibeantur. ibi n.20.nuptiarum vincula quæ f.54.n. 1
Nurus appellatione 215. 123

OBligatio ex quaſi contractu, quo iure inducta f.199.n.2.negociorum geſtorũ obligatio quæ. ibi n.3.tutores obligantur ex quaſi contractu. ibi n.6.communi diuidundo. ibi n.7.hæres ad legata. ibi n.8.accipientes indebitum. ibi n. 9
Obligatio quot modis tollatur f.201.n.3.cauſæ diuerſæ tollendi obligationes f.203.n.24.filius familias non obligatur. ibi n.25.ſerui non obligatur f.204.n.26.mulier non obligatur. ibi n. 27
Obligatio quot modis contrahatur f.170.n.1.quid ſit. ibi n.2.quare eſt iuris vinculum. ibi n.3.obligatus ad quid teneatur. ibi n.4.& 5.quomodo obligatio ſit mater actionum f.171.n.7.ſpecies obligationum. ibi n.8.naturalis obligatio quare dicatur. ibi n.9.quid ſit naturalis obligatio. ibi n.10.circa quæ verſetur. ibi n.11.quomodo tollatur. ibi n.12.ciuilis obligatio quæ. ibi n.13.eius ſpecies. ibi n.14.quæ ciuilis obligatio veniat à iure f.172.n.15.quæ veniat ex lege aquilia. ibi n.16.quæ per tit. ſi quis pauperiem fecerit f.172.nu.17.obligationes prætoriæ quæ. ibi n.18.modi contrahendi obligationes. ibi n.19.verbis factæ quæ f.181.n.78.obligatio ex literis quæ f.188.nu.101.obligatio ex conſenſu quæ f.189.n. 107
Obligationes (nomen) 215. 132
Obligationis naturalis principium 14. 8
Obuenire (verbum) 221. 264
Oeconomus 99. 22
Officium aſſeſſorum quale 103. 26
Officium Vicarij 103. 39
Officium ciuilium iudicum 104. 36
Officium diuerſorum iudicum 104. 37
Officium iudicis quotuplex f.296.n.51.quando detur. ibi n. 52
Ope (nomen) 215. 155
Opere (nomen) 215. 137
Oppidum (nomen) 215. 138
Oportebit (verbum) 221. 263
Opprobrium (nomen) 215. 135
Optimus (pronomen) 215. 134
Ordinis effectus 1. 8
Ordo quid 125. 10
Originarius quis fol.36.nu.36.quid differat ab incola f.37.n. 37
Origo iuris qualis 1. 4
Origo altius repetenda f.1.n.3.& ab origine incipiendum. ibi n. 1
Oſtentum (nomen) 215. 133

Pacta dotalia quæ 187. 94
Pacti pignorum, & aliorum titulorum quæ fol. 187. n. 93. & 95
Pactum quid ſit f. 185. n. 83. & f. 186. n. 86. quare dicatur. ibi nu. 84. requiſita ad pactum. ibi nu. 85. & f. 187. n. 91
Pactum in quid differat à ſtipulatione 186. 87
Pactu n nudum quot modis veſtiatur f. 186. n. 88. & nu. 89
Palam (dictio) 222. 285
Palatini 97. 14
Pali, & pertica 216. 157
Pagani qui 106. 3
Pandecta quæ 3. 16
Pandectarum reductio ad digeſtum 3. 21
Parentis appellatione 216. 141
Paries (nomen) 216. 152
Parricidium vt de homicida.
Partis appellatione 215. 139
Partus quid f. 63. n. 1. quando ſit in rerum natura. ibi n. 2. quo tempore concipiatur. ibi n. 3. partus ſpecies. ibi n. 4. quot vno partu edi poſſint f. 64. n. 7. tempus perfecti partus. ibi n. 8. quomodo cuſtodiatur. ibi n. 10. partus ſuppoſitio prohibetur. ibi n. 12. partus ad quē pertineat f. 65. n. 18. quomodo cognoſcatur partus. ibi n. 19
Partus (nomen) 216. 140
Pater quis dicatur 73. 2
Pater familias 217. 169
Patria poteſtas quid ſit f. 73. n. 3. quo iure ſit inducta. ibi n. 4. & f. 74. n. 9 effectus iſtius poteſtatis qualis f. 73. n. 5. qui filij dicantur in poteſtate. ibi n. 7. nepotes an ſint in poteſtate. ibi n. 8. quibus modis ſoluatur f. 74. n. 19
Patricij qui 34. 7
Patrimonium quid 109. 22
Patroni (nomen) 216. 142
Paſcua (nomen) 216. 143
Peculatus qui 307. 42
Peculium, & bona quæ f. 108. n. 13. & n. 14. quare ſit dictum. ibi n. 15. quot modis ſumatur f. 109. n. 16. peculij ſpecies. ibi n. 17. caſtrenſe quale. ibi n. eod. quaſi caſtrenſe quale. ibi n. 18. paganicum, & aduentium quid. ibi n. 19 profectitium. ibi n. 20. quibus modis cognoſcatur ſpecies peculij. ibi n. 21
Pecunia quot modis ſumatur 175. 17
Pecunia appellatione 215. 136
Pegaſianum quid 136. 15
Pellex (nomen) 216. 150
Pellex quæ 61. 26
Penes te 222. 290
Pendentia litis quot modis dicatur 295. 39
Penu legatum quid 156. 19
Peperiſſe (verbum) 221. 266
Perduellio (nomen) 217. 164
Perfeciſſe (verbum) 221. 267
Periculum quid f. 192. n. 118. & f. 83. n. 53
Periurium quid f. 302. n. 10. eius requiſita. ibi n. 11
Permutatio quid f. 189. n. 108. & f. 190. n. 109
Pernoctare (verbum) 221. 268
Perpetuum quot modis ſumatur 249. 2
Perſecutio (nomen) 217. 159
Perſonarū ſtatus f. 37. n. 38. eius ſpecies quot. ibi n. 40
Pertinere (verbum) 221. 270
Perueniſſe (verbum) 221. 269
Petitio actoris pluſquā debet quæ dicatur 272. 13
Pignus (nomen) 217. 167
Pignus quid f. 179. n. 41. quot modis ſumatur. ibi nu. 43. diuiſio pignoris ibi n. 44. quæ obligentur pignore. ibi n. 45. quomodo diſtrahatur f. 180. n. 50. quibus modis ſoluatur. ibi n. 51. eius liberatio. ibi f. 55
Piſtores qui f. 88. n. 26. officium eorum quale. ibi n. 27
Plagiarius qui 307. 41
Plebei qui 34. 8
Plebs (nomen) 217. 166
Plebſcitum quid f. 23. n. 21. quare ſic dicatur, à quibus fiat, & de forma ſeruanda. ibi n. 22
Plumbum (nomen) 217. 168
Plurales numerus 216. 251
Pœna (nomen) 216. 149
Pœna quid, & eius genera f. 313. n. 21. & 22
Pœna corporales, & capitales quæ f. 313. n. 23. & 24
Pœnæ pecuniariæ quæ f. 313. n. 35. quando imponatur pœna pecuniaria. ibi n. 36
Pollicitatio quid f. 189. n. 81. & n. 82
Ponderatores qui 89. 36
Populus quid f. 33. n. 2. & n. 6. quot perſonæ faciāt populum. ibi n. 3. ſpecies populorum. ibi n. 4. ex quibus conſtet populus. ibi n. 6. quid remas eius appellatione f. 34. n. 9
Portare (verbum) 221. 274
Portiones (nomen) f. 216. n. 156. & n. 158
Portus (nomen) 216. 146
Poſitio quid f. 284. n. 11. in quid differat ab articulis. ibi n. 12. in quid à libello f. 285. n. 13. quomodo reſpondendum poſitioni. ibi n. 14. forma interrogandi. ibi n. 15
Poſſe (verbum) 221. 269
Poſſeſſio quid f. 110. n. 22. naturalis poſſeſſio quæ fol. 111. n. 35. poſſeſſionis ſpecies quæ. ibi n. 34. ciuilis poſſeſſio quæ. ibi nu. 36. momentanea poſſeſſio quæ. ibi n. 37. precaria poſſeſſio quæ. ibi n. 38
Poſſeſſio bonorum. vide in verbo bonorum.
Poſſeſſio (nomen) 216. 147
Poſſidere quid 258. 6
Poſtea (dictio) 225. 328
Poſteri qui 68. 38
Poſteriora ex prioribus cognoſcuntur 1. 4
Poſteriores (nomen) 217. 170
Poſthumi 216. 155
Poſtliminium quid ſit f. 46. n. 11. reſtitutus natalibus quis dicatur. ibi n. 10. quare dicatur poſtliminium f. 47. n. 12. & 15. eius effectus qualis. ibi n. 14
Poſtquam (dictio) 225. 329
Poſtulare quid 278. 35
Poteſtas (nomen) 217. 174

Pote-

Poteſtas quot modis ſumatur 73. 1
Potior, & prior quis 180. 48
Præcariū quid ſit f.177.n.29.& f.178.n.33.quare ſic dicatur f.177.n.30.differt ab indebito f.178.n.31. præcarij natura.ibi n.33.quot modis ſumatur.ibi n.34
Præceptum iudicis quid 291. 9
Præceptum quid f.25.n.41.differentia inter præceptū, & mandatum. ibi n. 42
Prædia Vrbana 217. 161
Præfecti qui, & eorum diuiſio 102. 20
Præparatoria quare inuenta f.277.n.27.quid continere debent. ibi n. 28. & f. 278.n.32.& 33.in qua actione fiunt præparatoria f.278.n.30.& 31
Præſcriptio quando liberet à pœna 313. 18
Præſumptio quid ſit f. 121. nu. 29. ea quid differat ab vſucapione. ibi n. 28.tēpora diuerſa ad præſcribendum f.122.n.30.quibus præſcriptio non noceat. ibi n.32.cōtra quem nō inducatur præſcriptio.ibi n. 33
Præſes quid ſit 101. 17
Præſumptio quid f.287.n.28.eius ſpecies. ibi n.29.temeraria quæ. ibi n. 30. leuis quæ. ibi n. 31.probabilis quæ. ibi n.32.neceſſaria quæ. ibi n. 33.veriſimilis quæ f. 288. n. 34.ex quibus conſtet. ibi n.36. quid probet præſumptio. ibi n. 39
Præteritio quid ſit f.139.n.4.inter quas perſonas cōſideretur. ibi n. 5
Prætorum diuiſio 102. 19
Præuaricator 306. 31
Præuaricatores 217. 163
Pragmatica quid ſit 25. 37
Pratum (nomen) 216. 144
Primipili 94. 29
Principia ſine ordine tradi non poſſunt 1. 1
Principium eſt potiſſima pars cuiuſcunq; rei 1. 2
Principium, & finis litis 295. 40
Principum placita quid f.24. n.27.diuina nomina. ibi n.29.princeps pluribus modis cōdit legem.ibi n. 28
Principum beneficia quando liberent à pœna 313. 20
Priuilegiū quid f.27.n.61.quare dicatur. ibi n.62.requiſita adeſſe priuilegij f. 28. n. 63. ſpecies priuilegiorum. ibi n.64.& 65.quot modis ſumatur. ibi n. 66. quot modis appelletur. ibi n. 67
Prius (dictio) 225. 332
Pro (dictio) f.225.n.330.& f.243.n. 16
Probatio quid f.283.n. 4.eius ſpecies. ibi n. 5. plena probatio quæ f.284.n.6.pleniſſima quæ. ibi n.7.& 10.quid ſit probandum. ibi n. 9
Probatio teſtiū.& ſcripturarū in quid differāt 285. 17
Probrum (pronomen) 216. 145
Proclamare ad libertatem quid ſit 43. 49
Proconſules qui 102. 22
Procuratores f.97.n.19.& f.99.n. 24
Prodigus quis dicatur 84. 8
Proiectus tegularum quid 113. 21
Promiſſio quid ſit 185. 80
Propè (dictio) 225. 331
Propinquorum ſpecies 55. 13
Pro poſſeſſore quid ſit 259. 65
Proprietas quid 110. 27
Proprietas directa quæ 110. 30
Proprietas obliqua quæ 110. 32
Proprietas plena quæ 110. 35
Proprietas nuda 110. 31
Propriū quid f.110.n.28.quot modis dicatur.ibi n. 29
Proprium quid 191. 117
Prouinciales 217. 160
Prouocatio quid 293. 21
Proximus (nomen) 216. 148
Prudentes viri qui dicantur 32. 89
Prudentum reſponſa f. 31. n.87.quando habeant vim legis. ibi n. 88
Pubertas quæ 66. 28
Publicare quid 289. 41
Publica bona 215. 137
Publicanus 215. 138
Pueri appellatione 216. 153
Pueri qui dicantur 66. 27
Pupilli qui dicantur 66. 25
Pupillus (nomen) 216. 154
Purgare quid 256. 37

Q Verela quid 312. 10
Quæſtio quid f.312.n.14.de quæſtione quomodo incipiendum. ibi n.15.requiſita ad quæſtionem f.313.n. 16
Quanti (pronomen) 217. 171
Quaſi (dictio) 199. 1
Quicunq; (relatiuum) 225. 333
Quin (dictio) 225. 335
Quiſquis (relatiuum) 225. 334
Quoad (dictio) 225. 337
Quodammodo (dictio) 225. 338
Quorundam (dictio) 225. 339
Quoties (dictio) 225. 336

R Apere (verbum) 221. 272
Rapina quæ 308. 46
Rapina (nomen) 217. 171
Rectè (dictio) 222. 286
Reddere rationes 221. 274
Redditus (nomen) 217. 173
Regula (nomen) 217. 175
Res appellatione 217. 177
Reliquiarum appellatione 217. 176
Repudium (nomen) 217. 174
Reſtituere (verbum) 221. 273
Ripa quæ 254. 14
Ritè (dictio) 225. 341
Roma (nomen) 217. 179
Rurſus (dictio) 225. 340
Ruſtica quæ dicantur 217. 178

S Acer locus 119. 11
Sacer locus quid, & ſacrarium f.254.n.10.& 11
Sacrilegium quid 300. 66
Sæpè (dictio) 225. 345

Salga-

Salgama 93. 24
Saluo (dictio) quid ſignificet 82. 25
Sanctio quid ſit 24. 26
Saraceni qui 106. 4
Sarcire quid 256. 36
Satiſdatio de iud. ſiſt. 278. 36
Satiſdatio quid f.81.n.42.quando intelligatur cũ fideiuſſoribus. ibi n. 44.quid cõtinere debet f.82.n.48. de pluribus tutoribus qui tenetur ſatiſdare.ibi n. 49
Secta (nomen) 218. 196
Scire eſt noſcere principia rei 1. 5
Scriptura publica, & priuata f. 286.n.19.& n. 20
Scripturarum differentia, & ſpecies 256. 218
Scrupulus quid 89. 39
Sed (dictio) 225. 342
Sed & ſi (dictio) 226. 343
Seditioſi qui 304. 18
Semper (dictio) 226. 344
Senatus quid ſit 107. 6
Senatus conſultum quid 23. 23
Sententia habetur pro veritate 46. 17
Sentẽtia quid f. 290.n.3.quot modis ſumatur. ibi n.4. eius ſpecies. ibi n.5.differentia definitiuæ, & interlocutoriæ. ibi n. 6
Sententia interlocutoria quare dicatur f. 290. n.7.decretum an ſit ſentẽtia. ibi n. 8.iudicis præceptum an ſit ſententia f. 291. n. 9.partes ſententiæ definitiuæ. ibi n.13.quid cõtinere debeat,& poſſit f.292.n.14. & 15.nullitas ſententiæ quæ. ibi n.18.modi impugnandi ſententias ibi n. 19
Sententiæ executio quando danda ſit 298. 49
Sepulcrum 218. 197
Sepulturæ appellatione quid veniat 253. 7
Septa quid f. 256. n.33.& n. 34
Sequeſter (nomen) 218. 188
Serui appellatione 217. 184
Seruitus quid ſit f.39.n.2.quo iure ſit inducta. ibi n.3. an ſit contra naturalem æquitatem. ibi n.4.tollit libertatem. ibi n.5.quare dicatur f.40. n.6.quomodo fiat n. 7. in venditionibus quomodo fiebat. ibi n. 8. nominatur pluribus nominibus. ibi n. 9.ſerui veterani qui f. 41 n.12.nonitij qui n.13.ordinarij qui. ibi n. 14.caſtaldi. ibi n. 15.nomina diuerſa ſeruorũ f.41. n.24.ſeruus eſt in poteſtate dominorum. ibi n. 25.& 26.ſerui fugitiui f. 42.n. 27.pœna corrumpentiũ ſeruos. ibi n.28.iuſta ſeruitus quæ. ibi n. 33.
Seruitus ignis immittendi f.113.n.23.proijciẽdi aquæ quæ. ibi n.24.protegendi quid f.114.n.25.ſeruitus ruſtica quæ. ibi n. 26.ſeruitus itineris quid f. 114. n.27.ſeruitus actus quæ. ibi n.28.ſeruitus viæ quæ. ibi n. 29.ſeruitus aquæ ductus quæ. ibi n. 30.ſeruitutum innominatarũ. ibi n. 31.ſeruitus aquæ hauſtus. ibi n. 32 ſeruitus iuris paſcendi f. 115. n. 35. arenæ fodiendæ n.36.calcis coquẽdæ n.37.modi acquirendi ſeruitutes. ibi n.38.modi amittẽdi n.40. promiſſum n.41.confuſione n.42.non vſu n. 48
Seruitutis ſpecies f. 112.n. 10.realis quæ n. 11.mixta n.12.delata à perſona rei. ibi n.48.continuæ,& diſcontinuæ, vel quaſi f. 113. n. 14. ſeruitus quid. ibi ibi n.15.vrbana quæ. ibi n.16.requiſita ad eius ſtatum n. 17.ſeruitutes affirmatiuæ. ibi n. 18.ſeruitus altius tollendi. ibi n. 19
Seruorum actores qui 45. 64
Seruus quot modis ſumatur 38. 1
Seu (dictio) 226. 346
Si (dictio) 226. 347
Sicut (dictio) 226. 348
Significatio (nomen) 218. 199
Silua cædua 217. 182
Simonia quid 302. 12
Simulata quæ 286. 21
Sindicatus qui 104. 38
Sine (dictio) 226. 349
Singularis (nomen) 218. 192
Si quid dictio 224. 303
Siue (dictio) 226. 350
Societas quid f. 195.n. 133.quot modis contrahatur, & ſoluatur. ibi n.134.& 135
Soceri appellatione 218. 190
Sodales (nomen) 218. 198
Soluere quid ſit 180. 52
Soluere (verbum) 223. 275
Soluere quid f.201.n.4.vide in verbo (liberare)
Soluta ratio 223. 302
Solutum (nomen) 222. 282
Sonticus morbus 218. 196
Spadones (nomen) 218. 189
Spadones qui 62. 32
Spatia (nomen) 218. 191
Specioſæ perſonæ 217. 186
Spectacula quare dicantur 95. 38
Specus quid f. 255. n.31.& 32
Sponſalia quot modis fiãt f.48.n.5.& f.49.n.11.quibus verbis fiant. ibi n. 6.an cõtrahi poſſent pro procuratorem.ibi n.7.conſenſus in ſponſalibus, à quo ſit præſtandus an vnus pro alio.ibi n. 8.tutor an præſtet conſenſum pro pupilla. ibi n.9.in quid differat à matrimonio. ibi n.10.quæ alia requiratur. ibi n. 11
Sponſalia quid 48. 1
Sponſalitia largitus 162. 16
Sponſæ appellatione quid veniat 48. 3
Sponſio 217. 180
Sponſus quis dicatur 48. 2
Sponſus quare dicatur 48. 4
Sportulæ quid f.292.n.16.quæ dicantur. ibi n. 17
Spurij qui f.72.n.61.quare dicantur. ibi n. 62.ſpecies eorum. ibi n. 63
Stabularij, & ſtratores qui 89. 35
Stagnum quid f. 254.n.17.& ſeq.
Statim (dictio) 226. 351
Stationarij 94. 34
Statuæ (nomen) 218. 195
Status quot modis ſumatur f.37.n.39.& de ſtatu perſonarum. vide ſupra perſona.
Status hominum triplex f.42.n.38.& 39
Stillicidium quid ſit 113. 20

Stillio-

Stellionatus 305. 27
Stilus quid 15. 11
Stipendium (nomen) 217. 181
Stipulatio quid, & eius requiſita f.181.n.59.& 60.fol. 183.n.71.eius ſpecies quæ f.181.n.61.& f.182.nu. 62. prætoriæ quæ, & in quid differant à iudicialibus f.182.n.63.& 64. conuentionales, & cõmunes quæ. ibi n.65.& 66.natura ſtipulationis, & quare inuẽta. ibi n.67.& 68.eius vtilitas, & forma f.183.n.69. & 72.contractus quare nõ appellatur ſtipulatio. ibi n. 70.fieri plures.ibi n.73.& 74.inutilis ſtipulatio quæ. ibi n.75.aquiliana quæ f.84.n.76.ſtipulatio ab acceptilatione quid differat. ibi n.77.& 78
Stipulæ (nomen) 217. 183
Structura 218. 194
Stuprum (nomen) 217. 187
Stuprum quid 310. 67
Subdiſiunctiuè (dictio) 223. 298
Subſignare (verbum) 222. 276
Subſignatum 222. 281
Subſtitutio quid ſit f.143.n.1.quid ſignificet nu. 2.& 6. ſubſtituere quid. ibi n.3.5.& 6. quibus modis fiat n. 4.quare inuenta f.144.n.7 quo iure inuenta. ibi n. 8. eius diuiſio. ibi n.9.ſubſtitutio directa quæ. ibi nu. 10. quare dicatur. ibi n. 11.directa diuiſio. ibi n. 12.obliqua quæ. ibi n.13.quibus verbis fiat. ibi n.14.obliqua an ſit ſubſtitutio. ibi nu.15.obliqua diuiſio. ibi nu.16. ſubſtitutionis directæ verba f.145.n.17.virtus directæ quæ. ibi nu. 18. diſpoſitiua verba quæ. ibi nu. 19. executiua verba quæ. ibi nu. 20. obliqua verba quæ. ibi n.21.communia verba quæ. ibi n.22.ſpecies ſubſtitutionum. ibi n.23.vulgaris ſubſtitutio quid. ibi n.25. vnde dicta. ibi n.24.vulgaris verba quæ f.146.n.27. affirmatiua quæ. ibi n. 28.diuiſio vulgaris quæ. ibi n. 29.expreſſa vulgaris. ibi n.30.tacita. ibi n.31.partim tacita, partim expreſſa. ibi n.32.ſubſtitutio pupillaris quæ. ibi n.34.vnde. ibi n. 33.requiſita ad pupillarem. ibi n.35.diuiſio pupillaris f.147.n.36.expreſſa quæ. ibi n.37.quibus verbis fiat. ibi nu.38.quare dicatur. ibi n.39.in quo teſtamẽto fiat. ibi n.40.ſubſtitutio exemplaris quæ. ibi n.41.requiſita quæ f.148.n.41.quibus verbis fiat. ibi n. 42.& 43.quando expiret. ibi n.44. quare dicatur exemplaris. ibi n.45.compendioſa quæ. ibi nu.46.quare ſic dicatur. ibi n. 47.requiſita ad eius ſubſtantiam. ibi n.48.quibus verbis fiat f.149.n.49. reciproca, ſeu breuiloqua. ibi n.50.quid ſit. ibi n.51. requiſita ad reciprocam. ibi nu.52.quare ſic dicatur f. 150.n.53.quibus verbis fiat. ibi n. 56
Succedat (verbum) 163. 2
Succeſſio quot modis ſumatur 163. 1
Succeſſio ab inteſtato quot modis fiat f.163.n.3.& 4.ſucceſſio qualis. ibi n.4.legitima ſucceſſio quæ. ibi n.6.ſucceſſio agnatorũ q̃ fiat n.7.ſucceſſio cognatorũ. ibi n.8
Succeſſio liberorum quæ 164. 10
Succeſſio ex tranſmiſſione 165. 16
Succeſſio inter virum, & vxorem 165. 17
Succeſſio fiſci 265. 18
Succeſſio ex venditione 265. 19
Succeſſionis tempus ad acceptandum 165. 20
Succeſſionum differentiæ 165. 15
Succeſſorium edictum quale 164. 9
Suffragium quid 270. 4
Super (dictio) 226. 352
Superficies quid 262. 31
Superſtitio quid 301. 8
Suppellex quid 156. 18
Supplicatio quid 293. 42
Supremus (nomen) 217. 185
Sui, & neceſſarij hæredes qui 131. 8
Suitas quid 132. 13
Suum (nomen) 218. 193

T

Tabelliones qui 96. 9
Tabernæ appellatione 218. 203
Tabernacula 218. 204
Tabularij qui 96. 8
Tamdiu (dictio) 226. 354
Tanquam (dictio) 226. 353
Tecti appellatione 218. 205
Tempus longum, & longiſſimum quid 122. 31
Tempus præſens 218. 210
Tempus ad appellandum 294. 32
Ter enixa 218. 207
Tergiuerſator quis 306. 33
Territorij appellatione 36. 29
Territorium (nomen) 218. 206
Teſtamentum inofficioſum quid, & quare dicatur f.139. n.9.eius cauſa inofficioſi quid. ibi n.10.perfectũ teſtamentum quale f.140.n.12.iniuſtum quid n.13.infirmum quale f.141.n.14.irritum quale. ibi n.15.cauſa irritandi teſtamentum quæ. ibi n.16.ruptũ teſtamentũ quale. ibi n.17.cauſa rumpẽdi teſtamẽtũ quæ. ibi n.18
Teſtamentũ quot modis ſumatur f.123.nu.1.quid ſit. ibi n.2.quo iure ſit inductũ f.124.n.3.teſtamentũ generale. ibi n. 4.calatis comitijs quid ſit. ibi n.5.procinctum quid. ibi n.6.per æs, & libram quid. ibi n.7.teſtamẽtum in ſcriptis quale f.125.n.8.ſine ſcriptis quale. ibi n.9.ordinare teſtamentũ quid ſit. ibi nu.21.qui teſtari poſſunt, qui non. ibi n. 12.fœminæ teſtare poſſunt. ibi n.13.filius familias an teſtari poſſit. ibi nu. 14.pupillus, & impubes f.126.nu.16.furioſus, & prodigus. ibi n.17.cæcus, ſurdus, & mutus. ibi n.18.hæretici, & damnati. ibi n. 19.banniti. ibi n. 20.prohibitio teſtandi quæ. ibi n. 21
Teſtamentum quare dicatur tabula f.132.n.13.apertio tabulæ. ibi n. 14
Teſtamentum in ſcriptis an habeat neceſſario ſcripturam f.137.n.1.quid, quot teſtes adhibeantur. ibi n.3.forma ſcripturæ quæ. ibi n. 4. aperire teſtamentum quid ſit f.138.n.6.quando nullum teſtamentum. ibi n. 7
Teſtium iuramentum 285. 16
Theorogicus modus procedendi quale 1. 6
Tigni appellatione 218. 201
Tignum immittendum vide.
Tironi qui 92. 13
Titubatio quid ſit 35. 24

Titu-

Titulorum ſpecies f. 118. n. 7. lucratiuus qui. ibi n. 8
Titulus quis, & quot modis ſumatur 117. 6
Tolli, & ſolui in quid differant 29. 1
Totum fundum 218. 208
Trebellianica quid ſit f. 136. n. 12. vnde dicatur. ibi n. 12. cauſa eius edicti. ibi n. 13. à falcidia. ibi n. 13. obſeruanda pro eius diſcuſſione nu. 16. an eius appellatione veniat falcidia. ibi n. 17
Tractatus qui 90. 42
Tranſactio f. 187. n. 96. & f. 188. n. 99. quare dicatur, & quot modis fiat. ibi n. 97. & nu. 98. differt à pacto. ibi num. 101
Tributaria quæ 247. 17
Tributum quid 93. 22
Tributum (nomen) 218. 200
Triens quid 135. 5
Tuarum appellatione 218. 209
Tubus quid 156. 43
Tugurij appellatione 218. 209
Tunc (dictio) 226. 355
Turba quid 35. 24
Tutela quid ſit f. 76. n. 1. declaratio definitionis. ibi nu. 2. & 3. officiũ tutoris qualis n. 4. & 5. quo iure videatur inducta. ibi n. 6. tutela teſtamentaria quæ f. 77. nu. 7. à quibus detur. ibi n. 8. qui tutores teſtamento dari poſſunt n. 9. fœminæ an ſint tutrices. ibi n. 10. an detur in codicillis. ibi n. 11. tutela legitima quæ. ibi n. 12. eius ſpecies n. 13. agnatorũ legitima tutela quæ n. 14. legitima parentum tutela quæ f. 77. n. 15. patronorũ tutela quæ n. 16. fiduciaria tutela quæ f. 78. nu. 17. datiua tutela quæ n. 18. quibus nominibus appelletur. ibi nu. 19. tutor datiuus, à quibus detur n. 20. tutor Illuſtriũ perſonarum, à quibus detur. ibi n. 21. quæ tutela præcedat alijs f. 79. n. 23. in quibus caſibus non datur tutor habenti tutorem. ibi n. 24. tutor in litem quando detur n. 25. qui petant dari tutores n. 26. tutor an detur contra voluntatem matris n. 27. tutores vbi petantur. ibi nu. 28. qui excuſantur à tutela nu. 29. & 40. excuſare quid ſit. ibi n. 30. excuſationum ſpecies. ibi n. 31. plena excuſatio. ibi n. 32. numerus liberorum quando excuſet n. 33. abſens cauſa reip. quando excuſetur f. 80. n. 34. habent plures tutelas quãdo excuſetur n. 35. qui morbo ſe excuſant n. 36. qui ætate ſe excuſant nu. 37. qui militia ſe excuſant n. 38. aliæ cauſæ excuſantes f. 81. n. 39. terminus ad excuſandũ qualis n. 40. qui falſis excuſationibus ſe excuſant n. 41. quæ tutela confirmetur. ibi nu. 42. quid faciat tutor ante ſatiſdationem fol. 82. nu. 47. falſus tutor quis fol. 83. n. 54. remedia contra falſum tutorem nu. 55. tutor ſuſpectus quis fol. 58. nu. 83

Vaſtagarij qui 90. 52
Vectigal (nomen) 219. 212
Vendicare quot modis ſumatur 135. 39
Vẽditio, & emptio quid f. 199. n. 110, & f. 191. n. 114. requiſita, & quotuplex f. 190. n. 112
Venenum (nomen) 219. 223
Veniam ætatis impetrare 85. 29
Veniſſe (verbum) 222. 277
Verba ſeruiunt intentioni 181. 56
Verbum quot modis ſumatur 181. 57
Verbum (nomen) 219. 226
Veſtis appellatione 219. 217
Veterani qui 92. 12
Via (nomen) 219. 219
Via militaris quæ 258. 23
Via vicinalis quæ 255. 22
Via publica quæ 255. 25
Victores qui 41. 23
Victus appellatione 219. 215
Vidua (nomen) 219. 224
Vidua quid ſit f. 60. n. 14. 16. & 17. quare ſic dicatur nu. 15. continẽs quæ. ibi n. 18. quot modis dicatur vidua. ibi n. 29
Villa (nomen) 219. 214
Vinaria (nomen) 219. 221
Vinculorum appellatione 219. 222
Vindicta quid 42. 41
Vini appellatione quid veniat in legato 156. 20
Vinum (nomen) 219. 225
Violatio ſepulcri quid 310. 71
Virgo qualiter cõſideretur in iure f. 48. n. 5. quare ſic nomineturn. 6. virginitas quæ violetur. ibi n. 7
Virilis portio 219. 218
Vis quid, & quot modis ſumatur 253. 3
Vis quid, & vnde f. 262. n. 35. & n. 36
Vis publica quæ 305. 26
Vitium (nomen) 219. 216
Viuere (verbum) 222. 278
Vix dictio 222. 284
Vniuerſitas quid f. 34. n. 12. & 14. quot modis ſumatur. ibi nu. 10. eius ſpecies quæ nu. 11. & 15. vnde dicatur num. 13
Vrbis appellatione 219. 211
Vſq; (dictio) 226. 356
Vſura pecuniæ 219. 213
Vſura quæ f. 309. n. 55. & 56
Vſu ſuo 219. 220
Vſusfructus quid ſit f. 115. nu. 44. poteſtas vſufructuarij f. 116. n. 45. vſufructuarij an teneantur cauere. ibi nu. 46. formalis, & cauſalis quis. ibi n. 47. in quibus rebus conſtituatur. ibi n. 48. quando finiatur. ibi n. 49
Vſus quid ſit f. 116. nu. 50. in quibus rebus conſtituatur. ibi n. 51. & 53. duplex vſus. ibi n. 52
Vſucapione quando fiat acquiſitio f. 121. nu. 24. quæ non vſucapiant. ibi n. 25. requiſita ad vſucapionem. ibi n. 25. plures ſpecies vſucapionis nu. 26. quis ſit vſucapio. ibi n. 27

FINIS INDEX.